



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





The background is a traditional marbled paper pattern, often called a 'stone' or 'shell' pattern. It consists of numerous irregular, rounded shapes in various shades of grey, black, and white, creating a complex, organic texture. A white rectangular label is positioned in the lower center of the image.

<36619858740015

<36619858740015 S

Bayer. Staatsbibliothek

Q. 94. b. 1333

Dionysius

Aut. Clas.

Auct. Gr. Vet. 153. p. 591.

TEXNH PHTOPIKH

QUAE VULGO INTEGRA

DIONYSIO HALICARNASSENSI

TRIBUITUR, EMENDATA,

NOVA VERSIONE LATINA

ET

COMMENTARIO ILLUSTRATA

AUCTORE


HENRICO AUGUSTO SCHOTT,

ARTT. LIBERALL. MAG. ET PHILOS. DOCT. ACADEMIAE LIPS. ET
SOCIETATIS PHILOL. LIPS. COLLEGA.

L I P S I A E,

SUMTIBUS ENGELHARD BENIAMIN SUICQUERTI.

M D C C C . I V .



57.10.1930

V I R O

MAGNIFICO EXCELLENTISSIMO

AMPLISSIMO DOCTISSIMO

CHRISTIANO DANIELI
BECKIO

LITT. GRÆCÆ ET LATÆ, PROF. PUBL. ORD. IN UNIVERSIT.
LIPS. BIBLIOTH. ACAD. DIRECT. SOCIET. SCIENŦT. ET ARTT.
REGIÆ VIADRO TRAIECT. ELECT. MOIUNT. ACAD. ERFORD.
SOC. VOLSCOR. VELITER. OECONOM. LIPS. ET LATINÆ
IENENS. SOCIO

SOCIETATIS PHILOL. LIPS. PRAESIDI

PRAECEPTORI PIE VENERANDO

ET

SOCIETATIS PHILOL. LIPS. COLLEGIS

AESTUMATISSIMIS

HANC OPELLAM SACRAM ESSE VOLUIT

A U C T O R.

Quo praeclarius cum de singulis nostrum, tum de omni genere humano excolendo ii merentur, qui eruditione multiplici pariter quam profunda conspicui, ea virium intentione, quae nullas difficultates, nullas molestias fugiat, et ipsi litterarum studia perficiunt, et doctorum publicorum provinciam ita administrant, ut iuvenibus discendi cupidis certam monstrent tutamque viam, quae ad veram ducat omnibusque fructuosam doctrinam; eo magis decere puto eos, qui, quaecunque ipsi didicerint, talium virorum institutioni potissimum debeant, gratum piisque animi sensum testimoniis publicis significare. Haec erant, quae mihi etiam libellum meum TIBI, FAUTOR PIE COLENDE, et Societati Philologicae, quam Tuum praesidium ornat, oblaturus, spem gratissimam facerent, fore, ut desiderium meum studiumque intimos pectoris sensus aliquo modo declarandi, TIBI non prorsus displiceat. Quanquam enim probe novi, libellum meum minime ita esse comparatum, ut TIBI, talium rerum iudici longe peritissimo, omni ex parte possit probari; experientia tamen edoctus iam pridem laetus intellexi, Te severitatem iudicii ea humanitate atque benevolentia temperare cui voluntas honesta probetur, etiamsi facultas scribentis non ubique parem cur-

sum tenuerit. Cuius benevolentiae quo illustriora documenta mihi potissimum inde ab eo tempore exhibuisti, quo totus ab ore TUO penderem, eo maiori animi fiducia opellam tenuem tanquam fidum ac sincerum pectoris sensuum testem et interpretem produco; qui sancte promittat, me neque scholarum TUARUM, unde per plures annos quotidie pleniori cum aliarum rerum tum antiquitatis notitia auctus discederem, neque humanitatis egregiae, qua privatim TE adeuntem, dubitantem, rogantem amice excipere, confirmare, doctrinaeque praesidiis instruere soleas, unquam fore immemorem. Quodsi mihi contigerit, ut et TIBI et aliis huius opellae lectoribus non omnino infeliciter in Rhetore meo illustrando et emendando operam posuisse videar; id profecto TUAE potissimum diligentiae exemplo illustri, meisque laudibus longe superiori, TUAE quae disciplinae me debere gratus profitebor. Quemadmodum enim TUA potissimum fuit in litteris tractandis assiduitas, cuius cogitatio me etiam confirmaret et incitaret, ut, quantum per virium tenuitatem fieri posset, difficultates huius scriptoris tractationi coniunctissimas superare conarer; ita omnistudio in eo elaboravi, ut ad eam scriptores veteres tractandirationem commentarium meum confor-

marem, quam nobis TE praeside scriptores interpretantibus diligenter soles commendare. At, malo cōhibere animum plura de meritis TUIS laudibusque expromere cupientem, quam modestiam TUAM, verae doctrinae virtutisque perpetuum comitem, offendere. Id unum addere liceat, egregie mecum actum iri, si eadem, quam hucusque expertus fuerim, benevolētia, me porro ornare volueris. Deum vero Ter O. M. piis precibus inploro, ut et TIBI et Genti TUAE splendidissimae valetudinem pariter exoptatam quam omnia, quae ad huius vitae veram felicitatem pertineant, large contingere iubeat. Vale.

colunt

VOS etiam, Viri Aestumatissimi mihiq̃ue Carissimi, qui mecum BECKIUM Fautorem benevolum, Doctorem meritissimum,strarumque exercitationum Moderatorem nobis omnibus ac singulis carum veneramini, quin de consilio, cur Societatis Philologicae nomini libellum meum inscribere ausus fuerim, eo modo sitis iudicaturi, quo equidem id fieri velim, eo minus dubito, quo firmitiori fundamento (consiliorum dico studiorumque similitudinem) amicitia nostra innititur. Talis enim, quali VOS me amplectimini, amicitia, uti

benevole admittit, quaecunque amice et modeste offeruntur, ita errorum veniam facile ei concedit, qui lubenter fatetur, argumenti, quod tractaret, difficultatibus virium rationem non ubique parem fuisse. Quodsi hoc publicum meae erga VOS observantiae testimonium non omnino Vobis improbatum fuerit, spem dulcissimam comprobabit eventus. Favete porro

— Socio et Amico

M. Henr. Aug. Schott.

PROLEGOMENA.

CAPUT I.

De omni huius editionis consilio et ratione.

Inde ab eo tempore, quo haec potissimum esse coepit studiorum meorum philologicorum ratio, ut cum oratoribus Graecis Latinisque, tum iis antiquitatis scriptoribus, qui artis rhetoricae praecepta proposuerint, legendis et explicandis operam impenderem; duplicem huius Rhetorum vett. tractationis usum deprehendisse mihi visus sum; alium, qui ad ipsam antiquitatis cognitionem subriorem et accuratorem, alium, qui ad artem oratoriam per se spectatam illiusque matrem aliam Psychologiam, pertineat. Etenim quum omnis artis rhetoricae haec fuerit origo, ut, quaecunque oratores audientium animos ad persuasionem perducturi consilio suo accommodate facerent (sive ea ad rerum delectum et collocationem, sive ad elocutionem pertinerent) observarentur et ad principia quaedam revocarentur; ipsa oratorum Graecorum-Latinorumque lectio nonnisi ab iis recte et utiliter institui poterit, quos Rhetorum commentarii praecipui edocuerint, quale esset singulis aetatibus consilium, qualis indoles eloquentiae. Quod non ita disputamus, quasi primum huius notitiae fontem in ipsa oratorum lectione assidua versari negemus. Verum aequè patet, non facile integram posse et perfectam inde promanare notitiam, nisi oratorum lectioni Rhetorum tractationem amice iungas; cum oratoris quidem boni ac periti summa et praecipua ars haud raro in eo versetur, quod artificia oratoria, nisi omnino dissimulet, tamen levioribus quibusdam involucris obtegat neque, velut merces, prae se ferat, Rhetorum vero studiis artificia illa quasi in lucem protrahi soleant, eorumque rationes ususque varius explanari. Aliud commodum, quod antiquitatis amatoribus Rhetorum lectio adferat necesse est, ad ipsam linguam Graecam Romanamque et utriusque historiam pertinet.

Quo graviores enim artis rhetoricae partem ea, quae in elocutionis praeceptis versatur. disciplina constituit, quoque diligentius eam a nonnullis rhetorum vet. (v. c. Demetrio Phalereo, Dionysio Halicarnassensi, Cicero- ne, Quintiliano) tractatam novimus; eo minus mirum videbitur, quod saepius singulae voculae et formulae ab iis explicatae atque examinatae fuerint. Nolo de technologia Rhetoribus illis propria multis dicere, quae, si caute et perite adhibeatur, et ipsa ad utriusque linguae notitiam augendam conferre aliquantulum poterit. Patet enim, partim vim et ambitum singulorum vocabulorum haud raro egregie posse eo illustrari, quod usum illorum artis oratoriae scriptoribus proprium cum communi et vulgari comparemus, et, quomodo inde duci potuerit, quaeramus; partim virtutum, quae utrique linguae (Gr. et Lat.) propriae sint, comparisonem haud parum iuvare technologia rhetor. Graeca cum Latina conferenda. Ad ipsam vero artem oratoriam excolendam et perficiendam quam commode nostra etiam aetate illorum Rhetorum assidua lectio adhibeatur, non est, quod iis copiosius ostendatur, qui, neque unius antiquitatis neque nostrorum temporum coeco amore capti, cuius aetati lubenter suum tribuant. Quanquam enim Graecorum Romanorumque eloquentiam politicam inter et nostram ecclesiasticam haud parum intercedit discriminis, ita, ut nostrae disciplinae rhetoricae non ubique eadem, quae antiquae illius fuerit, ratio esse debeat grati tamen profiteamur necesse est; illos fuisse, qui primi viam nobis monstrarent, quae teneri deberet artis rhetoricae studium ad maiorem perfectionem adducturis. Neque profecto nostri homines tam praeclare omnia consummasse, tam diligenter errores omnes vitare putandi sunt, ut nunquam debeant ad primos illos duces et magistros respicere, et ex illorum commentariis petere, quae, si pauca mutaveris (temporum ratione diversa ita suadente) nostris etiam oratoribus egregie prosint. Quid? quod eadem est Rhetorum vet. diligens lectio, quae accuratorem fatorum et ipsius eloquentiae et artis rhetoricae historiam nobis suppeditet, vel ideo minime negligendam, quod universae litterarum artiumque historiae partem constituat? Denique, cum non possit alia huius artis recte et utiliter tractandae via patere, nisi haec, ut singula eius praecepta ad certa revoces Psychologiae principia, omnisque dicendi

facultas in arte quadam psychologica versetur; vel eum, qui huic potissimum disciplinae omnium studiis dignissimae operam inpendere voluerit, haud parum iuvabit, Rhetorum libros persequendo, et, quae singuli vel acute vel inepte, de mente humana eaque prudenter tractanda observaverint, (qua in re praecipue Aristotelem copiosiore fuisse novimus), notare, atque colligere; et, quomodo universe singulis aetatibus, de Psychologiae usu iudicatum fuerit, intelligere.

Talium commodorum cogitatio quum me etiam incitasset, ut, quantum mihi ab aliis negotiis studiisque concessum fuisset otii, tantum ad Rhetorum vet. scripta (praecipua certe) perlustranda conferrem; incidi, aliis pertractatis, in libellum rhetoricum, qui vulgo integer ad Dionysium Halicarnassensem refertur, Τεχνη inscriptum. Quo uberiores enim et utilitatem et suavitatem aliorum Dionysii Halicarnassensis librorum lectio antea mihi praebuerat, eo maiori iure sperabam, fore, ut libellus, quo idem rhetor acutus praecepta artis ordine quodam proposuerit, similiter animum meum alliciat teneatque. Ignorabam scilicet, Τεχνην illam non modo unum esse e corruptissimis voluminibus, quae ad nostram aetatem pervenerint, sed etiam haud raro aliis laborare erroribus minime e librariorum negligentia repetendis, nec pauca continere, quae vel omnino sibi repugnent, vel non satis apte cohaereant. Ignorabam, permagnam eius partem praecepta complecti ab ea indole, quam in reliquis Dion. Halic. scriptis expressam vides, remotissima. Quae singula quum mihi Τεχνην accuratius pertractanti sponte obvenirent, ipsiusque lectionis cursum haud exiguis difficultatibus retardarent, quibus pressus editorum Dionysii opem auxiliumque saepissime frustra implorarem; malebam tamen studium incoeptum strenue continuare, mentemque bonis, et laude dignis, quae huic libro inesse viderem, (etsi malis mixta) recreare, et, quid propria virium tenuitate in singulis emendandis, digerendis, illustrandis effici posset, tentare, quam impatienter librum abjicere. Ita factum, ut ex ipso Reiskianae editionis usu mihi primum consilium novae huius Τεχνης editionis adornandae enascetur. Confirmabant idem Virorum quorundam Doctorum monita, quibus observationes meas de singulis et huius Τεχνης et libri πρὸς συνθεσιν ὀνοματων locis editas (in Commentariis Societ. Philol.

Lips.) non omnino inprobatas esse viderem. Accederet, quod alios viros, et maiori iudicii subtilitate praeditos, et accuratiori ac pleniori illarum rerum notitia instructos, aliis tamen studiis prohiberi intelligerem, quo minus doctrinae suae copiis hunc libellum illustrarent. Unde spem dulcem animo concipiebam, fore, ut institutum meum, etsi non omnibus, quae exspectata fuerint, ac desiderata, satisfaciat, ab ostentatione tamen inani et temeritate alienum videatur.

At, quo facilius lector omnem eius rationem causamque intelligendo habeat, quo animum convertat de opella mea iudicaturus; liceat paulo accuratius significare, et, cuinam potissimum lectorum generi eam scripserim, et, quaeenam praesidia adhibuerim ut partim Critici partim interpretis provinciam susceptam recte administrarem.

Quaquam ipsa Τεχνη nostrae indoles omnino nos prohibet quo minus inter eos antiquitatis libros referamus, quorum lectione inbutos esse oporteat, quicunque iure meritoque Philologorum nomen sibi vindicent; eos tamen, quorum studia maxime in eloquentia veterum ipsaque arte rhetorica illustranda versantur, eo diligentius his etiam commentariis (etsi interdum minus incundis) operam impendere decet, quo plura eorum lectio confert ad omnem serioris eloquentiae et rhetoricae indolem accuratius cognoscendam. (Nolo exemplis rei et testimoniis adferendis quae lectori Τεχνη illam obiter perlustranti undique sponte obveniant, et tempus et chartam perdere.) Praeterea vero permulta Homeri, Platonis, Thucydidis, aliorumque scriptorum classicorum loca in commentariis illis (maxime cap. §. 9. 10. 11. allata, explicata, examinata videmus, ita quidem, ut haud raro a vulgari textu in editionibus scriptorum illorum obvio discrepent lectiones apud Rhetorem expressae, notandae eae, colligendae et diiudicandae a Viris Doctis in apparatu critico conficiendo elaborantibus (quod cum ab aliis, tum nuper a Cl. Heynio in Homero edendo factum novimus.) His de causis consilium studiumque eum Τεχνη nostrae textum proponendi, qui minus, quam in editionibus hucusque impressis factum fuerit, impediat turbetque lectorem et lectionibus mendosissimis et interpunctione haud raro perversissima Viris Doctis non omnino inprobata iri putabam. Praeter illam vero, quae in textu emendan-

do versaretur, operam, ut interpretis etiam partes in me susciperem, et vocabula singula formulasque rariores et sententias ac praecepta illustrantis, cum res ipsa, tum Virorum quorundam DD. monita mihi suadebant. Etenim, ut taceam, de lect. diversitate aut emendationis probabilitate haud raro non posse recte disputari, nisi sententia ipsa copiosius illustretur; opellam meam tali commentario addendo iis etiam commendare volui, qui nondum eam contraxerint vel cum omni arte rhetorica vel cum antiquis rhetoribus familiaritatem, quae praeceptis omnibus vocabulisque in libello nostro obviis intelligendis ac diiudicandis sola sufficiat.

Praesidia vero, quorum usu et Critici et interpretis officio, quantum liceret, satisfacere studerem, ita erant comparata, ut potius mea qualicumque lectione et comparandi studio conquiri et parari deberent, quam extrinsecus suppedirentur. Quanquam enim, cum primum ad textum emendandum me accingerem, nihil magis desideravi quam usum codicum quorundam nondum collatorum, unde depravata corrigi possent, et lacunae expleri. ideoque partim Viros quosdam Doctos privatim epistolis hac de re adii, partim initio anni elapsi vota mea publice in Ephemeridibus Ienensibus significavi; tamen spes concepta me prorsus fefellit. Humanissimis enim litteris plures mihi animum quidem promptum paratumque ad opem studiis meis ferendam declararunt, sed de eiusmodi praesidiorum inopia et ipsi conquesti sunt. Sperabam imprimis fore, ut collatione codicis cuiusdam in bibliothecae Wolfenbütt. thesauris egregiis reconditi quo vel integram *Texvvy* vel in compendium redactam cum aliis scriptis rectorr. comprehendere Exc. Langerus bibl. Custos benevole mihi significavit) plura restituere liceat. Verum, quum ille in manibus alius cuiusdam Viri Docti versaretur (quem negotiorum ratio, quo minus mihi transmitteret, impediret) neque ipso codice uti poteram, neque accuratorem mihi eius notitiam parare. Britanniae vero, Angliae, Italiae bibliothecas ne litteris adirem, codicumque ibi latentium collationem expeterem, sumtus nimii, quos tale litterarum commercium paraturum esse praeviderem, vetabant. Relicto igitur a tali praesidiorum genere, quid tandem supererat? nisi, ut cautè uteretur illis, quae ab aliis editoribus parata viderem,

et, ubi illi frustra consulerebuntur, ad crisin coniecturalem confugerem?

Ac primum quidem priorum Dionysii Halic. editorum, Sylburgii maxime et Hudsoni, (quos partim lectionibus codd. quorundam notandis, partim coniecturis subinde ad textum emendandum aliqua contulisse viderem) observationes criticas in editione Reiskiana allatas, neque tamen ipsius B. Reiskii (morte occupati) additamentis auctas diligentius examinandas et cum vulgari textu comparandas putavi. Etenim quum Sylburg. et Hudson. exemplaribus nonnisi certis quibusdam temporibus uti liceret, non poteram non in sola Reiskiana, quae ex Hudson. enata est, adhibenda pluribus locis acquiescere. Novi quidem, ipsum Reiskium in praefat. (T. I. p. XVII. seq.) in Hudsonum, qui Sylburgianas animadversiones non integras, sed mutilatas ac depravatas exhibuerit, vehementer esse in-
vectum, ibidemque (p. XX.) professum, temporis angustias ipsi non permisisse, ut omnibus hisce Hudsonianis labibus occurreret. Verum e pluribus locis, ubi Sylburg. et Huds. editiones accuratius conferre liceret, intellexi, in nostra certe Τσχνη describenda, Hudsonum minime tanta levitate Sylburgianas observationes tractasse, quantam Reiskius ei vitio verterit. Dolendum omnino, quod Reiskius, ceteroquin cum de aliis scriptoribus, tum de Dionysii Halic. operibus bene meritus, nescio quo partium studio ductus Hudson. editionis pretium omni modo iniuste deprimere studuerit, per omnem fere praefationem de temeritate eius acerbè conquerendo, neque doctrinae huius viri et acumini quo interdum et Sylburgium et alios editores superavit, debitas laudes concedendo a). At nolo repetere

- a) Omisit, (ut exemplum addatur,) Hudsonus notam Sylburgii ad c. 5. §. 2. ubi exinde, quod rhetor in orationibus προσφωνηματικοῖς laudationem τοῦ βασιλέως addi iubeat, ac praeterea de eo quaeri, utrum Praetor s. Praefectus ad provinciae administrationem a rege missus, Graecam Romanave linguam calleat, Sylburgius non absurde conici posse dicit, τσχνη nostram sub Caesare Augusto esse scriptam. Fateor tamen, me quoque non satis intelligere, quid sibi voluerit Sylburgius his notandis. Quodsi hoc probaturus erat, non potuisset talia de συγκομιῇ βασιλέως, et Praefectis ad Provincias administr. a rege ablegatis scribi, anteaquam omnino essent Caesares, nemo ei repugnabit. Verum non aequè inde probatur, non potuisse talia sub alio Caesare scribi. Tali observatione omittenda non putaverim Hudsonum magnam iniuriam fecisse Sylburgio.

ab aliis Censoribus recte contra eum monita. Lubenter vero B. Reiskio in eo adsentior, quod frustra desiderari dicat accuratiorem et perspicuam codicum, qui hucusque ab editoribus Dionysii adhibiti fuerint, notitiam, neque a Stephano, Sylburgio, Hudsono, neque a Montefauconio in Bibliotheca bibliothecarum exhibitam. Vd. eius praef. p. XXIII. seq. Eiusmodi historia critica quo plura adfert commoda editori de singulorum codd. pretio ac usu recte iudicatur; eo magis ipse etiam, dum in textu emendando elaborarem, talem notitiam desideravi, neque tamen me (destitutum praesidiis necessariis) huic negotio suscipiendo ullo modo parem esse intellexi. Quapropter in iis acquiescere debebam quae partim ab editoribus commemoratis, partim a Fabricio in Bibl. Graeca, eiusque operis editore nuperrimo Cl. Harlesio, Vol. IV.) de codd. ad libros rhetor. pertinentibus notata viderem. Inprimis mihi proderant primum codd. ab Hudsono collatorum, cod. reg. 1 (in Bibliotheca regis Gallorum repositi Colbertini, et Cantabrigiensis, lectiones, quibus haud raro tam bene et commode vel lacunae expleri vel errores corrigi poterant, ut haud parum mirarer, quid fuerit, quod Hudsonus eas non confestim in textum reciperet. Item emendationibus ab aliis Viris Doctis inprimis Sylburgio et Hudsono, propositis multa me debere gratus profiteor. Nescio tamen, unde factum sit, ut uterque tot loca depravatissima omnino intacta relinqueret; qua de re quo iure conquerar, ipsa observationum mearum criticarum lectio docebit. Alia contra (a Sylburgio potissimum) emendata sunt et in dubium vocata, quae recte liceret vel communi loquendi usu Graecorum, vel technologia Rhetoribus propria similibusve locis in ipsa Τεχνη nostra obviis defendere. Hisce emendationibus alias addidi vel a Praeceptoribus meis pie venerandis. Exc. Beckio et Herrmanno (quos subinde de locis quibusdam difficilioribus consulere mihi liceret) mihi benevole suppeditatas, vel in aliorum observationibus ad alios scriptores pertinentibus obvias. Contuli praeterea textum vulgarem cum versionibus singularum συγγ. partium latinis in edit. Reisk. textui subiectis (de quarum auctoribus cap. II. huius praefat. pluribus dicam) ut meliorum lectionum vestigia deprehenderem. Neque tamen nisi paucis locis eiusmodi vestigia deprehendere licuit. Plerumque enim verba

Graeca ab auctoribus illis ita latine reddita videmus, ut pateat, eos nequē tali, quali opus esset, diligentia hac in re esse versatos, neque Rhetorem summi recte intellexisse. Denique meum quaecunque studium adiunxi, propriis emendationibus textum, quantum fieri posset, in integrum restituendi. Qua in re elabdrantem si quis iusto audaciorem fuisse existimet, vel propriis verborum mutationibus, additamentis, enunciationum transpositionibus subinde in textum recipiendis, vel omit-tendis, quae vulgo addita legerentur, is perpendat quaeso, librariorum, qui textum *Ταχως* nostrae describerent, eam fuisse negligentiam, quae editori textum a mendis purgaturō (inprimis codicum meliorum praesidiis destituto) paulo maiorem audaciam non permitteret tantum, sed adeo iniungeret. Exempla rei in singulis *Ταχως* capitibus, ne dicam sectionibus cuiusvis sponte obvenient. At, quo firmitus mihi persuasum habeo, haud raro satis incertam esse viam plenamque periculosae aleae, quam criseos coniecturalis usus nos ingredi iubeat, eo magis mihi etiam certis limitibus constituendis cavendum putavi, ne audacia fieret temeritas. His rationibus ductus partim nonnisi eas emendationes in textum recepi, quas series orationis, consilium scriptoris, linguae usus necessario efflagitarent, ac praeterea facilitas quaedam ac simplicitas commendaret, reliquas ad easdem observationes criticas relegavi, quibus de omnibus lect. varietatibus et emendationum rationibus exponere constitueram b); partim in ipso emendationum delēctu leges certas sequutus sum propriae *Ταχως* nostrae indoli accommodatas. Etenim, quum repetita singulorum locorum lectio et comparatio me facile docuisset, haud raro in commentariis illis sermonem Graecum minus parum deprehendi eamque orationis negligentiam, quae plura iisdem plane verbis formulisque saepius repetat, neque artificiosam periodorum membrorumque structuram curet; cavendum erat, ne, si quae in elocutione non satis placerent, confestim lectio depravata putaretur. Intelligebam item, haud dubie iampridem plura exstitisse glossemata et interpolamenta, omnibus codicibus nostris antiquiora (cuius sententiae rationes idoneae c. c. 1. III.

b) Parentheses signis includenda curavi verba graeca in textu obvia, quae vel addenda, vel omittenda, vel emendanda putaveram.

praefat. patebunt, ubi de origine probabili fatisque huius *Τεχνη* disputabitur); ideoque omnino iniuriam fieri librariorum, si quis eiusmodi additamenta vel otiosa vel plane inepta ubique ab illorum temeritate profecta existimet. Inprimis vero meum emendandi studium regebat et moderabatur cum universa technologiae Graecorum rhetoricae ratio, tum eorum locorum in *Τεχνη* nostra obviorum diligens comparatio, quibus nunc eadem sententiae eodem plane modo proponerentur, nunc praecepta alibi breviter et obscurius proposita copiosius explicarentur et exemplis illustrarentur. Quae in re permulta debeo auctori capitis noni (de quo mox cap. III. pluribus dicetur). Etenim quum non possem non primo obtutu intelligere, huius capitis auctorem permulta repetisse, aut brevius contraxisse, quae cap. 8. de eodem argumento (diversis orationum figuratarum formis) essent praecepta; haud raro capitis noni lectio viam mihi parabat ad loca quaedam cap. 8. admodum depravata probabiliter emendanda; quam *interdum* mira librariorum negligentia acciderat, ut utriusque capitis *prosis* ad eadem praecepta et exempla pertinentes corrumperentur. Magnas mihi subinde difficultates paravit locorum ex aliis scriptoribus laudatorum tractatio critica. Quanquam enim hanc potissimum provinciae meae partem non sine spe grata et iucunda susceperam, fore, ut ex ipsa *Τεχνη* nostra permulta aliorum scriptorum loca liceat emendare; tamen, quo accuratius eam cum iis ipsis, qui laudantur, scriptoribus contuli, eo magis intellexi, non modo librariorum *Τεχνη* describentes his etiam locis plura vitia intulisse, (ex illis scriptoribus emendanda) sed ipsum etiam auctorem haud raro negligentius aliorum loca laudasse. Propterea minime audebam scriptori cuidam lectionem in commentariis nostris obviam a textu vulg. discrepantem obtrudere, nisi ea praeterea codicum quorundam illius scriptoris auctoritate aliisve argumentis recte posset defendi. Consultius item putabam, saepius in dubio ac suspensio relinquere, num ipsius auctoris, an librariorum negligentiae talis lecti. discrepantia debeatur, quam temere certi quid de origine eius pronunciare, neque nisi iis locis id audebam, ubi illa vel saepius in vulgari Rhetoris textu repeteretur, vel omnino ita comparata esset, ut haud facile posset e librariorum temeritate explicari. Solebam praeterea

ad illam laboris mei partem felicitis peragendam praestantissimorum interpretum, qui, scriptores laudatos illustrarunt (Heynii, Wolfii, Valquenarii, Gottloeberi etc.) symbolas criticas adhibere.

Interpretationis meae praesidia modumque a me servatum quod attinet, et versionem novam latinam textui addendo, et commentarium cum historicum tum philologico-rhetoricum subiiciendo interpretis officio satisfacere studui. De versionis quidem novae elaborandae consilio eiusque causis non est, quod multis dicam. Quicumque enim interpretationem illam latinam vulgo textui subiici solitam obiter tantum perlustraverit, ei neque linguarum veterum notitia, quam auctores eius prodiderunt, neque diligentia eorum satis probabitur c). Desiderabatur omnino versio latina, quae sermone et puriori et magis perspicuo sensum auctoris fide exprimeret. Talem potissimum me exhibere voluisse ac studuisse, quemadmodum absque omni vano gloriolae studio licet profiteri; ita lubenter concedo, ipsam, quae in commentariis nostris regnet, elocutionem, haud raro negligentiores et elipticam, mihi neutiquam permisisse, ut ubique latini sermonis puritati et perspicuitati brevitatem iungerem exoptatam. Accedebat, quod diversitas, quae technologiam rhetoricam Graecam inter et Latinam intercedit, subinde *περίφρασις* requireret. Ceterum mirum forsitan possit videri, quod locorum ex Homerr. carminibus laudatorum versionem a metri vinculis liberam exhibuerim. Verum, quum intelligerem, versionem metricam in vulgari illa latina omnis *ῥυθμός* interpretatione obviam haud raro iisdem vitiis esse obnoxiam, quibus reliquam huius interpretationis partem laborare supra monuimus, neque meas vires novae Homericorum locorum versioni lat. metricae elaborandae pares existimarem, consultius putabam, illam, quae Tomo tertio editionis Heynianae comprehenditur versionem a metri quidem vinculis solutam; sed fidam, paucis subinde mutatis, locis Homm. subiungere. Cuius instituti mei excusatio idonea vel inde mihi paratur, quod illa Homeri loca in

c) Liceat eos, quibus aliae Dionysii editiones non in promptu sint, ablegare ad specimina quaedam huius antiquae versionis in commentario nostro subinde prolata. (Omnibus enim erroribus, quibus haec versio scatet, commemorandis et refutandis oleam profecto operamque perdidissem.)

commentariis nostris rhetoricis artificii tantum oratorii examinandi neque verae pulchritudinis poeticae (eius potissimum, quae metro constet) declarandae causa allata videntur.

At, quum permulta occurrerent, quae uberiori interpretatione indigerent, nec uno modo intelligi possent ac diiudicari, sive ad historiam, antiquitates, mythologiam, sive ad ipsam rhetoricam, sive ad linguam (illam potissimum Rhetoribus propriam technologiam) spectarent; commentarium addebam singulas omnisvis generis difficultates expediendum. Qua in re eo diligentius mihi elaborandum putavi, quo magis ipsam interpretationem a prioribus Dionysii Halic. editoribus neglectam vidi. Accuratius potissimum ipsa praecepta interdum paulo obscurius proposita erant explicanda; cum aliorum rhetorum monitis conferenda, et diiudicanda, phrasaeque singulae ac vocolae rhetoricae (in quibus adhibendis Rhetores vet. non ubique satis constantes frnere) singulorum locorum comparatione illustrandae. Egregium sequebar ducem et Coryphaeum, B. Theoph. Ernestium, cuius Viri quot et quanta fuerint de hoc potissimum litterarum genere merita, quamque desideratus et dilectus omnibus, qui veram eruditionem eique iunctam animi humanitatem colant et diligant, ex hac vita discesserit, ita inter omnes constat, ut in eum Ernestii encomium non possit non otiosum pariter quam laudibus eius longe inferius videri. Immortalia reliquit doctrinae suae et assiduitatis monumenta lexicæ technologiae Graecorum et Latinorum rhetoricae (edita Lips. 795. et 796. 8.) quorum usu perpetuo edoctus et confirmatus interpretis provinciam rectius possem ac facilius administrare. Obveniebant tamen interdum formulae (v. c. σχημα, λογοι σχηματισμοι, ηθος, αγων κεινος et οικειος, etc.) de quibus ideo paulo copiosius exponi deberet, quod B. Ernestium de usu earum in nostra potissimum Τεχνη obvio non accuratius dixisse intelligerem.

Denique, quum partim vitae scriptorumque rhetoricorum Dionysii Halicarn. historia breviter enarrari deberet, (copiosius illustrata in Fabricii bibl. Graeca l. i.) partim quaestio tractari (a nemine, quantum novi, accuratius tractata) quae ad authenticam Τεχνης nostrae pertineret; utrique officio capite secundo et tertio huius introductionis satisfacere constitui.

Haec de consilio et ratione editionis meae praemonita sufficiant. Quodsi opellae meae aequi contigerint et Lectores et Censores, qui eam non omni utilitate carere existiment, neque difficultatum, quibuscum mihi praesidiis externis haud raro prorsus destituto pugnandum fuerit, sint immemores; sat ampla laborio mei praemia retulisse mihi videbor, omnemque operam meam, otio concessa, ad alia Dionysii scripta rhetorica (minus a librariis depravata lectique incundiora) similibus commentariis illustranda conferam.

Errores typographicos (qui non omnino evitari poterant, etsi molestissimo illos corrigendi officio mihi soli inposito omni diligentia, nec sine magna temporis iactura et oculorum incommodo fungerer) benevolus lector ipse emendabit.

CAPUT II.

Dionysii Halic. vitae, scriptorum rhetor. eorumque editt. notitia breviter tradita e Fabricii bibl. Graeca Vol. IV. ed. Harles. p. 382. sqq.

Dionysius, Alexandri filius e Caria *Halicarnassensis*, vir doctissimus et criticus ac rhetor sua aetate praestantissimus, in Italiam venit post finem bellis civilibus inpositum ab Augusto Caesare circa mediam Olymp. 187. (A. U. C. 723. ante Christum N. a. 30. atque ab eo tempore per annos 12 Romae versatus Latinae linguae facultatem et alia ad historiam romanam scribendam necessaria monumenta ac subsidia sibi comparavit. Manum admovit operi Ol. 193. a. 1: ediditque antiquitatum s. originum Romanarum, *Ρωμαϊκῆς Αρχαιολογίας* libros 20, quorum nonnisi priores undecim restant, desinentes in anno U. C. 512. et fragmenta quaedam de legationibus, itemque libri 12. Exstitit idem scriptorum criticorum et rhetoricorum auctor quorum alia servata sunt, alia perierunt. Sunt autem haec omnino eximia et lectu digna, nisi quod interdum nimis acerbam (et iusto subtiliorem) crisin exercere videtur Dionysius d) in iis scriptis, quae iunior aetate

d) cfr. quae de iudiciis Dionysii Halic. praecclare monuit Schlagelins in Vvalandii Museo Attico, T. I. fascic. 3. p. 161. sqq.

et ferventior edidit (neque enim dubium est, haec ante antiquitates ab eo composita fuisse.) Tituli scriptorum rhetor. quibus temporum iniuria perpercit, hi sunt: 1) *περὶ συντάξεως ὀνομάτων* liber de structura orationis ad Rufum Melitium s. ut Sylb. vult) Minucium scriptus; 2) *τέχνη*, ars rhetorica, duodecim capitibus constans de qua mox singulari disput. videbimus); 3) *τῶν παλαιῶν χαρακτῆρες*, s. *τῶν ἀρχαίων κρίσις*, (de praecipuis linguae Graecae auctoribus elogia); 4) *περὶ τῶν Ἀττικῶν ῥητέρων ὑπομνηματισμοί, πρὸς Ἀμμαῖον*. (de oratoribus Atticis ad Ammaeum scripti commentarii, quorum prior tantum pars exstat integra (*περὶ τῶν πρεσβυτέρων*, de antiquis oratoribus, Lysia, Isocrate, Isaco) posterioris (de iunioribus oratoribus Att. Demosthenes, Hyperide, Aeschine) nonnisi unum caput superest, initio mutilum et hinc inde hians, *περὶ τῆς λεπτικῆς Δημοσθένους δεινότητος*, et tractatio non integra de Dinarcho, *tertía* (de historicis et ceteris scriptoribus Atticis) a Dionysio promissa, incertum an perfecta, certe ad nostram aetatem non pervenit; 5) epistola I. ad Ammaeum de aetate scriptorum Demosthenis et Aristotelis, s. quod Demosthenes artem rhetoricam non didicerit ex Aristotele, neque orationibus suis ad eius praecepta conformatis omnium oratorum praestantissimus evaserit; 6) epistola II. ad Ammaeum *περὶ τῶν Θουκυδίδου ιδιωμάτων* (de iis, quae Thucydidi propria sint); 7) de Thucydide liber ad Q. Aelium Tuberonem *περὶ τῆς Θουκυδίδου χαρακτῆρος καὶ τῶν λοιπῶν τῆς συγγραφῆς ιδιωμάτων*; 8) epistola ad Cn. Pompeium de Platone, qua exponit, quid in eius dictione, et quam ob rem inprobet, adiuncto iudicio de historicis, quos praecipue imitatione dignos esse putet.

Perierunt haec: 1) *περὶ μιμήσεως* de imitatione ad Demetrium scripti *υπομνηματισμοί* 3, an et quinam et quomodo imitandi sint scriptores eximii (cfr. *τέχνη* c. 10. §. 6. et §. 19. ibique not. laudantur iidem in scholl. ad Hermogenem ab Aldo editis p. 411.); 2) *περὶ τῆς πραγματικῆς Δημοσθένους δεινότητος* (de Demosthenis in rerum tractatione admirando acumine ac vi, vd. l. *περὶ λεπτ. Δημοσθ. δαινοτ.* c. 53. p. 1129. T. VI. ed. R.); 3) de Hyperide et Aeschine, historicis, philosophis, et ceteris scriptoribus Atticis *υπομνηματισμοί*; 4) *περὶ τῆς ἐκλογῆς ὀνομάτων*, de delectu verborum liber, quem Rufo promittit in l. *περὶ συντάξεως* (c. 1. p. 6. T. V. ed. R.); 5) de

Lysia et internoscendis eius orationibus (cfr. iudicium de Lysia c. 4. ex. p. 85. T. V. ed. Reisk.) ὑπὲρ τῆς πολιτικῆς φιλοσοφίας πρὸς τὰς κατὰ τὸ χροῖον αὐτὴν ἀδίκους. contra eos qui politicam philosophiam iniuste reprehendant (vd. iudicium de Thucydide c. 2. ex. p. 814. T. VI. ed. Reisk.)

Omissa codicum plurimum nondum collatorum notitia quam Fabricius et Harlesius l. l. addiderunt, editionum versionumque latinarum eas tantum commemorabo, quibus Τεχνη (nondum separatim edita) una cum aliis comprehenditur. Editā τεχνη primum una cum ceteris libris rhetor. ab *Aldo Manutio* in collectione rhetorum, Venet. 1538, fol. vd. Fabricij bibl. Gr. l. 4. c. 31, §. 16. p. 457. Vol. V.) Omnium vero Dionysii Halic. operum prima prodit insignisque editio, Paris. 1546. fol. curante *Roberto Stephano* qui textum subinde e codd. emendavit. Eodem saec. Dionysio emendando et illustrando manum admovit Sylburgius, cuius editio ita inscribitur: Dionysii Halicarn. scripta, quae exstant, omnia, et historica et rhetorica, gr. et lat. e veterum librorum auctoritate doctorumque hominum animadversionibus quam plurimis in locis emendata et interpolata, cum latina versione ad graeci exemplaris fidem denuo sic collata, et conformata, ut plerisque in locis sit plane nova. Addita fragmenta quaedam, cum Glareani chronologia et duplici appendice. Additae etiam notae, quibus de utriusque textus vel emendatione vel explanatione agitur. Adiecti praeterea duo locupletissimi rerum et verborum indices, alter graecus, alter latinus, opera et studio *Frieder. Sylburgii* Veterensis, Francof. apud heredes *Andreae Wecheli*, 1586. fol. (Cuius edit. tomo altero libri rhetorici et critici e coniecturis tam aliorum, quam Sylburgii emendati, notisque illustrati comprehenduntur.) Porro omnia Dionysii opera graece et latine cum notis et observatt. variorum et variis lecti. plurimum codd. edita sunt opera et studio *J. H. Hudson* (Oxoniae e theatro Sheldoniano, 1704. T. II. fol.) qui latinam τεχνης versionem in edit. Sylburg. expressam subinde emendavit, Graeca castigavit ope duorum codd. biblioth. regis Galliae, cod. Colbertini Jamesii item (theologi Cantabrigiensis) et Rogeri Galei, ac praeterea (rarius tamen) ipsius coniecturas acutas in notis addidit. Denique B. Reiskius Georgii librarii Lips. precibus motus,

qui Dionysium Hudsonianum typis repetere constituerat, curam suscepit editionis Lipsiensis; ex Hudson. enatae, cuius haec est inscriptio: Dionysii Halic. opera omnia graece et lat. cum annotatt. Henr. Stephani, Fried. Sylburgii, Franc. Porti, Isaaci Casauboni, Fulvii Ursini, Henr. Valesii, Io. Hudsoni, et Io. Iac. Reiske Lips. stumtibus Georgii, 1774—1777. Voll. 6. 8. Volumina V. et VI. continent Dion. libros rhetoricos, novis cum aliorum tum ipsius Reiskii observatt. illustratos praeter *ῥεχνην*, cui (morte impeditus, quo minus *ῥεχνην* relegeret, omnique editioni ipse ultimam manum inponeret) consulere non potuit.

Versiones quod attinet, (ut de reliquis libris taceam) satis antiquam exstare novimus *ῥεχνης* nostrae capp. 2. 3. 4. versionem latinam a Theodoro Gaza curatam, simul cum Chisii Fortunatiani libris 3. rhetoricorum editam a Francisco Puteolano, Mediolani, saec. 15. 4. sine anni nota. (Ea nunquam mihi uti licuit.) Illa vero omnis *ῥεχνης* interpretatio latina, quae et in Reisk. et in aliis editt. textui Gr. addita comparet, diversos habet auctores, 1) M. Antonium Antimachum Ferrariensem, qui priora 4 capita latine vertit, 2) Guil. Gratium, Brugensem, Iesuitam, cap. 5. 6. 9. 10. interpretem, 3) Andream Schottum, cui capp. 7. 8. 11. versionem debemus. Eadem versiones latina illa omnium Dion. operum interpretatione continentur, quae S. 17. in separatim prodit: Dion. Halic. scripta, quae extant, omnia, historica et rhetorr. nunc primum universe latine edita, illa quidem olim per Gelenium, sed ita interpolata per Sylburgium, ut pene nova versio dici queat, haec vero a variis translata, etc. Hanoviae, typis Wechelianiis, 1615. 8. T. II. (De usu ac pretio illarum versionum quae nos statuamus, supra cap. I. significavimus).

CAPUT III.

De singulis Τεχνης partibus, earum indole et argumento, causisque, cur minime integra possit ad Dionysium Halicarnassensem auctorem referri.

Novimus ab iis, qui vulgarem de vero libri cuiusdam antiqui auctore opinionem impugnaturi sint, duplex potissimum argumentorum genus adhiberi solere.

Alterum *externa* quae vocantur, argumenta, alterum *interna* complectitur. Illis qui continent, alios antiquitatis scriptores fide dignos, qui vel coevi essent scriptoris, quem vulgaris sententia libelli auctorem perhibet, vel non ita multo post eum vitam degerent, consulunt, diligenter inquirentes, num ii *vel* diserte negaverint, libellum laudatum huic scriptori recte tribui, *vel* silenti scriptorem librumque ibi potissimum praetereuntes, ubi utriusque mentio aut deberet necessario, aut posset commodissime fieri, tacite talem dubitationem significaverint, *vel*, dum librum eodem titulo insignitum laudarent, eidemque scriptori constanter tribuerent, tamen adferendis locis, quae in nostris exemplaribus minime compareant, monstraverint, non eum, quem auctor laudatus de hoc argumento vere scripserit, librum, sed alius auctoris opus supposititium ad nostram aetatem pervenisse. Interna, quae dicimus, argumenta, ipso libro diligenter perlustrando et partim cum rationibus temporis, quo auctor vitam degeret, partim cum reliquis eiusdem placitis alibi propositis, partim cum elocutionis indole, quam in aliis libris constanter servaverit, conferendo nobis paramus, negantes, vel omnino scriptorem illa aetate viventem, vel eum, cuius talis esset cogitandi, iudicandi, scribendi ratio recte auctorem libri existimari. Quodsi praeterea singulas libri partes tam male inter se nexas esse et eo modo discrepare videas, quo unius eiusdemque libri ab uno eodemque auctore conscripti partes minime inter se discrepare possint ac soleant, vel hoc unum argumentum sufficiet probaturo, *integrum certe opus* neutiquam debere huic auctori tribui.

Qua quidem via mihi etiam dubitationem de *γνησιότητι τῆς χυνης* vulgo Dionysio Halicarn. tributae, quae iampridem mentem subierat, accuratius examinaturo incedendum ratus, quo diligentius singula loca perlustrabam, eo magis mirabar, quod hucusque e) pauci

e) Praeter Tanaq. Fabrum, qui in notis ad Longinum *περὶ ὀψους* p. 329. (edit. quae Salmurii prodit, 1663. 8.) obiter monet, *τῆς χυνης* ipsi non videri *γνησιον*, et alios quosdam imprimis huc pertinere auctor notae cuiusdam obviae in cod. ms. 11. biblioth. Laurent. Medic. Florent. cuius codicis aetate ad saec. XV. refertur. Vd. Cl. Harles. in notitia codicum Dionysii Halic. Vol. IV. Fabricii bibl. Gr. p. 382. sqq.) Ibi enim capiti decimo *τῆς χυνης* haec observatio praefixa legitur: *ταῦτε τὸ μὲν βιβλόν, οἶμαι, Διονύσιος ὁ Ἀλικαρνασσεύς ἀνετάξῃ*

fuerint, qui subinde vulgarem de huius opellae auctore sententiam in dubium vocarent, nemo, qui rem accurate investigaret. Eodem vero tempore cum aliis quibusdam locis vestigia inesse intelligerem, quae vulgarem sententiam tuerentur, tutius putabam, aliquam tantam Τεχνης partem aliis auctoribus tribuere, quam omnem librum spurium pronunciare. Liceat de argumentis sententiam nostram confirmantibus accuratius dicere, pertinentibus iis cum ad singula quaedam loca (ita comparata, ut alium potius quam nostrum Dionysium arguant) tum ad omnem maiorem libri partium discrepantiam, (minime ab uno eodemque auctore repetendam.)

Externa enim argumenta quod attinet, fateor, me huic generi in ea, de qua nunc agatur, disputatione, ideo non ita multum tribuere posse, quod praesidiis pluribus eam ad rem necessariis caream. Quanquam plures scriptorum vet. (rhetorum potissimum) consulti, quos huius τεχνης mentionem iniecissem, aut singula eius loca attulisse non immerito suspicarer; frustra tamen talia quaesivi vestigia. Nolim vero exinde colligi, vel integrum opus esse spurium, vel omnino ne scripsisse quidem Dionysium aliquam τεχνην ρητορικην; quum probe teneam, partim non licuisse, mihi omnes huius generis scriptores perlustrare, partim facile fieri potuisse, ut τεχνη nostra vel omnino minus innotesceret, rariusque adhiberetur, quam cetera Dionysii scripta rhetorica, vel in libris nunc deperditis laudaretur. Neque eiusmodi argumenta magnopere desideravi. Facile enim mihi singulas libri partes legenti et relegenti sponte permulta obveniebant indicia interna, quae sententiam supra propositam magis magisque confirmarent. Quae quo maiori perspicuitate exponantur, singulas li-

ὁ Πρώτος μέμνηται γὰρ ἐν αὐτῷ ὡς ἐκδομένου αὐτῷ τοῦ περὶ μίμησης. Quae omnino ita comparata sunt, ut pateat, scriptorem notae nonnisi *decimam* caput ad nostrum *Dionysium Halic.* referri voluisse quippe in quo auctor (§. 6. et 19.) haud obscure significaverit, se librum περὶ μίμησης editurum quem a Dion. nostro scriptum novimus. De reliqua τεχνης parte quid iudicaverit ille, non improbabilius e vbb. Διονυσίου ο Αλικαρν. ο Πρώτος colligere licet. Suspicati videtur, vel omnes reliquos libellos illa τεχνη comprehensos, vel maiorem eorum partem rectius ad alterum referri Dionysium Halicarn. Aelium (unum e posteris nostri) qui Adriani temporibus clarus esset edendis commentariis de vocibus atticis (vd. Fabricii bibl. Gr. Vol. IV. p. 405. ed. Harles.)

belli partes ita persequar, ut lectoribus via monstretur, qua ipse ad firmam *de diversis horum commentariorum rhetoricorum auctoribus* persuasionem pervenerim.

Quatuor sunt primariae omnis libelli partes, cum argumento, tum indole omni diversae. *Prima*, quae priora *septem* capita complectitur, de singulis quibusdam orationum formis (maxime generis Panegyrici) ita disputatur, ut breviter doceatur, quam ratione primaria talium orationum capita recte inveniantur sibi que iungantur. Agitur 1) de orationibus Panegyricis (proprie sic dictis) 2) de nuptialibus, 3) de natalitiis, 4) de epithalamiis. 5 de compellatoriis, 6) de funebribus, 7) de iis, quae cohortationem Athletarum contineant. *Alter*a capitibus 8. et 9. comprehenditur, ubi copiosior de orationibus figuratis (λογοις σχηματισμένοις) earumque usu et formis variis disputatio bis instituitur. *Tertia*, (capite 10.) percensentur vitia in commentationibus s. declamationibus (μάλιστα) illa aetate committi solita. *Quarta* (cap. 11.) docetur, quaenam potissimum in orationibus diiudicandis debeant spectari.

Qui brevior argumenti conspectus vel me non mone-
n-
te ostendit, his omnibus minime consummatam
quandam et integram contineri *τεχνην ρητορικην*. Ne-
que enim *universa praecepta* de inventione, dispositio-
ne, elocutione, memoria, actione proposita vides, ne-
que praeter illas orationum formas (prima parte commem-
oratas) alias, quae ad integram *τεχνην ρητορ.* maxime
pertinerent, praeceptis propriis illustratas. His prae-
missis, quae in singulis partibus unum, quae diver-
sos prodant auctores, quae Dionysio nostro convenient,
quae minus, accuratius investigare licebit.

A.

Primam quod attinet, septem capitibus ea com-
prehensio, plura omnino inesse videmus, quibus illa
inter se convenient, sive argumentum ipsum, sive mo-
dum tractandi et elocutionis indolem respexeris. Ar-
gumentum enim in eo versatur, ut loci, unde petenda
sint ea, quae de singulis orationum formis commemo-
ratis consilio dicentis accommodate debeant proferri,
partim universe notentur, partim exemplis illustrentur,
et ad singulas personarum, locorum, temporum *περι-
στάσεις*, nunc brevius, nunc copiosius, transferantur

(qua in re Graecae potissimum historiae et Mythologiae usum factum videmus), additis subinde de ordine rerum pertractandarum et elocutione praeceptis. Ipsum vero praeceptorum delectum si quis modo obiter perlustraverit, facile intelliget, tironibus potius quam iis scripta esse, qui lectione et dicendi scribendique exercitatione multum iam profecerint, ita ut fere Ciceronianis de inventione commentariis possint conferri; nisi quod hi (Romanis tantum scripti) tria primaria eloquentiae genera, iudiciale, deliberativum, laudatorium complectantur, neque in singulis formis eloquentiae panegyricae (quae seriori demum aetate, extincta Romanorum libertate, diligentius f) tractari inciperet) commorentur. Eloquentio denique obtinet ea, quae brevioribus potius membris (negligentius interdum sibi invicem iunctis) quam periodis artificiose structis sententias efferat, et [si pauca loca exceperis) neque elegantia, neque ubertate et varietate multum commendetur (quippe quam ne admitteret quidem argumenti consiliique propositi ratio).

Neque tamen haec ita comparata sunt, ut, quaecunque his septem capitibus contineantur, ad eundem auctorem eundemque librum recte possint referri. In iis vero iudiciis, quae merito talem suspicionem excitent, primum omnium non inepte hoc mihi commemorare videor, quod in capp. 1. 2. 3. 4. 5. 7. manifesto regnet *indoles epistolarum familiarium, a Rhetore amico cuidam, Echecrati iuveni olim discipulo diversis temporibus transmissarum*, quibus ei artem inveniendi argumenta singulis orationum formis accommodata accuratius esset traditurus; contra capite sexto nulla omnino huius rei appareant vestigia. Illum enim Echecratem diserte alloquitur auctor c. 1. §. 1. c. 5. §. 1. c. 7 §. 1. Eundem esse, ad quem c. 2. §. 1. 3. c. 3. §. 1. c. 4. §. 1. et al. oratio convertatur, eiusdemque scriptoris praecepta iis contineri, etsi nomen Echecratis ibi non proferatur, inde probabiliter colligi potest, quod partim reliqua horum capp. indoles cum ea, quae c. 1. 5. 7. regnet, satis apte congruat, partim

f) Qualia fuerint et Graecorum et Romanorum illius aetatis rhetorum, oratorumque studia partim in eloquentia forensi partim in declamationibus posita, praeter alios bene ostendit Cl. Heeren in prolegomenis praemissis Menandri rhetoris commentario de encomiis ab illo edito, Goettingae, 1785. 8.

auctor c. 3. §. 2. haud obscure ad ea respiciat, quae idem c. 1. §. 4. praeceperit g). Contra capite sexto neque Echecratis nomen proferri videmus, neque omnino orationem ad unum converti, sed, quaecumque ibi de orationibus fanebribus tradantur, ita proponi, quasi in usum plurium lectorum tradantur. Cui argumento quum elocutionis c. 6. regnantis diversitas quaedam addat, non immerito caput sextum tanquam alienum additamentum a reliquis segregabimus.

Ut autem reliquis commentationibus epistolas rhetoricas in unius tantum amici usum diversis temporibus scriptas eique transmissas contineri statuerem duorum potissimum locorum indicis motus sum, c. 2. §. 1. et c. 4. §. 1. Priori enim loco discrete significat scriptor, se Echecrati suo, qui iam in eo versetur, ut nuptias celebret, hanc *περι λογων γαμηλιων* commentationem muneris nuptialis loco offerre, cum ipse quidem provincia iuvenes instituendi impeditus nequeat visere Echecratem, eiusque nuptiis interesse. Talem autem praeceptorum ad orationes nuptiales pertinentium conspectum eo maiori iure Echecrati tanquam amicitiae signum, offerri putabat, quo magis eo Echecrates nunc potissimum indigeret. Intelligimus enim e cap. 2. §. 8. ipsum Echecratem sponsum suscepisse nuptiarum laudatoris provinciam (vd quae in commentario ad h. l. p. 37. n. 64. ssq. itemque ad §. 1. p. 72. n. 6. monuimus.) Ut verbo dicam, omnis huius capituli lectio facile quemvis docebit, agere scriptorem cum amico Echecrate, olim discipulo, qui illum invitaverat, ut nuptias instantes sua praesentia ornaret, simulque significaverat, se ipsum nuptiarum laudatoris provinciam suscipere

g) Monet scriptor c. 3. §. 2. in orationibus natalitiis anni tempestatem, qua quis natus fuerit, non esse negligendam, sed eodem modo ad natalia laudanda adhibendam, quo in laudationibus certaminum publicorum anni tempestas, qua instituantur, respici solet: *ωσπερ εν τεις περι του αγωνος επαινοις επισημαινομεθα τας ιδιοτητας των καιρων* etc. Quamquam in commentario ad h. l. (p. 41 n. 13.) vulgarem lect *επισημαινομεθα* impugnauimus; tamen, mutato etiam *επισημ.* in *επισημ.* (quod non ad scriptorem, qui c. 1. de laudationibus *πανηγυριων* similia praeceperit, sed ad oratores pertineat, qui in eiusmodi encomiis anni tempestates eodem consilio commemorare soleant) locum c. 1. §. 4. *τουτου δ επαρησεις του λογου* etc. nostro (c. 3. §. 2.) ita videri convenire, ut ea haud obscure unum eundemque horum capp. prodant auctorem. Simil. c. 3. initium ad c. 2. c. 4ti init. ad c. 2. §. 3. itemque cap. 7. §§. 1. et 5. ad cap. 1. respiciunt.

constituisset. Quodsi rhetor uno eodemque tempore reliquas tractationes scripsisset, omnemque illum commentarium, tanquam donum γαμήλιον, Echecrati transmisisset, haud dubie ipse aptius iudicasset in prooemio quodam omni libro praemisso, quam in aliqua ipsius libri parte ea proferre, quae loco laud. de nuptiis Echecratis dicta videmus (ut taceam, omnino consilio doni γαμήλιου singularem potius de orationibus ad nuptiarum sollemnitates pertinentibus commentationem convenire, quam integrum libellum rhetoricum, quo praeterea de aliis eloquentiae panegyri. formis huc plane non spectantibus, v. c. de πανηγυρικοῖς proprie sic dictis agatur.) — Alterum locum quod attinet (c. 4. §. 1.) ordinem neglectum ibi ab ipso scriptore eo modo excusatum videmus, qui haud obscure praecepta in epistolis familiaribus non uno tempore proposita arguat. Etenim quum rhetor primum c. 2. de λόγοις γαμήλοις, tum c. 3. de γενεθλιακοῖς disputasset, c. 4. de ἐπιθαλαμίοις (alia specie orationum ad nuptias pertinentium) praecipit. Quam disputationem illi c. 2. institutae artissime esse coniunctam ita ut praecepta de natalitiis proposita praecedere deberet, ipse bene intelligens c. 4. in haec dicit: *προ δε του περι της γενεσεως λογου· μικρου γαρ με παρηλθεν υπο του θορυβου και της ταραχης της περι την εξοδον· ο επι τω θαλαμῳ λεγοματος λογος*, i. e. „verum orationem natalitiam, (id enim fere me praeterierat bellico tumultu ac strepitu perturbatum) praecedit ordine oratio, quae ad thalamum pertinet.„ Quodsi consilium scriptoris in eo versabatur, ut praecepta hisce capitibus comprehensa uno integro libello publice proponeret; nec poterat facile nec debebat illa *περι την εξοδον ταραχη* ipsum impedire, quo minus errorem commissum animadversumque emendaret, priusquam absolveretur omnis commentarius. Facile autem fieri poterat, ut, cum priores illas *περι λογων γαμηλιων* et *γενεθλιακων* commentationes paulo citius conscripsisset, et ad Echecratem perferri iussisset, (perturbatus strepitu bellico), nunc demum intelligeret, se praecepta de *λογοις επιθαλαμιοις* proponenda omisisse, idemque nec posset ordinem neglectum restituere, neque de errore commisso magnopere esset sollicitus (quippe qui cum amico Echecrate ageret). Nolim tamen haec ita intelligi, quasi *omnes* illas commentationes a se invicem separatas diversis temporibus ad Echecratem pervenisse contenderem. Licet profecto ex initiis cap. 3.

περι γενεθλιακων (εχοντας δε σοι τουτου ο επι ταις γενεσσαι των παιδων λεγόμενος λογος etc.) et cap. . . περι προτρεπτικων αθληταις (ακολουθος αν ειη, και, ως ειποι τις, συναφης, ω Εχεκρατες, και ο εν ταυταις ταις πανηγυρσαι λεγόμενος λογος etc.) non inprobabiliter colligere, illud una cum tractatione περι λογων γαμηλιων (cap. 2.) hoc una cum praeceptis ad λογους πανηγυρικούς pertinentibus (cap. 1.) Echecrati esse transmissum.

Verum praeter illam indolis diversitatem, quam caput sextum inter et reliqua intercedere videmus, alia nobis occurrit historica difficultas comparantibus ea, quae cap. 6. de λογις επιταφιοις κινουις praecipuntur, cum Nicostrati commemoratione cap. . . §. 9. ex¹ obvia. Quem posteriorem locum h) iam aliis viris doctis, qui e vulgari sententia omnem libellum uni scriptori tribuendum existimarent, causam dubitationis de vero huius τεχνης auctore exstitisse video. Cfr. Sylburgius in notis ad h. l. „praeter Nicostratum Comicum fuit et „Nicostratus Macedo, orator; de quo Dionysius Hali- „carnassens et Hermogenes. (Sunt haec Menagii verba ad Diog. Laërtium l. 2. §. 57. laudata a Sylburgio, qui sic pergit:) „Verum hic Nicostratus, Macedonum „orator, teste Suida i) aequalis erat Aristidis et Dionis „Chrysostomi; ideo diversus ab eo, cuius mentio fit „hic loci, nisi dicamus (quod nonnullis ante nos in men- „tem venit) falso hunc libellum Dionysio adscriptum „esse. „ Fuerunt quidem, qui cum Sylburgio minime Nicostratum Macedonem, rhetorem M. Aurelii Antonini (Philosophi) aetate clarum, sed alium antiquiorem nostro loco intelligendum putarent. Talis est Fabricii sententia in bibl. Graeca Vol. IV. ed. Harles. p. 396. 97. haec disputantis: „Tanaquil Faber in notis ad Longinum (loco supra l. n. e.) τεχνην Dionysii no-

b) Legimus ibi de elocutione λογις γαμηλις accommodata haec praecepta: λεξει δὲ χρησέον ἀφελὲι μᾶλλον, ἐγγύς Ξενοφῶντος τε καὶ Νικοστράτου βαίνοντα etc. „Elocutio autem adhibenda simplicior, quae ad Xenophontis et Nicostrati dictionem propius accedat., etc. (Male errore quodam typographico in versione mea p. 39. leg. Isocratis pro: Nicostrati.)

i) cf. Suidas sub v. Νικοστράτος. μακεδόνων ῥήτωρ. ἐτάχθη δ' ἐν τοῖς κριτίσιν ἐπὶ δευτέροις δίκᾳ ῥήτορι. συγχρόνος Ἀριστείδου καὶ Δίωνος τοῦ Χρυσοστόμου. ἦν γὰρ ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου τοῦ βασιλέως. ἔγραψε δεκάμυθιαν, εἰκόνας, πολυμυθίαν, Σαλαττούργους, καὶ ἄλλα πλεῖστα· καὶ ἐγκωμια ἕς τε τὸν Μάρκον καὶ ἄλλους.

„stri esse. negat: „atqui Dionysii dictionem habet et
 „characterem. — Laudat sane Nicostrati dictionem.
 „Sed neutiquam intelligendus Nicostratus Macedo sub
 „M. Antonino clarus, de quo Suidas, Philostratus
 „de Sophistis k), et Alciatus 2, 49. non magis quam
 „Sophista iunior Trapezuntius, historicus (Eva-
 „grius historia eccles. l. 5. c. ult.) Constat enim, plu-
 „res fuisse Nicostratos antiquiores, ut illum, con-
 „tra quem Demosthenes dixit Ol. 59. Menander quo-
 „que, s. Alexander rhëtor Xenophontem ac Nicostra-
 „tum coniungit. Verum si quis locum nostrum p. 612.
 „(c. 2. §. 9.) paulo diligentius spectaverit, non facile,
 „opinor, sibi persuadebit, de alio potius (ignoto no-
 „bis) Nicostrato agi, quam de eo, cuius elocutionem
 Philostratus, Hermogenes et Alexander II. laud. eodem
 simplicitatis nomine commendaverint, eodemque modo
 eum Xenophontea comparaverint. — Quanquam autem
 haec Nicostrati commemoratio omnino eum arguit scri-
 ptorem, qui vel ipsa Nicostrati Macedonis aetate, vel
 post eum viveret; aequè tamen patet, non posse non
 ad priorem aetatem referri, quae c. 6. de λογους επιτα-
 Φιους κοινοις (oratt. funebribus, quibus in Atheniensium
 civitate viri nuper pro patria mortui publice laudari so-
 lerent, vd. comment. nostrum ad c. 6. §. 1. n. 9. p. 66,
 67.) praecipiantur. Probat enim alius rhetoris M. An-
 tonini aevo clari, Alexandri supra laudati commentatio
 περι λογου επιταΦιου (cuius praecipua capita in commen-
 tario l. 1. attulimus), eas conciones publicas, quae late-

k) Philostratus de vitis Sophistarum l. 2. p. 624. (edit. Olee-
 rii) de dictione Aeliani haec refert: ἡ μὲν ἐπίταξ ἰδία τῶν
 ἀνδρῶν ἀφέλεια προσβάλλουσα τι τῆς Νικοστράτου ὥρας. ἡ δὲ ἐνί-
 ας πρὸς Δίωνα ὁρᾷ καὶ τὸν ἐκείνου λόγον. „Dictionis eius for-
 „ma (universe dicendo), simplicitate constat, aliquantum ac-
 „cedens ad Nicostrati elegantiam: quandoque tamen Dio-
 „nem ea refert, eiusque tonum.”

Hic addendum Hermogenis testimonium quod Sylburgius
 in nota supra laud. innuit. Ille enim περι ἰδιων l. 2. p. 386.
 ed. Sturmii, cum de simplicitate elocutionis Xenophontiae
 et Aeschinaeae disputasset, haec subiungit: ὁ δὲ Νικόστρα-
 τος — ἀφέλης μὲν οὐδενὸς ἦτον ἐξὶ τῶν προσηρμένων, λεπτοτε-
 ρος δὲ καὶ πολλῶν καθαρώτερος σχεδὸν πάντων etc. Intelligi
 illum, Nicostratum Macedonem, cuius encomia Suidas l. 1.
 commemoraverit, ex iis patet, quae ab Hermogene mox ad-
 duntur: ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν κατὰ τὸ τοιοῦτο τῶν πανηγυρικῶν
 ἰδῶς λόγων εὐδοκίμουτων ἀνδρῶν, μετ’ ὧν καὶ τὸν Νικόστρατον
 ἐτίξαμεν, τεσσάρτα εἰρήσθω. est. idem Hermogenes eod. l.
 p. 226.

dationem virorum nuper pro patria mortuorum cotheplecterentur, illa seriori aetate non amplius in usu fuisse. His non inepte addi potest locus c. i. §. 5. ex ubi de met' odo argumentum laudationis certaminum ex ipso modo, quo disposita sint, petendi disputans haec praecipit: *εἰ δὲ γυμνικός, στί τὴν μουσικὴν ὡς ἐκδηλοῦσαν τὴν ψυχὴν παρητήσατο, τὴν δὲ ῥωμὴν τῶν σώματων παρέλαβε.* „Sin gymnicum tantum est certamen), re, pudiasse musicen (dicamus), quippe quae animum „effoeminet, at usum corporis virium admisisse, „vd. comment. Etenim quum partim omnis huius capituli lectio doceat, auctorem in exemplis adferendis praecipue certaminum Olymp. Isthm. Nemm. Pyth. rationem habuisse, partim historiae testimonio constet, ludos Olympicos usque ad Neronis aetatem non admisisse certamina musica (cfr. n. 42. ad c. i. §. 5. p. i. .) tanquam indigna ludis ab Hercule primum institutis; illud: *παρητήσατο τὴν μουσικὴν* omnino ludos Olympicos potissimum, ideoque scriptorem ante Neronis aetatem ita praecipientem innuere videtur.

Hisce indiciis quo rectius mihi uti liceat ad meam de origine fatisque horum capitulum sententiam mox proferendam et comprobendam, addo mirae transpositionis exemplum, quod cap. 7. (*περὶ προτρεπτικῶν τοῖς ἀθληταῖς*) continetur. Mirum profecto cuivis videbitur, quod commentationem de sermonibus funebribus (c. 6.) ea excipiat, quae de sermonibus exhortatoriis ad Athletas haberi solitis exponat, ita incipiens §. i. *ἀκολούθως ἂν εἴη, καὶ, ὡς εἰποῖ τις. συναφής, ὡ- Ἐχέκρατες, καὶ ὁ ἐν ταύταις ταῖς πανηγύρεσι λεγόμενος λόγος, οὐκ εἰς αὐτὴν μέντοι τὴν πανηγύριν, ἀλλ' εἰς τοὺς ἀνταγωνιστὰς τοὺς ἐν τῇ πανηγύρει etc.* imprimis cum c. 5. ex. haec legantur: „*καθόλου ὁ περὶ τῶν πανηγυρικῶν λόγος ἂν εἴη, πῶς περαινοῖτο αὐτός;* (his fere omnem de, oratt. Panegyrr. disputationem absolvisse nobis vide, „mur.) ac praeterea auctor cap. 7. §. 5. ad illam *περὶ λόγων πανηγυρικῶν* disputationem capite i. comprehensam ita provocet, quasi ea proxime praecesserit: *ἀφορμαὶ δ' εἰς τοὺς ἐσονται δὴ πῶς ἰκαναὶ αἱ προεῖρημεναι ἐν ταῖς (περὶ) τοῦ πανηγυρικοῦ λόγου μεθόδοις* (argumenta sufficient eadem, quorum mentio nobis antea facta de oratione Panegyrica disputantibus) vd. comment. ad h. l. Nonne res ipsa docet, perperam vulgo commentationem *περὶ λόγων προτρεπτικῶν τοῖς ἀθλ.* hunc locum obti-

nere, post caput primum potius collocandam? Unde tandem haec perversa capitum dispositio?

Quae singula, si quis paulo accuratius perlustret, non improbabilius de hisce septem capitibus ita me iudicare intelliget, ut commentationes contineri existimem a Rhetore non uno tempore in usum amici cuiusdam, olim discipuli, Echecratis, scriptas, eique, velut epistolas familiares, transmissas, quae postea parvum, vel ab ipso Echecrate illo, vel ab aliis, quibus eae innotuissent, non satis diligenter colligerentur, et disponerentur, partim diversis temporibus aliorum rhetorum additamentis, nunc longioribus, (quale I) caput sextum) nunc brevioribus (quale inest Nicostrati commemoratio- ni c. 1. 3.) angerentur in).

Restat quaestio, num vel illis capitibus, quibus Rhetorem cum Echecrate suo agere vidimus, vel capiti sexto insint, quae Dionysium Halicarn. prodant auctorem? Quanquam negare nullo modo licebit, 1) copiam locorum ex Homero, Hesiodo, Platone, Herodoto, aliisque nunc diserte, nunc tacite et *ἀποκρυφῶς* laudatorum, talem fere scriptorum Graecorum lectionem et tractationem diligentem redolere; quali Dionysium Halic. insignem fuisse novimus, 2) institutionem rhetoricam in epistolis factam non abhorrere a Dionysii nostri consuetudine, quippe qui similiter ad Ammaeum et Cn. Pompeium notissimas illas de Aristotele et Demosthene, Thucydide, Platone epistolas scripserit; 3) singula quaedam monita cum praecceptis a Dio

1) Non inepte poterit ipsa *ῥησις* illa, quae §. 5. ex legitur: καὶ σχολὴ οὗ περὶ τῶν πανηγυρικῶν λόγος ὡς πῶς περαινέται αὐτὴν ad eundem auctorem referri, qui caput 6. adderet. Etenim enim ipsum vocab. λόγων πανηγυρικῶν non modo in inscriptione capitis primi, sed in ipso etiam capite I. itemque cap. 7. ubique sensu angustiori de iis orationibus dicatur, quae certaminum publicorum laudationem contineant; parum probabilis, eundem scriptorem capite quinto ex. eandem formulam latiori significatione (cuius alia exempla in hisce capitulis desiderantur) ad omnes orationum formas; quibus laudatio quaedam incesset, transuliasse. Originem suam omnis *ῥησις* debere videtur alius rhetoris interpolamento; qui, cum tractationem de sermonibus funebribus adderet, verbis: καὶ σχολὴ οὗ — περαινέται αὐτὴν significaret, finitam esse disputationem de laudationibus hominum in vita versantium, incipere aliam de mortuorum encomiis. (vd. comment. ad c. i. §. 1. in.)

m) Ex eodem fonte alia forsitan promanarunt glossemata, de quibus in commentario videbimus.

nysio alibi propositis conspirare (cfr. v. c. c. I. §. 8. ibique nott. p. 15. 17.); n) 4) abesse (quod bene monuit B. Ernesti in lex. technol. Grr. rhet. praefat. p. 18.) molestant illam subtilitatem, qua alii rhetores hoc argumentum tractaverint; ingenue tamen fateor, me, quum primum hanc, de qua agimus, *τεχνης* partem obiter perlustrarem, de eo dubium hæsisse, quomodo Dionysio in mentem venire potuerit, tales potissimum eloquentiae Panegyricae formas eiusmodi praeceptis, quae tironibus maxime essent accommodata, illustrare, studiumque his inpendendum adeo commendare (ut c. I. §. 1. et o. §. 1.)? Intelligimus enim e prooemiis libri de compositione verborum (p. 2. T. V. ed. Reisk.) et commentariorum de antiquis oratoribus (p. 445—451.) itemque ex ipso *τεχνης* nostrae capite decimo, haud dubie a Dionysio profecto, (ubi omnia ad iudiciale potissimum eloquentiam referuntur) aliisque locis, Dionysium nostrum in *eloquentia potuit* ipsius studia collocasse, nec magni fecisse illa orationum genera, quae ostentationi potius et adulationi inani quam verae eloquentiae exercendae consulerent (qualia essent *λογοι πανηγυρικοι* c. I. tractati multum distantes ab antiquis illis, ubi nobilior libertatis et patriae amoris sensus spiraret, *γαμηλια*, etc. seriorum potius rhetorum studiis digni.) Accedit porro ipsa elocutio in hisce septem capitibus regnans. minime ea ubertate et elegantia insignis, quae ceterorum Dionysii Halic. librorum lectores teneat necesse est; quanquam probe teneo, ea in re partim ipsi argumento elocutionis varietatem et ubertatem non admittenti, partim consilio in unius tantum amici usum praecepta quaedam conscribendi, partim temporum rationibus, quae rhetorem ea scribentem perturbarent ac distraherent, (c. 4. §. 1.) omnino aliqua concedi debere. Obveniunt denique in singulis locis, quae vel Dionysio sint indigna, vel aetatem seriore arguant o). Ita mirum profecto cuivis videbitur, quod c. 2. §. 2. de Iunone et Iove haec dicantur: *Ζεὺς p) γὰρ καὶ Ἥρα, παρ-*

n) Lege ibi p. 17. n. 61. ex. *uberius persequitur Dionysius Hal. in libro etc.* Scripta est typisque inpressa prior pars commentarii mei anteaquam hanc de authenticia libri eiusque singulorum partium disputationem prorsus consummarem, meamque persuasionem confirmarem.

o) Taceo h. l. Nicostrati Macedonis commemorationem, de qua supra diximus.

p) Pates autem, verba laudata acutius esse sequentibus con-

τοὶ ζευγνύοντες τε καὶ συνδυάζοντες (vd. commentar. nostrum n. 17. p. 25. Similiter offendit locus eod. cap. obuius §. 5. ex. ubi Peleus per Thetidem coniugem immortalitatem adeptus esse dicitur (vd. comment. n. 2. p. 32. Miro autem modo discrepat ab aliis Dionysii locis capituli sexti §. 1. ubi verbis: καὶ οὐ Παιανίους Demosthenes inter eos oratores refertur, quorum conciones funebres *etiamnum* q) existent legendae. Ostendunt enim loca Dionysii *περὶ τῆς ληπτένης Δημοσθένους δεινότητος* p. 1027. sq. T. VI. edit. Reisk. r et ib. p. 195. eum orationem illam funebrem, quae inter Demosthenis orat. vulgo legeretur, recte spuriam iudicasse (vd. n. 17. ad c. 5. §. 1. p. 69.) Neque haec ita licebit inter se conciliare, ut Dionysium eo tempore, quo hanc *πρὸς λόγων ἐστὶ* commentationem vulgo ei tributam scriberet. concionem illam fun. nondum pro spuria agnovisse dicamus. Nunquam potuit talis illarum rerum iudex, qualem Dionys. Halic. fuisse constat, Demostheni eam orationem tribuere, quam ipse loco infra all. *λόγον Φοῖνικον, κενόν, παιδαριώδη* appellat, ne verbulo quidem

innecta, quam quae facile possint pro seriori interpolamento haberi.

q) Dicit enim: *παράδειγματά αὐτῶν ἐστὶ τοῦ καὶ παρὰ τοῖς ἱεροχοῖς* etc.

r) Verba haec sunt: τοῦτον δὲ (int. Platonis Menexenum) παραλήψομαι τὴν λόγον, καὶ παρ' αὐτὸν ἐξετάσω Δημοσθένους λέξεις τινάς· οὐκ ἐν τούτῳ. (s. ut Reiskius vult: οὐκ ἐν τοῦ ὁμιλουμένου) τὴν μὲν γὰρ οὐχ ἠγούμαι ὑπ' ἐκείνου τοῦ ἀνδρός γεγραμμένην· ἀλλ' ἐν τῶν ἄλλων αὐτοῦ λόγων. „hanc igitur suam orationem et dicta quaedam Demosthenica cum illa „comparando examinabo, non ex illa quidem eiusdem argumenti oratione (funebri) deprompta (quippe quam minime ab illo oratore scriptam puto) sed e reliquis eius concionibus. „Posterior locus ita se habet: πανηγυρικοὺς μὲν δὴν λόγους οὐκ ἔχονεν αὐτοῦ παρασχέσθαι· πάντας γὰρ ἔγνωε τοὺς ἀναφορομένους εἰς αὐτὸν, ἄλλοτριούς· εἶναι τιθεσθαι, καὶ οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἔχοντες τὸν ἐκείνου χαρακτήρα, οὐτ' ἐν τοῖς νοήμασι, τῆς δὲ συνθέσεως ὅλην, καὶ τῇ παντὶ λεγόμενους· ὧν ἔστιν ὁ τε Φορτικός καὶ κενὸς καὶ παιδαριώδης ἐπιτάφιος, καὶ τὸ τοῦ σοφιστικοῦ λόγου μέγαν ἐγκώμιον εἰς Πausaniam. τὰς δὲ περὶ τούτων ἀποδείξεις οὐχ οὗτος δ καὶ εἰς λόγον. „Panegyricas quidem eius (Demosth.) orationes proferre non licet. Omnes enim, quae vulgo ei tribuuntur, ab aliena manu profectas existimo, et ne ullo quidem modo eius indolem referentes, neque sententiis, (nec aliis verbis) compositione vero omnino longe esse inferiores; in quibus est tumida illa, vana, et puerilis concio funebriis, itemque Pausaniae encomium pugis sophisticis refertum. „Cuius sententiae demonstratio a praesenti tempore aliena est. „Recte viderunt Sylb. et Reisk. post voc. νοήμασι aliqua excidisse, v. c. οὐτ' ἐν τοῖς νοήμασι.

significans, se olim aliter hac de re indicasse). Denique Dionysio sub Augusto Caesare viventi et scribenti non conveniunt verba c. 1. §. 1. ubi officiosam salutationem tum maxime necessariam esse dicit, *εἰ πρὸς τοὺς ἐν ταῖς καὶ ἐν ἀρχαῖς γεγενητοῦς ἀφ' ἡμῶν γινώσκω, μάλιστα γὰρ τοὺς ἐκαστὸς ἐκ βασιλέων εἰς τὰ εὖνη καὶ τὰς πόλεις τὰς μετὰ τὰς παραγινόμενους* etc. (si ad viros principes et magistratum obtinentes, eos praecipue, quos reges s. imperatores gentibus et urbibus nostris legatos praeficere solent, pertinet etc.) Non audis Dionysium sub Augusto, quem primum eiusmodi legatos Caesaris constituisse novimus, scribentem, sed alium rhetorem, qui, cum alicuius scilicet Caesarum aetate viveret, non posset non de consuetudine illa, quasi de instituto loqui quod per magham temporis partem iam invaluerit (*ἐκαστὸς ἐκ βασιλέων*). Eodem pertinet, quo et mox eadem v. mos eiusmodi legatos, ubi in provinciam iis demandatam venerint, oratione solemni salutandi dicitur *καὶ τὰς τῶν νόμος καὶ θεσμός διελήλυθεν διὰ πάντων* etc. Quae etiam ita sint, non vereor, ne criticae temeritatis crimen incurram, neque sexto capite, neque reliquis Dionysii Halicarnassensis praecepta contineri existimans. Ipsa autem illius rhetoris aetas, qui auctor existeret tractationum ad Echecratem scriptarum, quanquam deficientibus aliis testimoniis, accuratius definiri non poterit, tamen ex iis, quae supra de loco c. 1. §. 5. ex. disputata sunt, non improbabilius colligere licebit, scriptas esse ante Neronis aetatem.

B.

Videamus de altera *τεχνῆς* parte capp. 8. et 9. *comprehensa*, quorum illud vulgo *περὶ εὐχρηματισμῶν πρῶτον*, hoc *περὶ εὐχρηματισμῶν δευτέρου* inscribitur. Quo diligentius equidem omnem capitis noni indolem

- a) Magis dubium me haerere fateor de simili loco c. 1. §. 8. ubi rhetor, quum monuisset, orationibus panegyricis eam elocutionem esse accommodatissimam, quae alia simpliciter, alia artificiosius structa offerat, addit, eadem via incessisse oratorum principem (quae form. haud dubie Demosthenem innuit. v. comment. n. 65. p. 18.) Quae omnino pugnare videntur cum loco Dion. in nota antea allato, ubi orationes Panegyrr. Demostheni vulgo tributae spuriae dicuntur, nisi verba c. 1. §. 8. ita interpretemur, ut ea non tam ad Demosthenis orationes panegyrr. quam ad universam elocutionis Demosth. indolem pertineant.

examinavi, eiusque singulas partes cum locis cap. 8. obviis contuli; eo facilius intellexi, caput *nonum* neque ad eundem posse auctorem referri, cui octavum debeamus, neque ipsum unam quandam integram et absolutam disputationem continere. Nolo quidem tacere, plura deprehendi, in quibus utraque commentatio cum altera omnino conveniat. Quemadmodum enim utraque de genere *λογων συζηματισμενων* disputat, cuius artificium oratorum maxime in rebus vel simulandis vel dissimulandis et aliqua decori specie exornandis versetur, et easdem fere primarias orationum figuratarum species constituit (c. 8. §. 7. c. 9. §. 2.); ita omnem tractandi modum utroque cap. ita comparatum esse vides, ut singulae orat. figur. species pluribus exemplis, cum e prosae scriptoribus, tum e poetis, Homero potissimum, petitis (haud raro maiori, quam par erat, et copia et t) subtilitate) illustrentur. Immo ipsa exempla quae auctor c. 8. adhibuerat, interdum c. 9. denuncodem consilio laudata u), itemque breviores quasdam observationes c. 8. obvias c. 9. repetitas x) invenies. Obveniant tamen permulta, quibus caput nonum ab octavo plane discrepet.

Ac 1) primum quidem facile intelligimus, auctorem capitis 9. notionem *λογων συζηματισμενων* sequi latentem ea, quam capitis 8. auctor secutus fuerit. Et enim c. 9. §. 1. nulla omnino oratio figurae expers esse dicitur, unde lucem hauriantur verba §. 13. *η περι των ηδων διασκευσις και συζηματισμενους τους λογους εχει*, et §. 14. *λαγω δε και προτιθημι, οτι και οταν τις απλως λεγη, και τουτο τεχνη συζηματος γινεται* etc. Videtur profecto rhetor noster non satis accurate tenuisse discrimen, quod *σχημα* proprie sic dictum et universam notionem conformationis (qua nulla careat enunciatio) intercedat. Vd. commentar. ad c. 9. §. 1. n. c. p. 197.

2) Praeter illas tres primarias orationum figurat. species utroque y) cap. allatas aliae quaedam c. 8. aliae

v) Vd. v. c. c. 8. §. 12. 13. c. 9. §. 4. 6. 8. ibique not.

u) Vd. c. 9. §. 5. coll. c. 8. §. 15. c. 9. §. 9. coll. c. 8. §. 5. c. 9. §. 10. coll. c. 8. §. 7. c. 9. §. 11. coll. c. 8. §. 10. c. 9. §. 12. coll. c. 8. §. 8. et 9.

x) Vd. c. 8. §. 16. coll. c. 9. §. 5.

y) Prima complectitur eas, quibus orator, quae velit, decore (*συγγραφικως*) eloquatur, altera, quibus alia specie obtendat, alia dicendo vere efficere studeat, tertia, quibus contraria eloquatur his, quae fieri velit.

c. 9. commemorantur. Etenim c. 8. §. 4 et §. 12—15. commemoratos ac pertractatos videmus λογους εσχημ. ubi quis vel, dum eadem dicere videatur, quae alius antea dixerit, tamen alia efficere studeat, vel, dum illi adversari videatur, re vera tamen ei faveat, eiusque commodum adiuvet, vel liberiore argumenti cuiusdam breviter indicati explicationem in aliud tempus differat, cum usum huius figurae antea (in alia oratione) praeparasset. Contra capite nono eiusdem oratt. generis species ab illis primariis §. 2. commemoratis diversae proferuntur hae: a) orationum, quae aliud argumentum initio proponant, in alio tandem acquiescant, §. 6. b) quae sermonem, quo aliquis forte possit offendi, antequam diserte proferatur, obscurius innuant, animumque audientis praeparent, c) quibus alios tangamus, ad alios sermonem convertentes, §. 7. 8. d) quae εὐπρεπιας causa imagine quadam utantur, §. 16. 3) Superat posterior commentatio c. 8. priorem c. 8. obviam exemplorum quibus oratt. figurr. species utroque cap. allatae illustrantur, copia. Ita methodus λογων εσχημ. quibus orator, quae animo habet, decore eloquitur c. 8. §. 5. loco Demosthenis de corona, c. 9. §. 3. verbis Homeri Il. 6, v. 20. sqq. illustratur, quibus infra §. 9. Demosthenis locus l. additur. Item oratt. quae alia obtendant, alia perficere studeant, c. 9. plura adferuntur exempla, quam c. 8. ubi locus Homeri Il. 1. v. 35. sqq. (c. 9. §. 4.) alio adfertur consilio (c. 8. §. 13.) ac plane desunt exempla Demosthenis (c. 9. §. 10. ex.) Euripidis Aeoli (c. 9. §. 11.) Isocratis (c. 9. §. 12.) Xenophontis memorabilium Socratis et Gesilai (ib.) Desideravi tamen c. 9. exempla comoediae antiquae et loci Homer. Il. 1, v. 433. sqq. c. 8. §. 11. commemorata, quorum illud c. 9. plane deest, hoc alio consilio laudatur (c. 9. §. 14.) 4) Quae c. 9. vel de exemplis c. 8. quoque prolatis commentarii loco adduntur, vel de orationum figurr. formis illic etiam commemoratis univēse disputantur, nunc accuratius et copiosius exponuntur, nunc maiori brevitate quam c. 8. indicantur. Accuratius auctor c. 8. de tribus primariis oratt. figurr. formis earumque ratione et methodo univēse disputat §. 2. 3. antequam singulas exemplis illustrat. Viam, qua Agamemnon incedat, contraria iis, quae dicat, fieri cupiens Hom. Il. 9, 72. sqq. diligentius persequitur (§. 1.) quam auctor c. 9. §. 5. Loca Demosth. περὶ παραπρεσβ. Platonis Apologiae

et Thucydidis λόγου επιταφίου c. 8. §. 5. 6. 8. 9. pluribus pertractata videmus quam c. 9. §. 12. Deest c. 9. observatio c. 8. §. 16. ex. addita, σχήματα non esse προσκρουματα ονομάτων, ἀμφιβολίας λεγόμενα. Argumenta, quorum usu rhetores, qui negent, esse orationes figuratas, sententiam suam defendere studeant, plenius adferuntur c. 8. §. 1. quam c. 9. §. 1. Contra maior copia regnat c. 9. partim in laudandis partim in pertractandis exemplis Il. 1, v. 32. sqq. Il. 2, v. 19. sqq. Il. 1, v. 433. sqq. Demosth. περί τερφάνου, itemque περί συμμορίων, Euripidis Melanippes, (c. 9. §. 4. 6. 9. 10. 11. 14. coll. c. 8. §. 13. 12. 5. 7. 10. 11.)

5) Non idem obtinet singularum utriusque commentationis partium ordo. Etenim auctor c. 8. breviter indicatis orat. figur. generibus, de quibus deinceps esset expositurus, (§. 2. 3. 4.) hoc agit, ut inde a §. 4—2. rationem earum dictionum, quibus aliquis vel decore animi mentem eloquatur, vel alia obtendat, alia revera efficere studeat, pluribus exemplis illustret; tum §. 12. 13. 14. de iis exponat, ubi vel, dum eadem dicere videamur, quae alius antea dixerit, alia efficere studeamus, vel, dum illi adversari videamur, re vera faveamus, vel liberiolem argumenti cuiusdam breviter indicati explicationem in aliud tempus differamus, usu huius artificii iam antea praeparato; denique §. 15. tertiam σχημάτων speciem, ubi orator contraria dicat iis, quae efficere velit, loco Homer. pertractando explicet. Verum c. 9. primum §. 2—6. tres primariae orat. figg. formae exemplis Homerr. illustrantur; tum §. 6. 7. 8. aliae adduntur ab auctore cap. 8. non notatae; mox illarum §. 2. commemoratarum duae retractantur adhibitis pluribus exemplis, §. 9—13. cui. disputationi §. 13. 14. 15. partim de usu orationum figur. cum ea oratoris provincia, quae ad animi sensus pertineat, semper coniuncto, partim de artificio, quod in ipsa orationis simplicitate insit, partim de mensura λόγων σχημμ. observata quaedam adduntur; denique §. 16. nova species, quae υπερπείας causa imagine quadam utatur, loco Homer. illustratur. Quae brevis argumenti delineatio satis, opinor, probabit, ea quae c. 9. περί λόγων σχημμ. disputentur, ordine perturbatori proferri.

Haec omnia dum paulo copiosius (prout exigere videretur consilii nostri ratio) persequenti sumus, cavere volumus, ne quis existimaret, capita 8. et 9. commode

posse ad unum eundemque auctorem referri, profecta quippe e duabus libelli cuiusdam rhetorici editionibus, altera breviori et imperfectiori, altera auctiori et magis emendata. Quanquam enim minime negare licebit, pluribus scriptorum antiquorum voluminibus, quae ipsi auctores recognita, aucta, emendata prodire iussissent, hoc evenisse, ut ad nostram aetatem pervenirent exemplaria e duabus illis libri editionibus conflata; de nostro tamen libello, minime tale iudicium ferre poterit, qui modo obiter utriusque commentationis indolem cum alterius ingenio comparaverit. Etenim fere omnia, quibus disputationem c. 9. institutam a priori recedere videmus, aliorum potius rhetorum observata, quam eiusdem scriptoris, cui octavum debemus, emendationes et addimenta redolent. Quid quaeso, prohibere potuit scriptorem, ipsius libellum denuo editurum, quo minus c. 9. praeter illas orationum figur. species §. 6 7. 8. 16. commemoratas, omissas c. 8.) earundem mentionem iniiceret, quas c. 8. §. 4. et §. 2—15. indicatas ac pertractatas, cap. 9. omissas videmus? Neque enim has inter et illas c. 9. commemoratas ea intercedit similitudo, ut utroque cap. eadem species verbis tantum aliis notatae dici possint nisi forte exceperis orationes c. 9. §. 3. indicatas, vd. comment. ad h. l. n. 91. p. 22.); neque illae c. 8. praeteritae minori iure constitui, et inter *λογων συχημ.* referri poterant quam eae, quarum mentio nonnisi nono cap. iniecta est z). Quodsi quis priorem potius tractationem c. 8. ex altera quadam emendationi huius libelli editione profectam esse existimet; quaerere liceat, unde tandem factum fuerit, ut cap. 8. species quaedam orationum figur. quae uberiori

- z) Negari quidem non potest, videri nostrum c. 8. in enumerandis *λογων συχημ.* formis a logica *ακριβεια* paululum aberrasse. Etenim orationes, quibus vel, dum eadem dicere videmur, quae alius antea dixerat eidem re vera adversamur, vel, dum adversari videmur, dicendo eum adiuvamus, genere non differunt ab iis, quibus alia obtendit orator, alia consequi vult. Verum partim scriptor ipse c. 8. §. 4. diserte monuit: *η τήντοι δε τούτοις τοις τρεποις* etc. partim multo magis ab illa logica *ακριβεια* aberratum videmus c. 9. §. 7. et 16. Nam quae ibi pertractantur oratt. figur. ubi *εμπειρίας* causa, priusquam proferantur ea, quibus aliquis possit offendi, obscurius haec significamus, animumque audientis praeparamus, vel imagine adhibenda molestum et ingratum, quod sermoni inest, mitigamus, quomodo tandem differunt ab illa primaria specie antea indicata, *τω εμπειρίας λογιν, & βουλαται*, §. 3. (coll. c. 8. §. 3.)?

explicatione profecto non indignae essent (c. 9 § 6. 7. 8. 16) non diligentius pertractarentur? Idem valet de exemplis utroque capite allatis, et, quae de his a rhetore disputata sunt. Etenim, si quis vel nonum, vel octavum caput emendationi editioni deberi existimet, non patet, cur loca quaedam cap. 8 uberius pertractata (quorum tractatio omnino accommodata esset consilio rhetoris, ut locus Demosth. *περί παραπρ.* c. 8 §. 5 6.) c. 9 paucis tantum fuerint indicata (v. c. §. 11) alia vero c. 9 uberius laudata et recensita, de quibus c. 8 minus accurate ageretur? Nolo de ordine cap. 9. perturbatori, ne primam quidem libelli editione digno) repetere, quae supra monita sunt. Omnis profecto et cap. 8. et 9. indoles velat, ne quis ab uno eodemque auctore ea profecta existimet.

Liceat paulo ulterius progredi, et, quod supra innuimus, ne unam quidem integram absolutamque unius scriptoris commentationem capite nono contineri, argumentis probare ex omni cap. 9. indole et oeconomia petitis, quae ita se habet, ut partim proferri videas, quae ad locum, ubi dicantur, minus pertineant, neque vel antecedentibus, vel omni orationis seriei recto conveniant, partim omitti, quae iure meritoque quisque desideret. Ad primum genus pertinent quae c. 9 §. 7. 8. 11. 13. sqq. disputantur. Facile enim quemvis offendet, quod, cum primaria illa *λογων εσχημ* forma *ευπρεπειαν* in dicendo adhibens §. 3. diserte fuerit commemorata et loci Homer. exemplo illustrata, mox §. 7. 8. aliae duae species tanquam diversae ab antecedentibus commemorantur et explicantur, quas omnino illo *ευπρεπώς λογων* comprehendendi et res ipsa doceat, et rhetor noster haud obscure innuat appellando illas *ευπρεπειας των εσχηματισμενων λογων* §. 7. ex. 8. in. Mirum porro videatur necesse est, quod c. 9. §. 11. oratt. figur. ubi alia obtendimus, alia dicendo efficere studemus, exemplis ex Euripide depromptis illustrentur, cum scriptor §. 5. in. diserte monuisset: *ιωμεν τοιουν επι τα πεζα παραδειγματα.* cfr. §. 6. ex. aa. Nec facilius intelligitur,

aa) Quo loco minime in eo haerebimus, quod scriptor unam tantum modo commemoratam oratt. figur. formam exemplis se illustraturum promittere videatur (τα αυτο ειδος etc.) Poterat enim de una *λογων εσχημ.* specie, in qua describenda modo versatus fuerat, enunciare, quod simul ad reliquas transferre in animo haberet.

quam de causa omnis illa inde a §. 9. instituta locorum, ubi diversae σχημάτων species fuerint adhibitae, pertractatio §. 13. 14. 15. observationibus interrumpatur ad omnem usum et rationem λόγων εσχημ. pertinentibus, quae alio loco magis idoneo proferri et multo brevius pertractari bb) poterant. Denique σχημάτων forma §. 15. pertractata (quae υπερπικρίας causa imagine quadam utatur) quomodo vel a §. 3. vel a §. 7. 8. separari poterit non video. Contra minime absolutam videntur disputationem §. 9. incoeptam. Ibi enim quum scriptor initium fecisset σχημάτων species antea commemoratas exemplis illustrandi, quae e prosae scriptoribus essent petita, (id quod se facturum iam antea innuerat §. 6. ex.) iure meritoque expectat lector, fore, ut rhetor eadem ratione, qua σχήματα, ubi animi sententiam de ore eloquimur, aut alia obtendimus, alia re vera efficiere studemus illo exemplorum genere usque ad §. 13. illustrasset, reliquas etiam species persequatur; neque intelligit, quam de causa (translata disputatione ad res longe alias §. 13. sqq.) huic expectationi minime satisfiat.

Quodsi de via quaeratur, qua nos possimus ex illis haud exiguis difficultatibus extricare, nullam profecto, nisi hanc, relictam video, ut largiamur, omnem disputationem quae c. 9. contineatur, ex observationibus et additamentis plurium rhetorum nunc longioribus nunc brevioribus esse consarcinatam additamque capiti octavo (cuius auctorem Dionysium nostrum non inepte existimari, postea probare studebimus) ita ut mox titulo: περί εσχηματισμῶν δευτέρου insignita inter genuina Dionysii Halic. scripta referretur. Quae res minime mira et insolita videri poterit perpendenti, omnem illum locum περί λόγων εσχημ. a rhetoribus senioris aevi praecipua quadam (haud raro nimia) cura et subtilitate esse tractatum, ita ut fere omnes quidem

bb) Ut probaretur, quod §. 13. in. monebatur, usum λόγων εσχημ. ubique coniunctam esse cum ea orationis pertractatione, quae ad sensus adfectusque pertineat, neque opus erat monendis iis, quae seqq. πολλά σχήματα παρ' Ὀμηρ. — διοικουμένα; neque adferenda et explicanda Briseidis oratione II. T. v. 287. sqq. Inprimis vero offendunt, quae §. 15. inde a vbb. εἴη καὶ αἱ τῶν χαρίτων ἀπαιτήσεις etc. dicuntur. Quid, quaeso, pertinuit omnis illa admonitio de ratione preces faciendi artificiosa et simplici ad disputationem antea institutam?

universam illam (non ubique tamen satis accurate definitam) *λογων στυχημ.* notionem sequerentur, (quae ad res simulandas vel dissimulandas singularem huius generis indolem referret,) et exemplis ex Homero potissimum et oratorum Graecorum principibus petitis hoc genus illustrarent, alii tamen alias novas species ex antiquis scriptoribus eruerent, aliumque in iis constituendis tenerent ordinem. Vd. quibus laudat B. Ernesti in lex. techn. Grr. rh. sub vv. *στυχηματα* et *στυχηματιζαν*. Add. collectio rhetorum Grr. ab Aldo Manutio edita Venet. 150-. Fol. Novimus praeterea, Dionysii Halic. libros rhetoricos et criticos magnam inter veteres auctoritatem nactos esse, frequenter ab aliis rhetoribus lectos, adhibitos, interdumque in compendia redactos (quales *σπιτομης* libri de compositione verbb. in codd. 8. et 25. bibl. Laurent. Medic. Flor. et Veneto 444. deprehenduntur, vd. Fabric. l. l.) Unde non improbabilem, opinor, sententiam de prima origine earum capituli noni partium, quae, (ut supra vidimus) cum praeceptis c. 8. propositis plane consentiant, lucrabimur. Debentur eae rhetori, qui, cum ad exemplum Dionysianae commentationis *περι λογων στυχημ.* ipse aliam de eodem oratorum genere ex Homero potissimum conscriberet, Dionysium ubique ante oculos haberet, et tam praecepta quam exempla singula (partim copiosius ab ipso explicata, partim brevius contracta, partim alio modo mutata ex illius libello in suum transferret cc). Accessere postea aliorum lectorum rhetorumve observationes vel ex ipsorum ingenio enatae, vel ex aliorum commentariis et praeceptis depromptae. Ipsa vero argumenti similitudine factum, ut haec omnia in unum congesta Dionysianae tractationi (c. 9.) adiungerentur.

Videor mihi omnino tres potissimum diversas scriptiones c. c. congestas (interpolatas subinde brevioribus additamentis) s. potius earum fragmenta deprehendisse, quarum prima contineatur §§. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 11. 12. altera §. 7. 8. tertia §. 13. 14. 15. 16. (nisi quis §. 16. ab antecedentibus malit separare). Quam primam commemoravimus, eius auctorem de ec. Eadem ratio est commentationum Hermogenis et Apsinis *περι λογων στυχημ.* quarum illa in eiusdem libris *περι συσκευης* l. 4. haec in Apsinis *ταχυν παρασκευη* (vd. coll. Ald.) exstat. Utramque si quis modo obiect cum altera comparaverit, facile patebit, Apsinam potius certe commentationis laud. pag. Hermogenis disciplinam presse secutum esse.

genere *λογων σοχημ.* ita disputasse, ut maxime ante oculos haberet Dionysianam commentationem c. 8. servatam, nonnulla tamen mutaret, et adderet, cum praeceptorum tum exemplorum ratio et ordo ostendit. Interrumpitur omnis eius disputatio observationibus §. 7. 8. obviis ab alio rhetore profectis uberius illustrante, quae ille nimis accurate de prima oratt. figuratt. specie (*τω ευπρεπως λεγειν*) §. 3. monuerat. Continuatur primi rhetoris commentatio §. 9. cuius verba priora: *ωκειν τοιων επι τα πεζα παραδειγματα* (ita enim legendum pro vulg. *παραγγελματα*. vd. commentar. ad h. l.) haud dubie interpolatori debentur, significanti, redire disputationem §. 7. 8. interruptam ad eum locum, ubi §. 6. ex substitisset (proferri scil. exempla *λογων σοχημ.* antea notatorum e prosae scriptoribus petita.) Quae sequuntur §. 9—13. non dubito, quin eidem rhetori assignem, exceptis tamen §. 11. et §. 12. inde a verbis: *και ενοφαν δε ομολογων* etc. Nam de priori quidem loco iam supra monitum, Euripidis fabularum commemoratorem minime convenire promissis quae §. 6. ex. legantur. Posteriorem quod attinet, plura exstant haud obscura interpolationis vestigia. 1) non patet, quid sibi velit Xenophontis locorum ex *Agessao*, *Cyropaeidia*, et *Anabasi* Cyni petitorum commemoratio, quum rhetor, cui omnem hanc libelli partem debemus, §. 6. ex. id tantum significaverit, se exempla prolaturum ex orationibus deliberativis, iudicialibus, panegyricis, dialogis deprompta, iisque promissis inde a §. 9. usque ad verba laudata §. 12. recte satisfecerit. 2) offendit, quod mox Demosthenis oratio de legatione mala obita et Thucydidis *λογος επιτηδιος* commemorantur, postquam et omnino de orationibus proprie sic dictis, et de Demosthenicis, iam antea dictum fuerat. 3) observatio, expressa verbis: *εσι γαρ η ταχνη — τα οικεια* otiosa est. 4) ipsa sermonis brevitats glossatorem redolet. Unde haud immerito colligere licet, deberi haec breviora interpolamenta rhetoribus lectoribusve, qui exemplorum ab illo rhetore, quocum. h. l. agimus, allatorum copiam augerent, aliis locis breviter commemorandis, quae partim Xenophontis memorabilium laudatio in mentem iis revocaret, partim capitis octavi lectiq. suppelleret. Alius esse auctoris observata, quae a §. 13. usque ad §. 16. cap. 9. legantur; inde elucet, quod hac ultima capituli nonii parte minime (quod lector iure meritoque

expectet) incœpta locorum e prosae scriptoribus petitorum, ubi adhibita fuerint σχήματα §. 2— §. 7. notata, tractatio contineretur, sed alia proferantur ad hunc locum minus pertinentia, ac præterea §. 13. inde a vbb. και παλιν επανελθωμεν — τους λογους εχει ad præceptum provocetur, neque hoc nono capite, neque in priori omnis τεχνης parte propositum (vd. commentar. n. 182. p. 254) dd). Verum quae §. 16. de orationibus figuratis, ευπρεπειας causa imaginem adhibentibus disputantur, ea nunc ad eundem referam auctorem, cti §§. 13. 14. 15. debemus, an novum adlitamentum continere existimem, profecto dubius haereo. Quanquam enim iure meritoque mirum possit videri, quod sub finem illius disputationis, cuius fragmentum §§. 13. 14. 15. contineri monuimus, de alia λογων σχηματτ. specib. disputatio fuerit instituta, quam alio loco citius proferri oporteret: respondere tamen licebit, rhetorem illum ideo forsitan huius novae formae commemorationem velut appendicem tractationi addidisse, quod eam ex uno loco Homer. petierit, (unde §. 16. in. Homerum inventorem huius λογου εγχρμ. appellaret.)

Haec erant, quae mihi caput nonum legenti ac relegendi et cum octavo comparanti de illius origine probabiliter statui posse viderentur. Sufficit enim, in tanta rei obscuritate et praesidiorum, unde certiora forsitan possent cognosci, inopia coniecturam ex ipsa libelli indole accuratius examinata enatam proposuisse. Quam minime ita amplexus sum, ut temere existimarem, de futuros esse, qui de iisdem rebus aliter iudicent. Restat, ut argumenta, quibus ductus caput octavum non inepte Dionysio Halicarnassensi tribui supra monuerim, breviter indicentur. Omnis profecto argumenti, tractationis, elocutionis indoles ab illis epistolis rhetoricis ad Echecratem scriptis prima τεχνης parte comprehensis ita discrepat, ut propius ad eam accedat, quae c. 10. (ubi Dionysius de vitiis in commentationibus committi solitis praecipit) obtineat. Quemadmodum enim Dionysius Halic. et illo decimo capite et alibi de eloquentia πολιτ. potissimum praecipit, ita cap. 8. exempla λογων σχηματτ. ex iis oratoribus, qui eloquentiam polit. tractaverant (inprimis Demosthene) deprompta, et, quae universe praeciuntur, ad hanc potissimum translata dd) Deprompta haec videntur ex alius rhetoris commentario, cuius ultimam partem illa constituerent.

videmus. Egregie item cum aliis Dionysii locis comparantur quae c. 8. §. 9. de Thucydidis *λογω επιταφίω* monita legimus; ubi scriptor verbis: *αλλα και θουκυδιδης δυο υποθασεις συμπλεκει, εν τω επιγραφωμενω επιταφίω.* — *αυ* γαρ *μαλλον* *εκαινει* *τους τεθνεωτας*, *η* *τους ζωντας επι τον πολεμον παρακαλει.* *τουτο* *μεντοι* *αναγκαιως* *ποιει.* *ο* *γαρ* *λεγων* *εσι* *τον επιταφιον Περικλης*, *ανηρ* *του πολεμου αιτιος*, *et*, quae infra seqq. *ως* *φητιν* *αυτος* *ο θουκυδιδης* haud obscure innuit, (quod Dionysius alibi significat, vd. iudicium de Thucyde §. 8. p. 851. T. VI. itemque ee) de Lysia c. . p. 459. T. V. edit. Reisk.) concionem illam funebrem non vere a Pericle habitam esse sed a Thucyde conflictam. Quodsi cui mirum videatur, quod Dionysius Halic. in singulis locis, quorum usu *εσχημαται* methodum esset illustraturus, explicandis atque diiudicandis (maxime Homericis) subinde nimia potuerit subtilitate versari, legibus iustae (inprimis psychologicae) interpretationis non ubique satis accommodata (cfr. c. 8. §. 11. n. 173. p. 164. §. 12. n. 200. p. 172. 73. §. 13. n. 220. p. 177. 78.) itemque exempla adferre, quae formis *λογων εσχημμ.* notatis minus convenirent (vd. §. 8. n. 127. p. 140. §. 9. n. 149. p. 150. §. 10. n. 161. p. 156. 57. §. 11. n. 168. p. 159.) nolim tamen ex his erroribus colligi, alius potius rhetoris, quam Dionysii praecepta capite octavo contineri. Novimus enim, partim fere communem obtinuisse inter rhetores graecos consuetudinem e locis cum aliorum antiquitatis scriptorum, tum poetarum (Homeri potissimum) haud raro paulo subtilius et argutius, quam verius, cuiusvis generis artificia oratoria eruendi (vd. commentar. ad c. 8. n. 167. p. 161. sq.) partim Dionysium nostrum in iis etiam, quae de elocutione scriptorum quorundam iudicaverit, interdum nimiae subtilitatis studio a vero aberrasse (v. c. in l. *περι λεκτικης του Δημοσθ.* *δεινот.* c. 24. p. 1031. ib. c. 27. p. 1038. T. VI.

ee) Priori loco haec dicit: *τί δὴ ποτ' οὐδ' ἐπὶ μὲν τοῖς ὀλίγοις ἰππεύσει, καὶ οὐδεμίαν οὔτε δόξαν, οὔτε δύναμιν, τῇ πόλει κτήσασθαι, τὰς τε ταφὰς ἀνοίγει τὰς δημοσίας ὁ συγγραφεὺς, καὶ τὸν ἐπιφανέστατον τῶν δημαγωγῶν, Περικλῆα, τὴν ὑψηλὴν τραγωδίαν ἐκείνην εἰσάγει διατιθέμενον;* „Quid igitur erat, quod historicus (Thucydidēs) paucorum illorum equitum gratia, qui neque gloriam ullam, nec vires civitati parassent, monumenta publica aperiret, et oratorum clarissimum, Periclem induceret, magnificam illam tragoediam agentem? „Posteriori l. Thucydidēs dicitur *ἐν* *τε τῷ ἐπιταφίῳ* *καὶ ἐν ταῖς δημογορίαις ποιητικῇ κατασκευῇ χρησάμενος.*

pd. Reisk. Bene examinavit, quae ibi a Dion. contra Platonem disputata sunt, Gottlobber in notis ad Platonis Menexenam ab ipso editum p. 25. et p. 2.) Praeterea, ni omnia me fallunt, omnis haec commentatio e sermonibus enata est, quibus Dionysius noster Romae artis rhetoricae praecepta invenibus proponeret. Tali enim institutioni scholasticae sermonis copia, qua rhetor in locis quibusdam explicandis versatur, repetitiones frequenter obviae, oratio saepius per breviora membra et interrogationes procedens, laudatio ff) denique locorum allatorum negligens optime conveniunt. Quodsi non improbabilius sumatur, commentationem Dionysianam non ab ipso quidem rhetore, in usum publicum esse editam, sed ex eiusdem sermonibus ad iuvenes habitis ab amicis discipulisque compositam; facilius poterit causa dictorum quorundam intelligi, quae ipse forsitan Dionysius retractaturus fuisset et emendaturus, si commentationem recognitam ac perpolitam in usum publicum edere constituisset gg).

C.

De tertia τεχνης parte, capite decimo (περι των μεταις πλημμελουμενων) eo brevius dicemus, quo rectius plurima eorum, quae modo de capite octavo observavimus, ad illam licet transferre. Ut taceamus (quod lectoribus huius commentationis sponte obveniet) omnem et praeceptorum ad eloquentiam forensem potissimum spectantium et elocutionis indolem ad Dionysianam, scribendi et de eloquentia statuendi ac praeci-

ff) Inprimis huc pertinet error in laudando loco Homer. commissus §. 15. ex. vd. nota 260. p. 192.

gg) Nimis premerentur formulae σχεις, λαβε, ταυτα σε εγω et aliae similes, quibus rhetor c. 8. unum alloqui videtur (§. 7. ex. 8. in. 9. ex. 14. ex. et al.) si quis inde colligeret, caput octavum pariter quam c. 1. 2. 3. 4. 5. 7. ad Echecratem scriptum esse; inprimis quum alibi prima persona Plur. adhibita fuerit (ut §. 16. in.)

Ceterum a mea de origine huius commentationis sententia non omnino alienum fuisse video Sylburgium ad c. 9. §. 12. (vbb. ευρησεται τεχνητισμενους λογους) haec notantem: „ευρησους legendum vel potius ευρησεται. ut haec τεχνης praeceptiones „in frequenti auditorum coetu expositae intelligantur (sicut infra „quoque in postremo capite ait: ως ουν εμοι δοκει, Φρασω προς „υμας) uni autem prae ceteris dilecto Echecrati sint inscriptae. Displicet tamen, quod Sylburgius haec ad omnem omnino τεχνην nostram transferri voluerit.

piendi rationem longe propius accedere quam priorum septem capitum indolem; diserte promissum videmus (§. 6. et §. 19.) librum *περι μιμησεως*, quem a Dionysio scriptum novimus (vd. quae c. II. huius introductionis de Dionysii scriptis rhetoricis deperditis notata sunt.) Ipsam vero omnis tractationis originem quod attinet, etiamnum dubius ac suspensus haereo, utrum ex iis, quae cap. decimo subinde (rarius tamen quam c. 8.) deprehendantur, formularum praeceptorumque repetitionibus, et negligentius enuntiatis (v. c. §. 13. inde a vbb. *ετι μεντοι εν σχημα* etc. §. 4. a vbb. *εισι δε και διχα* etc. et §. 16.) colligere debeam, illam quoque commentationem ex institutione scholastica Dionysiana esse profectam an ab ipso rhetore in usum iuvenum, quibus universa rhetorices praecepta ore traderet, descriptam existimem. Verba enim sub finem §. 19. obvia: *ταυτα περι τα φανερωτα· πλειω δε τα υπολειπουμενα δεξουσιν αι συνουσιαι*, quanquam omnino hoc certo significant, praecepta c. 10. proposita ad eos potissimum iuvenes, qui Dionysiana institutione uterentur pertinuisse, duplicem tamen interpretationem admittunt, quum voc. *αι συνουσιαι* vel ad ipsos conventus illos scholasticos possit referri (quibus rhetor praecepta illa *περι των εν μελεταις πλημμελουμ.* discipulis suis scripta uberius sit explicaturus et exemplis pluribus illustraturus) vel ad colloquia familiaria, quibus privatim cum discipulis acturus sit, qui de praeceptis illis (vel in ipsa institutione scholastica, vel in commentatione scripta traditis) uberius edoceri cupiant.

D.

At, quae ultimo capite (undecimo) comprehensa legitur disputatio *περι λογων εξετασεως* (de orationibus recte diiudicandis) ea quomodo a Dionysio nostro profecta possit existimari, non video, nisi dicamus, eum neque sibi constituisse, neque ab ineptiis rhetoricis risu dignissimis alienum fuisse. Quanquam enim cap. 11. pariter quam c. 8. et c. 10. de eloquentia politica potissimum agitur; alia tamen permulta obveniunt, quae Dionysio minus convenient. Etenim

- 1) cum de iis, quae in orationibus diiudicandis maxime spectari debeant, eodem plane ordine praecipitur, quo c. 10. vitia in commentationibus committi

solita fuerant notata (ut a) de *ῥῆσι*, b) de *γνώμη*, c) de *τέχνη*, d) de *λαξαι* dicatur); tamēn si capitis 10. §§. 1. 2. 3. cum cap. 11. §. 1—8. (ubi copiosius de duplici ratione morum, *του ῥθους*, disseritur) itemque cap. 10. §. 5. 6. cum c. 11. §. 9. (non integra), ubi similiter de *τέχνη* oratoria κατ' *εξοχην* ita appellata praecipitur, contuleris; facile utroque loco diversos rhetores non uno modo praecipientes invenies. Inprimis apta videtur ad sententiam nostram comprobendam disputatio de moribus ab oratore recte significandis et tractandis utroque capite locis laudatis instituta. Patet enim, auctorem capitis 11. praecpta de moribus a Dionysio c. 10. proposita ante oculos habuisse, et in eo elaborasse, ut omnem theoriā maiori ubertate et subtilitate explicaret, quam a Dionysio factum videret. Quae res non ubique satis feliciter ei successit. Ita, ut unum addam exemplum, non patet, cur auctor c. 11. *τα ῥθῆ ἰδια* ab *ῥθαι κοινῶ* diversa κατ' *εξοχην* appellaverit *ρητορικῶ*. Vd. commentarius meus ad c. 10. §. 1. p. 278—281.

2) ut alia taceam, quae per se spectata Dionysio profecto sint indigna, (etsi largiamur, eum interdum paulo subtiliorem fuisse, maxime offendunt monita de locis Homerr. Il. l. 2. v. 215. *ἀλλ' ο τι οι εἰσαίτη γελῶιον Ἀργεῖοισιν ἐμμεναι*, et Il. l. 3. v. 214. *πανρῶ μιν, ἀλλὰ μαλὰ λιγῶς· ἀπει ον πολυμυθός*, c. 11. §. 8. vd. comment. n. 80. et n. 93. Redolent haec eandem subtilitatem perversam, qua c. 9. §. 8. de cuius origine supra dictum, vocem Homerr. *κοιρανῶν* explicatam legimus (vd. n. 126. p. 238.)

3) elocutionis negligentia, quae maxime e periodicis membrisque male nexis elucet, et repetitionum copia a Dionysiana scribendi ratione abhorret.

4) ea quae nobis servata est, pars §. 10. (s. e vulgari dispositione a nobis mutata posterior pars §. 9.), ubi locis quibusdam Homeri et Thucydidis laudandis docetur, quid sit *τῷ πολλοσῶς καὶ ποικίλως λεγειν*, suadet nobis, ut cap. 11. auctorem ante oculos habuisse putemus locum simillimum Hermogenis (senioris aevi rhetoris), qui in libro *περι μεθόδου δεινότητος* easdem *ῥησεις* Homerr. et Thucydd. eundem fere ordinem sequutus ut exempla *της ποικιλίας των ονοματων* attulit. Vd. commentar. ad c. 11. §. 10. n. 105. et n. 110. Quem locorum consensum quo minus inde explican-

dum putemus, quod Hermogenes potius nostri Rhetoris locum ante oculos habuerit, et in ipsius commentarios transtulerit, maior illa subtilitas, qua poster discriminem constituit inter το πολλοσως et ποικιλωσ λεγειν (illud ad usum plurium vocabulorum unam eandemque rem significantium referens, hoc ad usum ac delectum vocabulorum ad diversas elocutionis species pertinentium) impedire videtur. Docet quippe lectio ac comparatio Rhetorum vet. plerosque in eo elaborasse, ut, qui antea de iisdem rebus praeceperant, rhetores, praeciendi subtilitate novisque discriminibus et formulis technicis constituendis superarent. Quae si ad nostram rem transferamus, non temere inde colligere videbimur, auctorem capituli II. loco laud. Hermogenis loco ita usum fuisse, ut discriminem adderet ab Hermogene (solam ονοματων ποικιλαν commemorante) non indicatum. — Ceterum omnis, quae c. II. obtinet, tractationis ratio haud obscure significat, commentationem nostram tironibus edocendis inservire, sive ea ex institutione scholastica profecta fuerit, sive ab ipso rhetore in usum discipulorum suorum descripta et edita.

Omnia igitur de authenticitate huius τεχνικης sententiae nostra, singulis huius libri partibus spectandis uberius explicata, si parvis comprehendatur, huc redit, ut scriptioes quasdam Dionysii rhetoricas eo contineri existimemus, auctas et interpolatas multis seriorum rhetorum additamentis, et fragmentis, quibus addendis et consarcinandis maxime argumenti similitudo occasionem idoneam suppeditaret.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ

ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ

ΤΕΧΝΗ ΡΗΤΟΡΙΚΗ.

DIONYSII ALEXANDRI FILII

HALICARNASSENSIS

A R S R H E T O R I C A.

A

ΚΕΦ. α.

* Περὶ τῶν πανηγυρικῶν.

α. Πανηγυραις ¹ εὐρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν εἰς ἀνάπαυσιν
 5. C. τῶν περὶ τὸν βίον ² (μειζόνων) παραδιδόμεναι ὡς ὁ Πλάτων
 Φησὶν,

Commentarius.

* Περὶ τῶν πανηγυρικῶν. Constat, institutos olim fuisse a Graecis publicos conventus, qui ludis ac certaminibus sollemnibus celebrarentur, et certis temporibus redirent, dictos Πανηγυραις, quod omnium Graeciae civitatum et legati rito constituti et alii incolae in iis solerent convenire s. congregari (αγυρασθαι, vd. Etymolog. M. sub V. πᾶνγυρις.). Tales fuerunt ludi Olympici, Pythii, Isthmici, Nemei, qui interduum pariter quam ipsi conventus illi πανηγυρεῶν nōmine veniebant (vd. Aelianus varr. historr. 9, 5. 34.). Earum πανηγυρεῶν quo major esset sollemnitas, quoque facilius omnibus, qui adessent, satisfaceret, non modo certaminum varia genera agi solebant, sed orationes quoque (λογοὶ Πανηγυρικοὶ) publice recitari. Quarum antiquitus hanc fuisse rationem videmus, ut partim Deorum heroumque, quibus sacra essent certamina, ipsorumque Graecorum laudationem continerent, partim de iis quae vel obfutura essent vel profutura Graecis, loquerentur, illa dissuadendo, haec suadendo. (cfr. Quintil. institt. oratt. l. 3. c. 11. §. 14. Ciceronis orator. c. 11. §. 37.) At cum prisca illa Graecorum libertas periisset, quae mater esset et patrona eloquentiae politicae, oratores Panegyrici nihil fero praeter encomia Deorum, heroum, imperatorum, certaminum, athletarum sibi relictum videbant. Indo factum, ut et Graeci oratores, ubi certamina sollennia instituerentur, et Romani in suis certaminibus agendis (quae ad exemplum Graecorum essent conformata) plerumque meros agerent et Deorum et imperatorum laudatores. Audiamus Quintil. institt. oratt. l. 3. c. 7. §. 3. neque inficias eo, esse quasdam ex hoc genere materias ad solam compositas ostentationem, ut laudes Deorum virorumque quos priora tempora tulerunt — laudes Capitolini Jovis, perpetuam sacri certaminis materiam. Vd. nota Cl. Spaldingii ad l. 2. c. 8. §. 7. Inde profecta latior vocabuli λογὸν πανηγυρικῶν notio, qua ad omnes eas orationes transferrebatur, quarum primum argumentum constituebat hominum in vita versantium laudatio, sive in Πανηγυρεσι, sive aliis locis temporibusque recitarentur. (qualis erat Pliniana Traiani laudatio.) Haec praemittenda putavimus, quo rectius posset ratio eorum, quae hoc cap. de λογοῖς πανηγυρικοῖς praecipiantur, diiudicari. Omnia enim videmus partim ad laudem Dei in cuius honorem instituantur πανηγυρις, imperatoris, eorumque, qui certaminis rationem definiant, partim ad laudem ipsius sollemnitatis, urbis, temporis, praemiorum referri. [Neque tamen illos solum dies festos et publicos conventus, qui olim κατ' εἶχον πανηγυρις dicebantur (Olymp. Pyth. Isthm. Nemm.) sed

CAPUT PRIMUM.

De orationibus Panegyricis.

§. 1. Πανηγυρεῖς Deorum quidem inventa sunt ac dona,
ad sublevandos vitae humanae labores suppeditatae (ut
Plato

Caput. I.

alios etiam, quorum minor esset sollemnitas, respici intelligitur ex illa, quae c. 1. s. 2. fit, dierum festorum in Herculis honorem institutorum commemoratione. Eodem modo c. 7. latiorem πανηγυρεως notionem rhetorem nostrum secutum videmus, cum, quae ibi s. 5. de πανηγυρεσι recentiori deum aetate institutis et de iis, quae forsitan hominibus sepulcro conditis celebrandis inserviant, dicuntur. πανηγυρεσι proprie sic dictis minime convenient. Vd. Irmischius ad Herod. T. I. p. 342. ubi loca Grammaticorum et Lexicographorum, qui simpl. per εορτη interpretantur, laud. invenies.] Ceterum quae infra c. 5. ex. expositis diversis generibus orationum, quarum praecipua pars esset laudatio hominum in vita versantium, adduntur: Καθολου ο περι των πανηγυρικων λογος ως πως περαινοιτο αν; ad latioreν λογων πανηγυ. notionem pertinere, ex antedictis sponte intelligi poterit.

§. 1.

1 Πανηγυρεῖς. Singularem numerum, qui vulgo legitur, Πανηγυρις in Pluralem mutari iubebant quae mox sequuntur: συνηχθησαν δε — κατεσθθησαν. Eadem de causa παραδιδουμαι edidi pro vulg. παραδιδουμένη. Locus Platonis, quem nostrum in rem suam adhibet. (de legibus l. 2. non longe ab in.) hic est: Θεοι δε οικειραντες το των ανθρωπων επι τονον πεφυκος γενος, αναπαυλας τε αυτοις των πονων εταξαντο, τας των εορτων αμοιβας τοις Θεοις, και Μουσας, Απολλωνα τε Μουσαγετην, και Διονυσον, ξυνεορταζας εδωσαν, ιν' επανορθωνται τας γενομενας τροφας εν ταις εορταις μετα Θεων. „Dii autem, „genus hominum laboribus natura pressum miserati remissiones laborum ipsis statuerunt, sollemnia videlicet festa „vicissim in ipsum Deorum honorem instituta praebentes. „Musas quinetiam, et Apollinem, Musarum ducein, et Baccum, concelebratores, Deorumque concilio emendatores „morum inter sollemnia adhibuere.“ Philosophi verbis nostrum ita utitur, ut, quanquam profiteatur, Deos primos existuisse dierum festorum auctores, tamen eam originem minime taceat, quae proxime debeat ab hominibus sapientibus (regibus (συνηχθησαν δε legumque latoribus) instituentibus tales conventus et ab ipsis civitatibus decretis legibusque eas confirmantibus repeti. Ad sententiam cfr. Thucydidis λογος επι. (l. 2. c. 38. in.) p. 89. ed. Gottl. και μην και των πονων πλεισας αναπαυλας τη γυνμη εφορσαμεθα, αγωσι μιν γε και θυσιαις διετησιοις νομιζοντες.

2 μειζονων cum paulo obscurius videatur. Sylburgius e Platonis loco πονων scribi iubet. Verum partim non video, quomodo e πονων potuerit μειζονων oriri, partim reliqua docent,

Φησιν, οικειταιράντων θεῶν τὸ ἀνθρώπειον ³ ἐκίπνονεν γένος. συνήχθησαν δὲ ὑπὸ ἀνθρώπων σοφῶν, κατεσάθησαν δὲ ὑπὸ πόλεων κοινῇ κοινῇ δογματι, εἰς τέραν καὶ ψυχαγωγίαν ⁴ τῶν παρόντων ⁵ συντέλεια δὲ ἢ εἰς τὰς πανηγύρεις ⁶ ἄλλη παρ' ἄλλων. παρὰ μὲν τῶν πλεσίων δαπάναι χρημάτων. παρὰ δὲ τῶν ἀρχόντων ⁷ κόσμος περὶ τὴν πανήγυριν καὶ τῶν ἐπιτηδεύων εὐπορία. οἱ δ' ἀβλήται τῇ ῥώμῃ τῶν σωματίων κοσμεῖσι τὴν πανήγυριν, καὶ ὅσοι γε δὴ Μεσῶν καὶ Ἀπόλλωνος ὁπαδοί, ⁸ τῇ μουσικῇ τῇ παρ' ἑαυτῶν. ἀνδρὶ δὲ ⁹ περὶ λόγους ἐσκεδακότες, καὶ σύμπαντα τὸν ἑαυτῆ βίαν ἀνατάθει-
¹⁰ κότες ¹⁰ τέτοις, πρέποι ἔν, οἶμαι, ¹¹ τοῖς τοιούτοις λόγοις κοσμεῖν τὴν πανήγυριν, ¹² τέχνην μεκίοντι τὸν λόγον, ὥς μὴ κατὰ τὰς πολλὰς εἴη αὐτῷ γινόμενος. Φέρε ἔν εἰς τὸτο, ὦ Ἐχέκρατες, λέγωμέν σοι, ὥσπερ ὁδὲ τινος ἀσιβῆς τοῖς πολλοῖς

scriptorem non accurate et presse Platonis verba esse secutum. Malim vel *μειζονων* sc. *πραγματων* c. latino int. vertere: *rerum maiorum* (ita ut labores graves et studia severiora intelligantur) vel aliud exhibere vocabulum ad *μειζονων* propius accedens, v. c. *μοχθων* aut *μεριμνων*.

³ τὸ ἀνθρώπειον. Propter locum Plat. *ανθρωπων* scribi vult Sylburgius. Sed vd. nota antec.

⁴ ψυχαγωγίαν cum proprie ψυχαγωγείν dicerentur, qui *inprecando* et *cantando* animas ex inferis iu. terram evocabant, sive responsa daturas quaerentibus res futuras et secretas, sive sepultura *imaginarium* placandas (cum sepultura contingere non potuisset corporibus non repertis); [Sic Darii umbra in Aeschyli Persis v. 686. ex inferis evocata a Persarum choro dicit: καὶ ψυχαγωγοὶς οὐθιαζόντες γούεις οἰκτρῶς καλεῖται μ'. Vd. Enstath. ad Od. i, 64. sqq.] ducta inde tropica notio animum alliciendi, animum oblectandi. Vd. Cuperi observatt. 2, 14. Schol. ad Epicteti enchirid. c. 3. Unde ψυχαγωγία i. q. oblectatio, vd. infra c. 7. s. 4. epist. ad Pompeium s. 6. p. 784. (T. VI. Reisk.) Eodem voc. ψυχαγωγείν Appianus de bello civili (l. I.) de spectaculis populum oblectantibus utitur.

⁵ συντέλεια dic. de impensis, quas plures uno eodemque consilio faciant, s. symbolis quas conferant. Vd. Dounaei adnot. ad Demosth. or. de pace (p. 140. ed. Beck.).

⁶ ἄλλη παρ' ἄλλων. Vulgo leg. *ἀλλήλων*, quod, sive cum latino interprete a τὰς πανηγύρεις pendere existimes (*tributus vero ad hos conventus mutuo celebrandos*) sive cum συντέλεια propius iungas (*impensae quas Πανηγυρῶν celebrandarum causa invicem suppeditant*) non idoneum fundit sensum. Recepi Sylburgii emendationem *ἀλλή παρ' ἄλλων* quam verissimam esse aeqq. docent, ubi diversae symbolae, quas diversi conferant ad exornandos illos conventus publicos, commemorantur.

Plato alicubi dicit), cum Dii generis humani laboribus obnoxii miserti fuissent. Coacti autem sunt (illi conventus), ab hominibus sapientissimis, et a civitatibus publice communi decreto constituti, ut suavem inde caperent spectantes animi oblectationem. Symbolae ad eos instituendos aliae ab aliis conferuntur; a divitibus pecuniarum sumtus, a magistratibus magnifici apparatus rerumque necessariorum copia. Et Athletae quidem corporum robore omant Panegyrim, itemque, quotquot sunt Musarum et Apollinis sectatores, artibus pulcris, quibus pollent. Virum autem, qui dicendi studio operam navavit, eidemque omne vitae tempus dicavit, decet, opinor, orationibus ornare Panegyrim, ita eas ex artis legibus componendo, ut a vulgari dicendi ratione discrepent. Agedum igitur, o Echeocrates, explicemus tibi,

7 patet, intelligi ea, quae ad aedificiorum, spectaculorum-que exornationem, epulas sollemnes, etc. pertineant.

8 τῇ μουσικῇ. Voc. μουσική (τέχνη) h. l. poetarum potissimum et Musicorum, quos proprie ita dicimus, artes ac certamina (de quibus vid. Faber in Agonistico l. I. c. 4. c. 25.) significat. Ita saepius sibi opponi videmus apud vet. ἁγῶνας γυμνικούς et μουσικούς. vd. infra §. 5. in. cfr. Irmisch. ad Herodianum l. I. c. 9 (T. I. p. 390. 91.). De latiori illo usu voc. μουσική quo omnino ad litteras artesque pulcras transfertur, eas potissimum, quae, velut Musice proprie sic dicta, et poetice, (quatenus ea rythmum curat) proxime ad sensus loquuntur, temporis (non spatii) forma utentes, non est quod h. l. pluribus disputetur. Vd. Brown Betrachtung über die Poesie und Musik (Eschenburgs Uebers.) Abschn. V. 1. — Quod vulgo legitur παρ' αὐτῶν si bene se habet, μουσική non tam de ipsa arte, quam de usu eius, quem faciunt illi, accipi debet. Malim tamen levi mutatione scribere: παρ' αὐτοῖς; arte (ope artis) quae apud ipsos est, i. q. quae pollent.

9 ἀνδρὶ δὴ. Etsi parum interest, utrum vulg. δὴ retineas, an lect. codd. reg. I. Colb. et Cant. δε sequaris potest tamen δὴ ideo suspectum videri, quod eadem parte proxime antecedit: καὶ οσοὶ γὰρ δὴ.

10 cod. Cant. edd. Ald. et Steph. ἀνατρεθῆκοσι.

11 τοιούτοις pertinet ad inscriptionem cap. παρὶ τῶν πανηγυρικῶν. Simil. infra c. 6. in. οὐ μὴν δὴ οὐδὲ τούτων ἀπειροῦς εἶναι.

12 τέχνη μετῆναι λόγους (quod alibi dic. ὁδῶ τινι καὶ ἐπιχρημῇ μετῆναι λόγους) est: artis quaedam praecepta sequi in elaborandis orationibus, ita ut quasi certa incedas via. Sic §. 2. in. c. 6. §. 1. in. et al.

λοῖς ἡγεμόνες γινόμενοι, ¹³ ἃ πάσαι παρὰ τῶν πατέρων ¹⁴ τῆς ἡμεδαπῆς σοφίας παραλαβόντες ἔχομεν. ἐκεῖνοι δὲ καὶ οἱ ἔτι τῶν ¹⁵ ἀνωτέρων, παρ' Ἑρμῆ τε καὶ Μεσῶν λαβεῖν ἔφασαν, ἃ μείον. ἢ ὁ Ἀσκραῖδης ¹⁶ ποιμὴν ποιήσιν παρὰ τῶν αὐτῶν πέτρων ἐν τῷ Ἐλικῶνι.

β. Ἰσι ἐν σὺν τέχνῃ εἰσὶ ματιῶν τὰς λόγους. Θεὸς μὲν γὰρ πᾶς πάντως ἡστίνος ἐν πανηγύρεως ¹⁷ ἡγεμὼν καὶ ἐκωνυμος· οἶον, Ὀλυμπίων μὲν, Ὀλύμπιος Ζεὺς· τῷ δ' ἐν ¹⁸ Πυθῶι, Ἀπόλλων. ἀρχὴ μὲν δὴ τῷ λόγῳ τῷδε, τῷ θεῷ, ὅστις ποτ' αὖν ἦ, ἐκαινος ἡμῖν γενέσθω, ὥς περ ¹⁹ πρόσωπον τι τηλαυγὲς προκειμένος τῷ λόγῳ. ἐπαινέσεις δ' ἀπὸ τῶν ²⁰ προσόντων τῷ θεῷ· εἰ μὲν Ζεὺς, ὅτι βασιλεὺς θεῶν, ὅτι τῶν ἔλων ²¹ ἡμικροῦς· εἰ δ' Ἀπόλλων, ὅτι μεσιτικῆς εὐεργετῆς, ὅτι ὁ αὐτός ²² Ἥλιω, Ἥλιος ²³ δὲ πάντων πᾶσιν ἀγαθῶν αἴτιος·

13 Quod vulgo legeb. ἦν (referendum ad οὐδεν) ideo locum habere non potest, quod hac lect. recepta vocabulum λεγόμεν non habet quo referatur.

14 ἡμεδαπὸς propr. qui ad solum nostrum (patriam nostram) pertinet, unde laudiori sensu ἡμεδαπῇ σοφία; ars nostra, dic. ut infra §. 8. ἡμεδαπὸς χορὸς σοφία; cuius notionem latius olim apud Graecos patuisse et ad omnia artium litterarumque genera translata fuisse novimus) appellatur nostro ars dicendi, cuius quasi patres sunt antiqui oratores.

15 ἀνωτέροι superiores saepe de iis, qui temporis ratione sint fuerintque priores. Ita ἀνω et τὰ ἀνωτέρα ap. Aeschinem dial. 2. §. 39. et al. οἱ ἀνωθεν Plat. Menex. c. 5. ex. Παρ' Ἑρμῶν τε καὶ Μουσῶν, notus est de Mercurio mythus faciundo Atlantis nepote, qui feros cultus hominum velle formavit catus (Horat. Od. I, 10.). Simil. Musarum unam Polyhymniam, superiores poëtae eloquentiae perhibent praesidem.

16 ὁ Ἀσκραῖος ποιμὴν. Apparuisse ipsi Musas in Helicone monte agnos pascenti, ipsi quoque docuisse carmina pangere testatur Hesiodus ab initio Theog. v. 22. 23. αἱ νῦν ποῦ', Ἡσιόδου καλὴν ἐδίδαξαν αἰοῖδην, ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἐλικῶνος ὑπὸ ζαθέοιο.] §. 2.

17 ἐκωνυμος τινος dicitur et is, a quo nomen alius accipit, et, qui ipse ab alio nominatur. cfr. Stanlei ad Aeschyli 7. contra Thebas v. 136. H. l. priorem obtinere formulae significationem (ut infra c. 7. §. 5.) res ipsa docet.

18 τοῦ δ' ἐν Πυθῶι. Πυθῶ (de cuius voc. scriptura varia vd. nota Cl. Heynii ad Apollod. P. I. commentar. p. 44. 45.) nomen urbis Delphorum nomen, apud quam institui solebant certamina Pythica. Hom. Od. 9, 80. λ. 580. Il. 2, 405. Vd. Fabri Agonisticὸν l. I. c. 17. et Fischer. in ind. Aeschineo sub h. v. Post Πυθῶι subint. ἀγῶνας, nisi malis τοῦ in της (πανηγύρεως) mutare.

19 ὥσπερ πρόσωπον τι. Quemadmodum Latini interdum frontem appellant initium rei, quippe quod primum se offert spectanti (Quintil. institt. oratt. 4, I.) ita Graeci eod. sensu voc. πρόσωπον adhibent, translatum h. l. ad primam orationis Panegy. partem, quae cum laudationem Dei, cui sa-

tibi, tanquam duces viae plerisque intentatae, quae nos quidem iamdudum a parentibus sapientiae nostrae accepta servamus, illi autem eorumque maiores ad Mercurium et Musas auctores retulerunt, non aliter quam Ascreus pastor poësin ab iisdem in Helicone sibi traditam perhibuit.

§. 2. Hac igitur via incede, orationes illas ex artibus legibus compositurus. Deum quendam solet quaeris Panegyris praesidem habere, eidem cognominem, ut Olympica certamina Iovem Olympium, Apollinem Pythica. Hinc initium eiusmodi orationis Dei, quicumque tandem fuerit, laudationem constitui oportet frontis instar longe lateque splendentis orationi praefixam. Laudes a virtutibus Dei petendae. Quodsi Iupiter laudandus, dices, esse regem Deorum, rerumque omnium fabricatorem; sin Apollo, Musices esse inventorem, neque differre a sole, qui omnibus omnium

nium

cra est panegyris, contineat, ita eminet argumenti dignitate, ut quasi longe lateque splendeat. Pindarus Olymp. 6. ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον χρὴ θεμεν τηλαυγές. Ceterum Ies. προσωπων Hudsoni emendationi debemus. Perperam vulgo προσωπειον. Similis metaph. infra §. 7. ο δὲ σοὶ τοῦ παντός λόγου οἰονεὶ κολοφῶν ἐπηχθῆ τοῦ βασιλεὺς ἐπαινος.

20 τὰ προσόντα τῷ θεῷ quae proxime pertinent ad Deum, h. l. ea potissimum significare, quae faciat, feceritve et quibus de omni generis humani salute vel nunc bene mereatur vel olim bene meritis fuerit, sequentia docent. ipsa formula c. 3. §. 1. et al. saep. recurrit.

21 δημιουργός propr. (ut Suidas verbis utar) ο τὰ δημιουργεζόμενος, qui curat et parat ea quae ad salutem populi pertinent, (ut infra c. 10. §. 2.) tum omnino, qui alicuius rei auctor est atque fabricator, de Deo totius universi auctore et fabricatore, non semel dicitur. Vd. Valquernarii diatribae in Eurip. fragmenta p. 39. sq.

22 οτι ο αὐτός τῷ Ἠλίῳ. Numen Ἠλίου, Sol, nostro scriptorū omninoque plerisque Philosophorum Physicorumque vett. non diversum ab Apolline, solet et in poëtarum carminibus et in monumentis antiquis partim eorum, quae de genere et facie utriusque narrantur, partim formae diversitate ab Apolline distingui, quamquam non satis certae et perspicuae inveniuntur huius discriminis rationes in ipsa utriusque natura positae. Habuit apud Graecos pariter quam apud Romanos (quibus seriori aetate per Hellogabalum cultus Solis accuratius innotuit) suas ipsi proprias aedes sacras, etsi eum, qui Diis indigenis debebatur, cultum non tam a Graecis Romanisque, quam ab Asiaticis gentibus, Syris praecipue, Ἠλίῳ exhibitum fuisse novimus. cfr. Herodianus l. 5. c. 3. §. 7. et quos Strothius ad h. l. laudat, p. 66. ed. Irmisch.

23 καὶ δὲ Ἡρακλεῖ. De Ἡρακλείῳ, diebus festis Herculi sacris,

σὺγκληρ· εἰ δὲ Ἡρακλῆς, ὅτι Διός. ²⁴ καὶ ἃ παρέτχε τῷ βίῳ. καὶ
 σχεδὸν ὁ τοπος ²⁵ συμπληρωθήσεται, ἐξ ὧν ἕκαστος ἡ εὕρεν,
 ἡ παρέσχε τοῖς ἀνθρώποις. ἐν βραχεὶ δὲ ταῦτα, ὡς μὴ τῷ
 ἐπίαντος ²⁶ ὁ λόγος ὁ προάγων μείζων γίγνοιτο.

γ Ἐφεξῆς ἀπίνειν χρὴ τὸν ἔπαινον τῆς πόλεως, ἐν ᾗ
 ἡ πανήγυρις· περὶ θάσεως αὐτῆς, ²⁷ περὶ γενέσεως· ἐν ᾧ,
 τίς ὁ κτίσης θεός, ἡ θῆρας, καὶ εἰ τι ἔχεις περὶ αὐτῇ εἰπεῖν· —
²⁸ εἰ τι πέπρακται τῇ πόλει, ἡ ἐν πόλεμοις, ἡ ἐπ' εἰρήνης.
 ἀρμόσει δὲ καὶ περὶ μεγέθους λέγειν, εἰ μεγάλη. ²⁹ εἰ δὲ
 μικρά, ὅτι κάλλει διαφέρειν, ὅτι, εἰ καὶ μικρά, ἀλλὰ δυνά-
 μει ἰσθταί ταῖς μεγάλαις· ὅσα περὶ κόσμον, οἶον ἱερῶν, ἡ
 τῶν ἐν τέτοις ἀναθημάτων, ³⁰ δημοσίων οἰκοδομημάτων, ιδιω-
 τικῶν, ὡς καὶ Ἡρόδοτος ³¹ πεντάροφα, καὶ ἑξώροφα φητὶν
 εἶναι ἐν βαβυλῶνι· ἂν ποταμὸς ἡ μέγας, ἡ κατὰρὸς· ἡ
 συμβαλλόμενος τοῖς ἐνοικῆσι τὴν χάραν· εἰ δὲ δὴ καὶ μῦθος
 εἴη λεγόμενος τις περὶ τῆς πόλεως, ἔτω μὲν ἂν καὶ πολλὴν ³²
 γλυκύτητα ἔχοι ὁ λόγος.

δ'. Ασκ-

iam antiquitus apud Atticos celebrari solitis, vd. docta Span-
 hemii nota ad Aristoph. ranas v. 664.

²⁴ καὶ α παρέσχε τῷ βίῳ. Comparari cum his potest praecep-
 tum Alexandri rhetoris περὶ λαλίας p. 622. (collect. Ald.) οἷον
 εἰ Ἡρακλεὺς μνημονεύομεν ὡς παιζομένου μὲν αἰ' τῷ Διὶ προσε-
 τονται, ἀθλούντες δὲ ὑπὲρ τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς μὲν
 ἀδικούς ἐξαιρουντες, τοὺς ἀγαθοὺς δὲ ἐγκαθίζαντες πρὸς ἐπιμελείαν
 τῶν πόλεων.

²⁵ ὁ τοπος scil. ἐγκωμιαστικὸς, argumentorum laudationis fons
 et sedes. Intelligit τὰ προσεπὶ τῷ βίῳ. De illa notione voc.
 τοπος, quod pariter quàm lat. locus apud Rhetores de notio-
 nibus quibusdam et sententiis dicebatur, unde, velut e fonte,
 rerum probandarum argumenta peti solerent, copiosius nos
 edocuit B. Ernesti in lexico Technologiae Graecorum rhetor.
 sub h. v.

²⁶ τοῦ ἐπίαντος ὁ λόγος, λόγος h. l. ut saepius est pars orationis,
 v. c. o. 2. §. 3. in. ut lat. oratio Cic. de orat. l. 2. c. 78. §. 377.
 et al. Modum servari iuber in prima hac orationis parte ne
 sequenti maior evadat, et, quod primario argumento, ipsius
 panegyricos encomio, pertractando debetur tempus, consumat.
 Commune id veterum pariter quàm recentiorum rhetorum de
 exordiis praeceptum, unde inter vitiosa refert exordia, quae
 nimis longa sint (praeter alios) auctor rhetorr. ad Herennium
 l. 1. c. 7.

§. 3.

²⁷ περὶ θάσεως αὐτῆς, subint. hic, ut paulo post ante vbb. εἰ τι
 πέπρακται vbb. λεγέται δὲ, s. λεγεῖν ἀρμοσσί quae formulae ne
 cumulatæ cures offendant, saepissime apud nostrum et alios
 rhetores omittuntur. — τίς ὁ κτίσης, quomodo laudari de-

nium sit bonorum auctor; sin Hercules, Iovis esse filium, et quae mortalium vitae praeberit. Ac fere omnem hunc locum explere licebit enumerandis iis, quae quisque aut invenerit, aut largitus fuerit mortalibus. Verum breviter haec tractanda, ne sequenti orationis parte praecedens maior evadat.

§. 3. Sequi deinceps oportet laudationem urbis, in qua Panegyris celebratur. Quae primum ab eius situ et ortu petenda, ubi dicendum, quisnam eius conditor exstiterit, num Deus aliquis an heros, itemque, si quid possimus in huius laudem proferre. Neque tacebimus, si quid notatu dignum ab incolis gestum fuerit, vel belli vel pacis temporibus. Decebit porro urbis magnitudinem commemorare, si magna sit; sin parva, dicamus pulcritudine excellere, et quanquam parva sit, potentia tamen magnas equiparare; neque negligenda, quae ad ornamenta eius pertinent, qualia sunt templa, donaria in iis suspensa, et aedificia vel publica vel privata (ut Herodotus aliquo loco Babylonis urbis laudat aedificia, quae quinque et sex habeant contignationes); itemque, si fluvius adsit magnus, purus, aut incolis fructuosus. Sin vel fabulam quandam de urbe commemorare liceat, haud exiguum inde suavitatem lucrabitur oratio.

§. 4.

beant urbis conditores, sive sint Dii, heroesve, sive homines, copiosius ostendit Menander de encomiis p. 78. 79. ed. Heeren.

28 *ει τι πεπρακται.* Ante haec verba excidisse suspicor *περι πραξων* quae responderent antecedentibus *περι θεσεων, περι γενεσων, et σευς. περι μεγεθους.*

29 Haec vulgo ita legebantur: *ει μεγαλη, η σμικρα, οτι καλλει διαφερουσα, οτι, ει και σμικρα, αλλα δυναμει ισουται ταις μεγαλαις.* Quae quomodo inter se cohaereant non patet. Emendationem quam in textum recepi res ipsa commendabit.

30 *αναθηματα* donaria in templis Deorum suspendi (*ανατιθεται*) solita, ut vasa, arma, tabulae votivae, etc.

31 Veram scripturam *πενταροφα και εξαροφα* pro vulg. *πεντοροφα και εξαροφα* e codd. reg. I. Colb. et Cant. in textum recepi. Herodoti locus exstat l. 1. s. 180.

32 *πολλην γλυκυτητα.* Suavitatem orationis rhetores vett. in primis ex eiusmodi narrationibus mythisque orationi inseritis enasci docent. cfr. B. Ernestius in lexico technol. Græc. thet. sub v. *γλυκυτης.*

δ'. Λεκτέου δ' ἐπὶ ταῖσι καὶ περὶ αὐτοῦ τῆ ἀγωνίας τῆς ἀρχῇ καὶ καταστάσις αὐτῆς, ἥ ἐφ' οἷσιν ἐτέθη. 33 εἴτε μὴ τίς τις εἴη, εἴτε τι ἄλλο ἀρχαῖον. ἐν τῷ δὲ γενομένῳ, 34 μὴ ἀπλῶς παρέλθῃς τὸν τόπον, ἀλλὰ παραβαλεῖν χρή πρὸς τοὺς ἄλλους ἀγωνίας. 35 ταῦτα δ' εὐπορήσεις τῇ λόγῳ, οἷον ἀπὸ καιρῶ παραβάλλων. 36 εἰ μὲν πρὸς ἕαυτοιοῦ, ὅτι ἐν τῷ συμμετροτάτῳ πρὸς ἐκάτερα· εἰ δ' ἐν χερσίν, ὅτι ἐν τῷ ἐξωμενεστάτῳ καὶ ἀνδρειοτάτῳ, ὡς ἂν εἴποι τις, καιρῶ εἰ δ' ἐν θέρει, ὅτι πρὸς 37 ἄσκησιν καὶ θεωρίαν τῶν θεωμένων κατεστάθη, καὶ 38 ὅτι ἐλεγχος τῆς προαιρέσεως, καὶ μὴ ὄντων ἀθλητῶν τὰς θεωμένους ἀγωνίζεσθαι. Ἐχούς δ' ἂν καὶ τὸ φθινόπωρον ἐπαινεῖν, 39 (καὶ ὅτι) ἀπὸ συγκαμιδῆς τῶν καρπῶν, καὶ ἀπὸ τῆ ἥδη παύσεσθαι τὰς ἀνδρώπας τῶν πόνων.

ε. Σηοκείσθαι δὲ καὶ τὸν τρόπον τῆς 40 διαθέσεως τῆ ἀγωνίας δεῖ. εἰ μὲν μαστικός καὶ γυμνικός εἴη, ὅτι τελευτάτος

§. 4.

33 εἴτε τι ἄλλο ἀρχαῖον, ita vulgatam lect. vitiosam ἢ τι ἄλλο ἀρχαῖον emendandam putavi praesuntibus codd. reg. i. Colb. et Cant. quorum primus εἴτε ἄλλο τι, reliqui duo εἴτε ἄλλο ἀρχαῖον exh.

34 μὴ ἀπλῶς παρέλθῃς τὸν τόπον. Ἀπλῶς παρερχεσθαι τὸν τόπον (ἐγκωμιαστικόν) dicuntur, qui panegyricum universe laudant, neque certamina, de quibus agitur, cum aliis certaminum generibus comparant. Habet enim talis comparatio compositi quid, laudi iunctum vituperium, teste Aphthonio in προγυμνασμάσι, ubi exponit ὅρον συγκρίσεως (p. 11. collect. Ald.) καὶ ὁλως ἡ συγκρίσις διὰ πλοῦν ἐγκωμίων ἐστίν, ἢ ψόγος ἐξ ἐγκωμίου συγκριμένος. Similiter λόγοις σχηματισμένοις, figuratis sermonibus, qui alia obtundunt, in aliis vere elaborant, et quodammodo duplicem tractant controversiam (διπλοῦν ἀγωνία ἀγωνίζονται) opponuntur λόγοι s. ἀγωνες ἀπλοί, a tali artificio alieni infra c. 8. §. 9. — παρερχεσθαι h. l. non est prorsus silentio praeterire, sed: obiter pertractare, paucis tangere.

35 τούτου δ' εὐπορήσεις. Vulgo legebatur τούτου δ' εὐπορήσεις τῷ λόγῳ, excepto cod. Cant. ubi τούτῳ exstat. At cum εὐπορεῖν Genitivum rei, qua aliquis abundare dicitur, requirat, sine mora edidi τούτου δ' εὐπορήσεις τοῦ λόγου, ita ut λόγος h. l. sit ea pars orationis, qua continetur illa comparatio, (vid. not. ad vbb. τοῦ κτιοντος τοῦ λόγου §. 2.) et εὐπορεῖν τοῦ λόγου de eo dicatur, cui abunde suppetit dicendi materies. Similis form. infra §. 6. in. οὐδε γὰρ ἐν τούτῳ γενομένος ἀπορήσεις σπαινοῦ.

36 οἷον ἀπὸ καιρῶν. Simil. Menander de encomiis s. 2. c. 2. ex. (ubi de laudationibus πανηγυρεῶν breviter disputat) laudari eas iubet ἀπὸ χρόνου. — εἰς dicitur καιρὸς συμμετροτάτος πρὸς ἐκάτερα, i. q. tempus, cuius optima est proportio, utriusque (et frigoris et calor) ratione habita. Breviter redd. lat. interpres: temperatissimo tempore.

37 Quanquam ἡ θεωρία haud raro apud Graecos meditatio rei et contemplatio dicitur, quae animo fit (quo sensu h. l. cer-

§. 4. Dicendum postea de ipso quoque certamine, quodnam eius fuerit initium, quaenam constitutio, et qua de causa institutum, sive haec ad fabulam quandam, sive ad aliud priscum eventum pertineant. In his ubi versamur, non oportet locum simplici narratione transiri, sed cum aliis certaminibus illud comparari. Abunde vero hic suppetet tibi materies dicendi, v. c. anni temporibus comparandis. Quodsi vere agatur, monebis agi temperatissimo, sin hyeme, validissimo et (ut ita dicam) fortissimo tempore, sin aestate, institutum esse ut ipsi spectatores exerceantur et spectentur, itemque significari, placuisse, ut spectatores subirent certamen, etsi nulli adessent athletae. Possis autem quoque inde laudare, quod et fruges hoc tempore colligantur, et homines iam a laboribus quiescant.

§. 5. Spectanda etiam ratio qua constitutae sint certaminis partes. Quodsi musicum est et gymnium, dicamus esse perfectissimum, atque ita e corporis virium

tamina illa dici possent instituta esse, ut spectatores ipsi athletarum constantiam et patientiam in solis aestu perferendo conspicuam contemplarentur, et inde exemplum sibi sumerent) malim tamen ob antecedd. πρὸς ἀσκήσιν h. l. sensu magis proprio accipi, et ita cum τῶν θεωμένων iungi, ut θεωμνοὶ (spectantes) ipsi dicantur θεωρεῖσθαι (spectari et explorari) dum constantia, qua illi aestum perferunt spectaculo intenti, spectatur. Sic vides omnia apte inter se cohaerere, et facilius intelligi posse, quae sequantur.

- 38 Verba: καὶ οὐκ ἀλεγχος, ut recte intelligantur, notandum obiter, fuisse in ludis gladiatorii veterum, qui athletic fessis victisque sufficerentur, ut ipsi ad mortem usque cum victore certarent. Vd. interpr. ad Pauli 1. ep. ad Corinthios c. 4. v. 9. Iam cum facile fieri posset, ut athletae omnes nimio solis calore pressi brevi defatigarentur, neque amplius possent certare; id ipsum, quod certamina illa aestate aguntur, arguere dicit, placuisse iis, qui primum ea instituerent, ut, si forte nulli amplius adessent athletae, ex ipsis spectantibus prodirent, qui provinciam eorum suscipere possent. Nolim tamen aliam, eamque forsitan simpliciore explic. rationem prorsus repudiare, quae huc redit, ut θεωμνοὶ tropico dicantur ipsi ἀγωνίζεσθαι (si vel nulli adsint athletae) dum molestias, quas anni tempestas secum fert, constantes perferunt. Simil. tropico sensu ἀγωνιστής legitur infra c. 7. §. 7. ex.
- 39 καὶ οὐκ, recte vidit Sylburgius, utramque vocem esse delendam. Num forsitan οἶον scriptum?

§. 5.

- 40 τίσιναι s. διατίθεναι τοὺς ἀγῶνας dicebantur, qui omnium quae ad ludos recte instituendos pertinerent, curam gerebant,

ἡδύνεσκον

ὁ ἀγών, καὶ ἀνευδαῖς κεκραμένος, ⁴¹ καὶ ῥώμη σωμαίων, καὶ καλλιφωνία, καὶ τοῖς λοιποῖς μέρεσι τῆς μουσικῆς· εἰ δὲ γυμνικός, ὅτι τὴν μουσικὴν ὡς ἐκθλύνεσαν τὴν ψυχὴν παρητήσατο, τὴν δὲ ῥώμην τῶν σωμαίων παρέλαβεν· καὶ ὅτι ὁ τρόπος ⁴³ τῆς ἀγωνίας χρήσιμος πρὸς τὴν ἀνδρείαν τὴν ἐν τοῖς πολέμοις. ⁴⁴

ε'. Μὴ παρέργως δὲ μὴδ' αὐτὸν τὸν στέφανον παρέλθης, ὅσις εἶη· ἔδδ' γὰρ ἐν τῷ γενόμενῳ ἀπορησεις ἐκείνῃ. τὴν ⁴⁵ μὲν δρῶν, ὅτι ἱερὰ Διὸς. καὶ ὅτι ἡ πρώτη καὶ πρεσβυτάτη τροφή τῶν ἀνθρώπων καὶ ὅτι οὐκ ἐφωτός, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἑξέστω ποτε ἐν Δοδωνῇ· εἰ δ' ἐλαία, ὅτι ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς, ⁴⁶ καὶ ὅτι ἄκος πόνων, καὶ ὅτι ⁴⁷ τὰ τρόπαια ἀπὸ τῶν τῶν φυτῶν ἀνέβησαν οἱ καλαιοί, καὶ ὅτι τῆς νίκης τῶτο σύμβολον τὸ φυτὸν, καὶ ⁴⁸ ὅτι ἡ Ἀθηνᾶ τῷ πρώτῳ ἐστέψατο, νικη-
σα-

moderatores certaminis, alibi dicti ἀγωνοῦνται s. ἀγλοῦνται (de quibus vd. not. ad c. 7. §. 1.) cfr. Fabri Agonisticon l. x. c. 18. διαθῆσιν (constitutionem) certaminis h. l. commemoratam inpr. ad omnem rationem, quæ partes certaminis definitæ et dispositæ fuerint, pertinere, seqq. docent.

⁴¹ ῥώμη σωμαίων eodem sensu, quo §. 1. (οἱ δ' ἀγλῆται τῇ ῥώμῃ τῶν σωμαίων κοσμοῦσι τὴν πανηγυρίαν) dicti in promptu est. — Pro seq. τῆς μουσικῆς male cod. Cant. τῆς βουλῆς.

⁴² παραιτεῖσθαι τι propr. deprecari aliquid, tum omnino detrectare, nolle facere aliquid s. admittere (Epicteti enchirid. c. 33. s. 5. παραιτεῖσθαι ὄρκιον et al.) interdum, ut h. l. adiunctam habet notionem spernendi et contemnendi, cfr. interpr. ep. ad Hebr. 12. 25. — Innui h. l. præcipue videntur Olympici ludī, quos certamina musica et poetica non admisisse ante Neronis ætatem, qui primus Olympiæ agonem Musicum committeret, scriptores vet. memoriæ prodiderunt, ut Philostratus de vita Apollonii l. 6. ubi dicit: τὴν δὲ Ὀλυμπίαν τὰ μὲν τοιαῦτα (certamina Musica) ἐξελειν, ὡς ἀνορθοῦσα καὶ οὐ χρήσιμα εἶναι. Ceterum eod. voc. ἐκθλύειν. eadem de re putatur Diodorus Siculus bibl. l. 1. ubi de Aegyptiis narrat: τὴν δὲ μουσικὴν νομιζοῦσιν οὐ μόνον ἀχρεῖον ὑπαρχειν ἀλλὰ καὶ βλαβεράν, ὡς ἐν ἐκθλύνουσαν τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς.

⁴³ ἀγώνια ut infra c. 7. §. 2. i. q. ἀγών add. Isocr. Evagoræ eno. c. 1. ex. Aeschinis dial. 1. §. 7. B. Fischer in ind. Aeschineo sub h. v. Ἀντὶ τοῦτο ἐξείδισε videtur οὗτος. §. 6.

⁴⁴ Quatuor illis ludorum generibus maxime sollemnibus (Olymp. Pyth. Isthm. Nemeis) ideoque h. l. præcipue spectandis cum γέφανοι aliorum præmiorum loco victoribus contingere soliti ita essent proprii, ut inde dicerentur ἀγώνες γέφανται (vd. Fabri Agonist. l. 2. c. 9.); non poterat non h. l. γέφανων præcipua fieri mentio.

⁴⁵ Solebant interdum in ludis Pythicis coronæ ex esculo (quercuum genere) confectæ victoribus tribui. Vd. Perizon. ad Aeliani varr. histor. 3. 1. Ovid. Metamorph. 1, 449.

nium exercitatione, vocumque suavitate, et reliquis musices partibus compositum, ut nihil desideretur. Sin gymnicum tantum, repudiasse musicen, quippe quae animum effoeminet, at usum corporis virium admisisse, multumque conferre eiusmodi certamina ad fortitudinem bellicam.

§. 6. Neque coronam ipsam, quaecunque fuerit, leviter transeas; non enim deerit tibi hac in re versanti laudatio. Et quercum quidem propterea laudabis, quod Iovi sit sacra, et primum atque antiquissimum hominibus praebuerit alimentum, neque voce carcat, sed aliquando Dodonae ediderit vocem. Sin oliva celebranda, dices Minervae sacram esse, morborum laborumque levamen, et veteres usos fuisse hac arbore ad tropaea erigenda, itemque victoriae esse symbolum, eaque prima Minervam, Neptuno superato, coronatam; neque non prae-

ἄσπερζατο ποτὲ, ὀδεργυσοῖαι de voce clara et distincta poetis pariter dicitur, quam prosaiciis scriptoribus, v. c. Xenoph. memorabb. II, 4, 6. Alluditur h. l. ad notissimam illam a scriptoribus antiquis non uno modo exornatam et explicatam fabulam de quercubus sacris prope Dodonam, Epiri urbem, quae templum Iovis habuit illustre, sitis et oracula edentibus. Cfr. Van Dale de oraculis ethny. c. 9.

46 εἰ δ' αἰαία — ἀνος πονῶν. Quod oliva ἀνος πονῶν dicitur, et ad corporis aegritudines referre licet, quibus sanandis oleum inprimis adhiberi solebat (vd. Columella VII, 5, 18 Plinius histor. natur. 31, 47.) et ad labores corpore perficiendos, quos levabant oleo membra perungentes (ut de militibus narratur apud Livium l. 21. c. 25.) simil. αἰαίων dic. πονῶν ἀρωγῇ in Platonis Menexeno c. 7. p. 30. (ed. Gottloeber.) — Ceterum coronarum ex oleastro confectarum usum obtinuisse in ludis Olympicis, plures scriptores vet. testantur. v. c. Lucianus in dial. Αναχαρσις, ἡ περὶ Γυμνασίων, s. 9. p. 888. T. II. ed. Reiz. Vd. Hemsterhusius ad Aristoph. Plutum v. 586.

47 Τροπαια, victoriarum monumenta, solebant antiquissimis temporibus arbores esse ramis et frondibus suis privatae, spoliisque ornatae; quibus seriori aetate, crescente luxurie, lapidea et aurea monumenta succedere. Vd. Vesselingius ad Diod. Sic. 13, 24. Servius ad Virg. Aen. 11, 6.

48 οὐτὶ ἡ Αἰγυῖα. Litem fuisse dicunt Neptunum inter et Minervam de arce Athenarum, quam cum ille, Minerva inscia, tripodem infigendo ita ut aquae fons inde promanaret sibi vindicasset, haec eodem loco, ut sibi sacram reddderet eandem, oleam plantavit. Delata re ad reliquos Deos superiores, Neptunus, cum nullum posset rei testem producere, Minervas cedere coactus. Vd. Apollodori biblioth. 5, 14, 1. 16. Ovid. Metamorph. 6, 70. sqq.

σασα τὸν Ποσειδῶνα, καὶ ὅτι οἰκειότατον τοῖς ἀγωνιζομένοις·
 49 τὰ γὰρ γυμνάσια διὰ τῆ ἐλαίᾳ διαπονεῖται· καὶ ὅτι συναγω-
 νίζεται πρὸς τὸν λόγον, δι' ἧ πανηγύρεαι κοσμεῖνται. 50 καὶ
 τὴν δαφνὴν δ' ἔρεῖς ὅτι καὶ ἱερὰ τῷ Ἀπόλλωνος καὶ μαντικὸν
 51 τὸ φυτόν. εἰ δὲ βέβαια καὶ τῇ μύθῳ ἐφάπτεσθαι τῇ περὶ
 τῆς Δάφνης, 52 εἰ δὲ τὲτό σοι ἄπο τρόπῳ 53 εἴη ἂν αἰρημένον.
 ὁμοίως δὲ καὶ ἕτερον εἰ ἐπέη, οἷον οἱ καρποὶ Δημητριακοί, 54
 ἢ πίτυς. 55 εὐτόρησις δὲ καὶ περὶ τέτων ἐκάστῃ. 56 ἐκ
 ἔξω δὲ Φιλοτιμίᾳς εἰδὲ τὸ παραβαλεῖν τὸν ἐφάνον πρὸς τὰς
 παρ' ἄλλοις.

ζ. 'Ο

49 καὶ ὅτι οἰκειότατον. Explicatio verborum quae paulo sunt
 obscuriora: καὶ ὅτι συναγωνίζεται partim e. c. 7. petenda par-
 tim ex antecedd. καὶ ὅτι οἰκειότατον — διαπονεῖται. „dicens
 „dum est, maxime propriam esse olivam certantibus (ad eos
 „praecipuo quodam iure pertinere,) cum exercitationes
 „Gymnicæ olei ope, quo perunguntur et certamini futuro
 „præparantur corpora athletarum institui et confici soleant.“
 Oliva dicitur, (certaminis ratione habita) orationi socia ex-
 sistere συναγωνίζεσθαι πρὸς τὸν λόγον (πρὸς c. Accusat. respon-
 det lat. cum, ut infra c. 3. §. 1.) propterea quod oliva in
 Gymnasiis athletarum corporibus certamini præparandis ad-
 hibetur, ideoque ad ἀγῶνα instituendum plurimum confert;
 oratio vero, qua ornatur panegyriæ (vd. §. 1. ἀνδρὶ δὲ —
 τοῖς τοιοῦτοις λόγοις κοσμεῖν τὴν πανηγύριν) ipsa instar est cer-
 taminis, quod subit orator exponendo se omnium audientium
 iudicio. Quae orationis scum certamine comparatio quan-
 quam hoc imo cap. non uberius pertractata est, tamen c. 7.
 quo noster de orationibus προτρεπτικοῖς τοῖς ἀθληταῖς (quibus
 athletæ ad fortitudinem et constantiam incitantur) exposuit,
 multo clarius innuitur. Ibi enim cum §. 2. 3. de exordiis
 præcipiens ea haud incommode ab ipsius dicentis persona
 duci monuisset, quippe qui iam in eo sit, ut aliquid ingenii
 certamen subeat; addit §. 4. in talia argumenta subinde ab
 ipsis illis Panegyricis orationibus non aliena posse videri. —
 τὰ γυμνάσια δὲ ipsis exercitationibus quae in gymnasiis insti-
 tuuntur, et infra c. 7. §. 3 dic. cfr. Aeliani varr. historr.
 3. 38. Perizon. ad h. l. Fischer in ind. Aeschin. sub h. v.
 Bene lectum voc. διαπονεῖσθαι quod cum de laboribus mole-
 stis qui exantlantur, adhiberi soleat, bene convenit γυμνα-
 σιοῖς. Sic ap. Plutarchum l. 2. sympos. problem. quaest. 4.
 dic. δρομον et πυγμὴν ἐν παλαιστραῖς διαπονεῖν.

50 Vd. nota antecedd

51 Laureis coronis victores in ludis Pythicis ornati, testibus
 Pausania in Phocicis l. 7. sub finem Aeliano in varr. hi-
 stor. l. 3. c. 1. ex. Dum laurus arbor fatidica (μαντικὸν
 Φυτόν) dicitur, eo respicitur, quod Pythia, Phoebi sacerdos,
 anteaquam tripodi sacro insideret, oracula editura, folia lau-
 rea comedisce dicebatur, unde homines superstitiosi tantam
 vim lauri foliis inesse existimabant, ut ipsi ea comederent,

praecipuo iure ad certantes pertinere, (quum olei opē exercitationes gymnicae institui soleant) et orationi, qua Panegyris ornatur, certaminis ratione sociam existere. Laurum porro dices sacram esse Apollini, et fatidicam arborem. Sin vel illius de Daphne fabulae mentionem iniicere volueris, neque hoc alienum videbitur. Similiter, si quid aliud adfuerit, v. c. Cereris fruges, aut pinus. Nam de his etiam quae dicas, abunde suppetent. Neque aliena a laude (s. laudandi consilio) illam inter et aliorum certaminum coronas instituta comparatio.

§. 7.

vaticinandi facultatem sibi comparaturi. Vd. Iuvenalis Sat. 7. 19. Tibulli elegg. II, 5, 63. interpr. ad h. l.

52 Fabula de Daphne nymp̄ha, quae, cum Apollinem ipsius amore incensum fugeret, eo loco, quo Deus eam attigisset, subito in laurum mutata dicitur, satis nota, Ovid. Metamorphh. 1, 545. sqq.

53 ἀπο τροπῶν dic. aliquid εἶναι vel ποιεῖσθαι quod a loco, tempore, consilio alienum est et ineptum (propr. alienum a ratione, quam teneri oporteat) ut infra c. 3. §. 5. et al

54 In ludis Pythicis interdum coronas e palma confectas contigisse victoribus discimus e Plutarchi sympos. probl. 8, 4. Obtinuit item per aliquod tempus consuetudo pro coronis poma (μῆλα, Luciani dial. περὶ γυμνασ. s. 9. p. 888. T. II. ed. Reiz. ubi interpr. consul.) iisdem tribuendi.

55 ἡ πίτῳ. Legebatur vulgo πιστῶς (excepto cod. Cant. ubi πιστῆς scr.) quod h. l. nullum idoneum fundere sensum vel me non monente intelligitur, nisi cui arrideat lepida loci nostri interpretatio a latino interpr. proposita: vel si fide non careas circa unumquodque istorum te poteris diffundere. Patet, Antimachum talem fere vel libri cuiusdam lectionem vel coniecturam expressisse: ἡ εἰ πιστεῦῃ, εὐπορήσεις καὶ περὶ τούτων ἑκάστου. ita ut εὐπορήσεις paulo liberius verteret. Nimis enim a textu recedit ea, quam Sylburgius ab Antimacho expressam putat scriptura: ἡ εἰ πιστῶς εὐπορήσεις, ἀπομνηνεῖν δύνησθαι καὶ περὶ τούτων ἑκάστου. As, sive hanc sive illam lectionem latino interpr. probatam fuisse putemus, non patet profecto, quid sibi h. l. velit conditio illa proposita: si fide non careas. Praestat, quod Hudsonus scite coniecit, πίτῳ (pinus) in textum recipere, quae coniect. loco Plutarchi sympos. l. 5. quaeest. 3. nititur ubi docet, coronas, quae in ludis Isthmiis victoribus contingerent, initio ex pinu (arbore Neptuno sacra) tum ex apio, tandem iterum ex pinu confici solitas esse. vd. interpr. ad locum Luc. antea laud. Corsini dissertatt. Agonist. p. III.

56 εὐπορήσεις subint. λόγου, ἴσ. εἰπαινοῦ. vd. ad §. 2. εὐπορήσεις τοῦ λόγου.

οὐκ ἐξω δὲ φιλοτιμίας voc. φιλοτιμία, cuius plures sunt ac diversae significationes, natae ex prima illa, qua de hono-

ζ'. Ὅ δὲ σοι τῷ παντός λόγῳ οἶονε πολυφών. π. ἐπὶ χθονὶ
τῷ βασιλείῳ ἔπαινος, ὅτι τῷ ὄντι ἀγαποῦσθης ⁵⁸ πάντων ἀγώ-
νων. ὁ τὴν εἰρήνην πρυτανεύων, ⁵⁹ δι' ἣν καὶ τὰς ἀγῶνας ἐπι-
τελεῖν οἶον τε. ἤδη δὲ τινες καὶ τὰς διατιθέοντας τὰς ἀγῶνας
ἐπὶ ηὐνοῖαν, εἰ ἄρα ἐνδοξοὶ τινες ἔσονται, ὅτι καὶ ἐν ἄλλοις πρότερον
γεγόμενοι ⁶⁰ χρήσιμοι, καὶ ἐν τούτοις ὅτι φιλοτιμότεροι. εἰ δὲ
μὴ ἄλλα ἔχεις πρεσβύτερα, ὅτι ἀρχὴ τῆς φιλοτιμίας τῆς περὶ
τὴν πατρίδα μεγίστη καὶ Ἑλληνικατάτη.

η'. ⁶¹ Ἡ δὲ λέξις ἄλλη μὲν ἄλλων κατὰ τὴν ἐκείνων φύ-
σιν, ἢ βέλῃσιν. εἰ δὲ δὴ κρατεῖν χρὴ τὴν ἐμὴν γνώμην, ἢ
μονότροπον ταύτην συμβαλεύσκειν ἂν εἶναι, ἀλλὰ ποικίλῃ καὶ
μεμιγμένῃ, καὶ τὰ μὲν τῇ ἀφελείᾳ ⁶² προάγοντα, τὰ δ' ἐν
ἀντιθέτοις τε καὶ παρισώσιν ⁶³ Ἰσοκράτες, — — ⁶⁴ τὰ δὲ
διη-

ris studio dicitur, h. l. laudem ipsam et honorem indicat,
qui oratoria laudatione paratur. Ita ap. Demosthenem Olynth.
β, non longe ab in οτι μοι δοκεῖ παντ' ὅσα αν εἰπη τις ὑπερ του-
των, εκεῖνω (Philippo) μεν εχειν φιλοτιμιαν τινα, ημιν δ ουχι
καλως πεπραχθαι.

§. 7.

⁵⁷ ἐταγεσθαι adduci saepiss. de sermonibus qui proferuntur;
ut infra §. 8. δεῖ δὲ — ἐταγεῖν. c. 2. §. 3. in. et al.

⁵⁸ vd not ad §. 5 n. 40. — In vulg. lect. καὶ οτι τῷ otiosum
καὶ delendum putavi.

⁵⁹ πρυτανεύειν quo voc. proprie apud Athenienses imperium
quingenta πρυτανῶν, qui per mensem Athenis regnarent,
significari novimus, haud raro latiori sensu regendi et admi-
nistrandi adhibetur. vd. Dindaeus in adnotatt. ad Demosth.
orat. de pace (ed. Beck. p. 177. 78) πρυτανεύειν pacem h. l. dic.
imperator, dnm administrando eam tuetur, ita ut neque im-
pediatur, neque turbetur ludorum et certaminum sollemnitas.

⁶⁰ φιλοτιμότεροι (ita enim Sylburgio monente ed. pro vulg.
φιλοτιμωτατον) h. l. dicuntur honesta erga patriam liberalitate
insignes. Huius enim virtutis notio seq. φιλοτιμία inest. Conci-
liat quippe honorem bonamque famam. Ludi publici, quum
praecipua sint honestae liberalitatis eorum, qui sumtibus
praebendis aliisque rebus parandis eos adornant, documenta,
interdum ipsi appellantur φιλοτιμιαί.

§. 8.

⁶¹ Vulgo sub finem §. 7. haec leguntur: ἡ δὲ λέξις ἄλλη μὲν,
κατὰ τὴν ἐκείνων φύσιν, ἢ βέλῃσιν. In his duplici de causa
offendebamur, 1) eo quod sub finem sectionis nova plane
inciperet de elocutione orationibus Panegyricis accommodata
disputatio, quae rectius novam sect. constitueret 2) Ver-
bis ἄλλη μὲν (sc. εστιν) „alia quidem est elocutio“ quae sic
nude posita non habebant quo commode referrentur. Propter
ea partim ἄλλη μὲν ἄλλων (aut, si malis, ἄλλοις) edendum pu-
tavi, partim omnem hanc φησιν in. § 8. ponendam. — Cete-
rum quod noster h. l. brevius tangit, diversam esse elocutio-
nis indolem, prout natura aut consilium cuiusque scriptoris

§. 7. Totius vero orationis veluti fastigium addenda tibi inperatoris laudatio, — quem omnium dices certaminum vere esse moderatorem, quippe qui pacem, cuius ope institui possint, tueatur. Nonnulli eos quoque, qui ludos disponunt, (s. instituendos curant) si forte gloria essent insignes, ita laudarunt, ut et olim aliis in rebus multum profuisse civibus, et hac in re summam praestitisse liberalitatem ostenderent. Sin alia antiquiora praedicare nequeas, dices primum id honestae erga patriam liberalitatis specimen insigne esse, et Graeco homini maxime proprium.

§. 8. Elocutionem quod attinet, alius quidem alia uti solet, prout indoles aut consilium cuiusque exigit. Suadeam tamen (si quid valere oportet meam sententiam) ut non unius eiusdemque generis elocutio, sed varia et ex pluribus composita adhibeatur, quae alia simpliciter efferat, alia sic, ut Isocratico more contraria contrariis, paria paribus iungantur — — — alia membris

exigat, uberius persequitur in libro *περι της λεκτικης Δημοσθενους δεινότητος* c. 36.

62 Voc. *προαγειν* de cuius propria notione producendi et promovendi rem aut hominem quendam vd. Dounaeus ad Demosth. or. de pace p. 288. 89. ed. Beck saepe de loquente (loquendo quasi producere, ptoferre) ut ead. §. infra: *αφελως προαγοντα*, c. 5. §. 3. et al.

63 *Ισωκρατεύς*. Laudat hoster, ut concinnitatis in omni membrorum periodorumque conformatione conspicuae notionem quasi sub sensus vocet, Isocratis *αντιθετα* et *παρισώσεις*, quippe qui in periodis membrisque componendis et conformandis eam solebat *ακριβειαν* adhibere, quae haud raro in vitium ei verteretur. vd. Dionys. in iudicio de Isocrate c. 13. ex. coll. c. 20. Ciceronis orator c. 52. ubi exempla invenies *αντιθετων* και *παρισωσεων* Isocrate.

αντιθετοις και etc. Arist. rhetor. 1. 3. c. 9. elocutionem *αντικειμενην* (qua continentur *αντιθεσεις*) ita definit: *αντικειμενη δε εν η εκατερω τω κωλω, η προς εναντιω εναντιον συγκειται, η τωτο επεξευκται τοις εναντιοις*. Idem eod. cap. de *παρισωσεις*: *παρισωσις δε, εαν ισα τα κωλα*.

64 *τα δε διηρημενα*. Elocutio est *διηρημενη*, quae membris brevioribus continetur, ita ut contraria sit *periodicae* (τη *συμπεραμμενη*, contortae) et membris illis brevioribus velut in minutas partes dividatur. Cfr. Ernestius in lexico technol. Crit. rhetor. sub v. *διαρειν*. — Vulgo nostro loco: τα δε *διηρημενους* legitur. Quae cum non habeant, quo cominque referantur, vel: τα δ' εν *διηρημενοις* (sc. *προαγοντα*.) scribendum ita ut neutrum τα *διηρημενα* h. l. pro *λεξις διηρημενη* adhibeatur, vel: τα δε *διηρημενα* (alia profertur *λεξις* distincta membris

διηρημένα. ταύτην γὰρ τὴν ὁδὸν καὶ τὸν τῷ ἡμεδαυτῷ⁶⁵ χορῷ
 ἡγεμόνα τε καὶ κορυφαῖον οἶδα μετιόντα, ὡς ἔπος εἰπεῖν,⁶⁶ (ἥ)
 ἐν τοῖς πλείστοις· εἰ μὴ τινα⁶⁷ πρὸς εἶδος τι γράψωιν πρᾶττο.
 ἐκείνης δ' ἰδέας ἔοικεν ἡ ὕλη τὴν ἀφορμὴν⁶⁸ παρέχειν. δεῖ δὲ
 τοῖς νοήμασιν ἐπακολουθῆσαν⁶⁹ καὶ τὴν ἐρμηνείαν ἐπάγειν.
 70 οἶδ' οὖν τὰ μὲν ἀφηγηματικὰ⁷¹ καὶ μῦθ' αἰνός ἐχόμενα, ἀφελ-
 ῶς προάγοντα. ὅσα δὲ περὶ βραχυλέων ἢ θεῶν, σεμνῶς. ὅσα
 δὲ

s. c.

brevioribus). Verum alia eaque maior difficultas latet in
 omni orationis serie. Non enim video quomodo potuerit
 noster elocutioni simplici (τῷ πρᾶττειν τῇ ἀφελείᾳ) præster
 illam antithesibus membrisque paribus abundantam (artificio-
 siorem) elocutionem eam quoque opponere, quæ continetur
 membris brevioribus, cum in ipso usu λεξικῶς διηρημε-
 νης insit simplicitas quædam. Desideratur contra h. l. elo-
 cutionis periodicæ commemoratio quam noster alio simili
 loco c. 5. § 7. τῇ διηρημένῃ opponit. (ἀπαγγελία δὲ τρεποὶ ἀν-
 μαλίστα μεμειγμένη ἐν τοιοῦτῳ λόγῳ ἐνισχύει μὲν συνεστραμμένη,
 male inter se nexis haerere. Omnis quippe imago, qua
 scriptor immortalitatem quam genus humanum nuptiarum
 opo adeptum fuerit, cum lumine quod nunquam extinguitur,
 comparat, additamento illo haud parum turbatur, quod tan-
 tum abest ut imagini uberius exornandae inserviat, ut potius
 temere et incommode rei ipsius, cuius illustrandae causa
 imago adhibita fuerat, lectores denuo memores esse iubeat.
 Ut verbo dicam, manifesto redolent et repetitionem antece-

posterorum successione immortale evasisse, luminis instar accensi quod permaneat, nec unquam extinguatur. Hanc utique praestantissimam dixeris non divitiarum quarundam aut facultatum, sed ipsius naturae et nuptiarum symbolam.

§. 4. Quaeres porro, quot bona iis contingant, qui inierint nuptias. Primum quidem, quantum fama illi praestent; quippe qui ab illo inde tempore confestim optimam virtutis partem, temperantiam, lucrari incipiant. Etenim nuptiae continuo temperantiae famam hominibus conciliant, siquidem tales a coitu temerario prorsus abalienati videntur, ita ut quisque in solam ipsius uxorem oculos convertat. Hinc autem necesse est magis spectabiles evadant, fidelioresque et erga patriam omnino benevolentiores censeantur, eo quod
liberos

dentinm τῶν ἐπιγινόμενων, (quae facile poterant in τοῖς ἐπιγινόμενοις abire,) et glossema, quo librarius aliquis verbis: τῇ γεννησεί τοῦ ἀνδρὸς margini adscriptis, tumque loco in-
erto in textum illatis formulam ἐκ τῆς διαδοχῆς τῶν ἐπιγιν. explicare voluit. Omnis oratio, his eliminatis, bene procedit.

28 ἐρανὸν καλλίσον — τινῶν. De voc. ἐρανὸν vđ. monita ad huius cap. §. 1. n. 7. Ipsa natura, quae suadet, ut coniugium ineamus, et nuptias optimam quasi conferunt symbolam ad salutem generis humani et ipsum genus hum. servandum. Contulit nostrum locum (cum loco in Thucyd. (s. Periclis) λόγῳ ἐπιτ. c. 43. Goutloeber in not. p. 100. ubi cives pro patria mortui dicuntur καλλίσον ἐρανὸν αὐτῇ (τῇ πόλει) προσιμενοι.

29 Pro vulg. καὶ τοῦ γενοῦς facili mutatione, quam sensus requirebat (vđ. not. antec.) edidi καὶ τοῦ γαμου.

§. 4.

30 τὸ καλλίσον μέρος, cfr. similis locus Aphthonii in 9ῳ: ἐπιγαμητέον: ὁ γαμος δίκαιους ἀμὰ καὶ ἀνδρείους ἀποτελεῖ καὶ μὴν καὶ σοφοὺς, οἱς προνοεῖσθαι τῶν φιλτατῶν ἐπαιρεῖ, καὶ (τὸ παραδοχόν) σωφροσύνην οἶδε κομίζειν ὁ γαμος, καὶ ἐν τῇ φιλοτιμίᾳ τῶν ἡδονῶν τὸ σωφρονεῖν ἀναμεικταί. δι' ὧν γὰρ νομὸν ταῖς ἡδοναῖς ἐπιτίθῃσι, νόμῳ παρεχέει σωφροσύνης τὰς ἡδονὰς. (ubi simpl. legendum videtur παρεχέει σωφροσύνην, omissis vocc. νόμῳ et τὰς ἡδονὰς.) καὶ τὸ κατηγορησέν αὐτὸ καθ' αὐτὸ συντῶ γαμῷ θάυμαζεται.

31 περιτιθεναὶ τίνι τι h. l. simplic. tribuere s. conciliare alicui aliquid. Vđ. Demosthenes T. III. p. 1417. ed. Reisk. περιτιθεναὶ δοξάν τοῖς εὐκαιοῦσιν.

32 legeb. vulgō: περὶ τὰς αὐτὰς πατρίδας. Ubi cum otiosum sit pron. αὐτὰς, Sylburgius vel περὶ αὐτὰς τὰς πατρίδας scribi voluit (i. e. erga ipsam adeo patriam magis benevoli reddantur necesse est) vel περὶ τὰς αὐτῶν πατρίδας, vel simpl. περὶ τὰς πατρ. Recepi αὐτῶν πατρ. secutus edit. Ald.

ὥσπερ ὁμηρα ³³ δαδωμέναι ταῖς πατρίσι τὰς ἐαυτῶν παῖδας, δι' ἧς ἀναγκαῖον καὶ μᾶλλον εἰς τὰς συμβαλλὰς παραλαμβάνεσθαι.

τάλ

ε. Καὶ πρὸς λύπας τε καὶ δυσχερῇ τὰ ἐν τῷ βίῳ γὰρ μοι χρησιμώτατος, καθότι ταῦτα ³⁴ παρασκευάζων ὥσπερ φορτία, μεταδιδόντων ἡμῶν ταῖς ἐαυτῶν γυναῖξιν τῶν δυσχερῶν, καὶ (τῆς ³⁵ κοινωνίας) παρηγορημένων. ἐν δὲ τῇ τῶν καὶ τὰ ἡδὲ ἀνάγκη τερπνότερα φαίνεσθαι, μὴ ³⁶ αὐτῶν ἐφ' ἐαυτῶν ³⁷ εὐφραϊνομένων, ἀλλ' ἐχόντων καὶ τὰς συμπανηγυρίζοντας καὶ τὰς συνευφραϊνομένας παῖδας τε καὶ γυναῖκας, καὶ τὰς ἄλλας συγγενεῖς. καὶ ἔορται δὲ καὶ πνευγύρεις διὰ τὸ τερπνῶς, ὅτι ἐν πολλοῖς γίνονται. ἀνάγκη δ' ἐκ τῶν καὶ τὰς συγγενείας αὐξάνεσθαι. καὶ ἐκ τῆς πρώτου ³⁸ μὲν συνοικίας ἐγένοντο, εἴτα καὶ κῶμαι, εἴτα καὶ πόλεις. ἐκ δὲ τῶν ἐπιγαμιῶν καὶ ἡ γυνῶσις πλείων, καὶ ἡ συγγένεια ὑπερβολίς. ³⁹ ἤδη παραδετέον καὶ μνηστέον καὶ ἐνδοξῶν γάμων, ἢ ἀρχαίων, ⁴⁰ καὶ

et cod. Cant. Quamquam enim de eorum ipsorum patria sermo est, quæ matrimonium inierunt, tamen ideo non necessario scribendum autum. Nulla quippe h. l. est τοῦ αὐτῶν ambiguitas. Simil. infra §. 6. καὶ ἐτι τροπον τινα εἰς ἀρχῆς ἀναγεσθαι αὐτὸν καὶ ἀνηθασκῆναι συν τοῖς αὐτοῦ παῖσιν.

³³ ὥσπερ ὁμηρα, cum fama, auctoritas, benevolentia quam parentes de civibus bene merendo sibi conciliaverunt, ipsos liberos pariter soleant ornare, quam contentus et odium, quo illi laborant, his etiam obest, id ipsum excitat parentes, ut de civibus vel liberorum causa bene mereri studeant, quasi ii sint obsides, quorum vita et salus a civibus eos tenentibus pendeat.

§. 5.

³⁴ Locus vulgo ita legebatur: κουφότερα ταῦτα παρασκευάζων, ὥσπερ φορτία μεταδιδόντων ἡμῶν ταῖς αὐτῶν γυναῖξιν τῶν δυσχερῶν, καὶ τῆς κοινωνίας παρηγορουμένων. Ubi perperam voco. ὥσπερ φορτία ab antecedd. commate separantur, ita ut cum μεταδιδόντων stricti debeant; quæ ratio ideo admitti nequit, quod voc. μεταδιδόναι partim non iungi solet Accusativo rei, cuius aliquis particeps fieri dicitur, partim h. l. manifesto ad aliud pertinet subiectum. (seq. τῶν δυσχερῶν.) Malui igitur comma ponere post φορτία. (γάμος dic. mala illa, velut onera, i. q. quasi sint onera, leviora reddere.) Eandem rationem Antimacho placuisse video, locum ita latine reddenti: quippe quæ hæc tanquam onera reddant leviora, cum molestiarum omnium uxores faciamus participes.

³⁵ Genitivus Singul. τῆς κοινωνίας in Dativum vel Singul. (τῇ κοινωνίᾳ) vel (ut Sylburg. voluit) Plur. ταῖς κοινωνίαις mutandus, nisi malis ex τῆς κοινωνίας.

³⁶ μὴ αὐτῶν ἐφ' αὐτῶν, form. ἐφ' αὐτοῦ ποιεῖν cum proprie de iis adhiberi soleat, qui sponte aliquid faciunt, a nemi-

liberos suos, velut obsides, patriae dederint, quorum causa non possint non multo diligentius in consilium adhiberi.

§. 5. Neque non dolorum et molestiarum, quae sunt in vita, ratione habita, maxima est nuptiarum utilitas, quippe quibus illae, velut onera, sublevantur, dum uxores nostras molestiarum participes reddimus, et ex illo consortio solatium capimus. At gaudia quoque matrimonio iunctis non possunt non iucundiora videri, cum non ipsi soli laetemur, sed una nobiscum gaudia percipientes et laetantes habeamus filios, mulieres, et alios consanguineos. Solet enim dierum festorum quoque et conventuum publicorum propterea maior esse suavitas, quod multi intersunt. Necesse est item, ad finium numerus nuptiis augeatur. Hinc dices factum esse, ut primum plures domus eodem loco extruerentur, tum pagi et urbes conderentur. Orta quoque ex adfinitatibus plurium notitia, et ea quae cum peregrinis est, adfinitas. Addere his decet exempla nuptiarum insignium vel olim celebrium, et commemorare, quot

ne coacti aut persuasi, contra αὐτῶν πείσιν dicatur, qui solus aliquid facit, nullo alterius consilio vel auxilio (vd. Ill. Wolfii nota ad Demosth. or. contra Leptinen §. 83.) rectius, opinor, scripsisset noster αὐτῶν μόνιτurus nuptiis iunctos non solos laetari, sed habere, qui quasi adiuvent eorum laetitiam. Reperitur tamen similis formula: αὐτῶν, usus de compos. vbb. c. 16. p. 97. in. (T. V. ed. Reisk.)

37 Voc. συμπανηγυρίζειν (propr. una cum aliis interesse conventibus publicis πανηγυρεῖν,) h. l. propter add. συνευφραίνεμενους latiori sensu accipere malim, ut sit i. q. delectari (max. iis, quae in sensus cadunt,) cfr. Aeliani varr. histt. 13. 1.

38 Pro ἐκ τούτων in codd. Colb. et Cant. leg. ἐκ τούτων, quod vereor ne ex antecedd. ἀνάγκη ὃ ἐκ τούτων, petitum sit. ἐκ τούτων pertinet ad τὸ ἀνξανεσθαι τὰς συγγενείας. Aucto adfinium numero factum, ut plures domus uno eodemque loco extrui inciperent. Ante ἐκ τούτων legeb. vulgo ὅτι. Verum nihil praecessit, quo referri commode posset.

39 ὑπεροχῆι qui extra fines terrae, quam incolimus, habitant, i. q. peregrini. Ita ap. Dionysium antiquitt. Romm. l. 2. p. 243. (T. I. Reisk.) oppon. πόλεμος ὑπεροχῆος γασσι ἐμφύλιω, externum bellum seditioni domesticae.

40 ἐνδοξων γαμῶν, ita Alexander περὶ ἐπιθαλαμίων (p. 627. coll. Ald.) sollennium Bacchi et Ariadnes, aut Pelsi et Thetidis nuptiarum mentionem commode iniici existimat.

καὶ ὅσα ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἐγένετο τοῖς ἀνδράποισι, καὶ ὡς ἡ ἀποτροπὴ τῶν δυσχερῶν διὰ γάμῳ· οἷον ἐπὶ Μενέλαως ⁴¹ ἀθάνατος ἐγένετο διὰ τὸν γάμον τῆς Ἑλένης, καὶ ὁ ⁴² Πηλεὺς διὰ τὸν τῆς Θέτιδος καὶ ὁ Ἀδμητος ⁴³ διὰ τὴν Ἀλκίησιν τὸν ἐκ τῆς εἰμαρμένης ⁴⁴ θάνατον διέφυγεν.

ε'. Ἐπειδὴν δ' ἱκανῶς ⁴⁵ περὶ τῶν διελθῆς, εὐχῇ χρῆσθον ἀγαθῶν μὲν αἰτησὶν ἔχεται περὶ τῶν γάμων καὶ τῆς παιδοποιίας, ἀποτροπὴν δὲ τῶν κακῶν· εἴτα ⁴⁶ διατυπωτέον λόγῳ, οἷον προαναφωνῶντᾶ, ὅποῖος ἂν ὁ βίος ὁ μετὰ τῶν παίδων γένοιτο, ὅτι τερπνότατος χορὸς παίδων εἰ γένοιτο ὁρῶντι, καὶ ὅτι τρόπον τινα ἐξ ἀρχῆς ἀναναίξασθαι αὐτὸν ⁴⁷ (ποιεῖ) καὶ ἀνθίστασθαι σὺν τοῖς αὐτῇ παισίν. ἐν τῷ δ' ἀνάγκη καὶ ἀναμινύσκειν, ὡς ποτε καὶ αὐτὸς ἐν νεότητι ἐποίησεν. ⁴⁸ ἡδεῖα δὲ καὶ ἡ μνήμη τῶν ἐν παισὶν ἡμῖν πεπραγμένων, ⁴⁹ καὶ εἴδεν ἕτερον ἐπὶ τὸ ποιεῖν ἐξ ἀρχῆς πάλιν βεβιωκέναι· εἰ δ' εἰκόνα τις ὁρῶν ἑαυτῇ ἀψυχὸν ᾗσεται ⁵⁰ (πολλῷ μᾶλλον χαρήσεται,) ὅταν καὶ μὴ ἀψυχὸν ταύτην ὁρᾷ, ἀλλὰ καὶ ἐμψυχὸν, μὴδὲ μίαν, ἀλλὰ πολλὰς, ἂν εἴω τυγχῇ.

ie, ad. c.

⁴¹ Μενέλαως; pertinent haec ad Protei, Dei marini, nobile de Menelao vaticinium (Hom. Od. δ', 561 — 69.). Ille enim (Menelaus) cum e bello Trojano Helena comite domum rediturus tempestate vehementi in insulam Pharus delatus fuisset, Proteumque coëgisset, viam indicare, qua ipsi domum sit redeundum; hic (Proteus) rerum futurarum gnarus Menelao praeter alia hoc significavit, eum non esse, hominibus aliorum instar, mortem subiturum, sed vivum, aditurum, campos Elisios, propterea quod Helenam (Iovis et Ladae filiam, Hom. Il. γ', 237.) habeat uxorem, ideoque Iovis sit gener. Contigisse apud vet. Menelao et Helenae cultum divinum testis est Pausanias descript. Gr. 3, 19.

⁴² Quamquam veteres (quantum scio) Pelei, nobilissimi Thessali regis obitus causam et rationem ignorant, non tamen memini me locum invenisse, ubi immortalitatis, quam per Thetidem coniugem (Nereidem) adeptus fuerit, diserte mentio iniiciatur. Pertinet forsitan haec fabula ad commenta seniorum scriptt. minus nota.

⁴³ Fabula de Alcestide Admeti, regis Pherarum (Thessaliae urbis) coniuge, quae pro marito mortem fatalem subiit, postea (ut plerique ferunt) ab Hercule ex inferis reduta et Admeto reddita copiosius expos. legitur apud Apollod. bibl. I, 9, 15. Palaeph. περι απιστων c. 41.

⁴⁴ ἡ εἰμαρμένη scil. μοῖρα (alibi πορεία) proprie omnis fati necessitas (Cicero de nat. Deorum I, 20. de divin. I, 55.) haud raro de morte fato decreta, vd. nota Gottloeberi ad Plat. Menex. c. 5. p. 25.

§. 6.

⁴⁵ περὶ τούτων, dicunt Graeci pariter τι διερχομαι quam περὶ

quot bona inde in homines redundaverint, itemque, quot mala fuerint depulsa: v. c. Menelaum et Peleum nuptiis, quas ille cum Helena, hic cum Thetide iniisset, immortalitatem consecutos esse; Admetum vero Alcestidis ope mortem fatalem effugisse.

§. 6. Ubi autem in his satis diu fuëris commoratus, precibus utendum, quibus pro nuptiis et liberorum procreatione bona vota nuncupes, mala deprecaris. Describendum porro vivida oratione (velut vaticinando) quam suavis sit vita cum liberis futura, eo quod adspectus liberorum cohortis, cui contigerit, sit iucundissimus, eumque iubeat quodammodo omnem puerilem aetatem repetere et cum liberis repubescere. Memoranda ibi, quae forte ipse olim puer fecerit. Suavis quippe eorum quoque recordatio, quae pueri fecerimus, neque aliud est, quo vitae cursum ab initio redintegremus. Quodsi quis ipsius imagine quadam inanima delectatur, multo magis laetabitur, ubi imaginem non vita carentem, sed animatam, neque unam modo, sed (si

τινος διερχεσθαι: rem narrando aut disputando persequi. Isocrates Evag. enc. c. i. med. et al.

46 διατυπτειν. Bene lectum h. l. voc. διατυπουν adhiberi solitum de ea narrandi et describendi ratione, quae non breviter ac nudo res gestas exponit, sed vividius animumque movens dicendi genus adhibet, ita ut τυποις, simulacris s. imaginibus utatur rem sub sensus vocantibus. Cfr. Ernesti in lex. technol. Græc. rhetor. snb v. διατυπωσις

47 ανανεαζεσθαι αυτον ποιει, voc. ποιει vulgo perperam omissum addidi Sylburgium secutus, qui recte ad similem locum provocat infra ead. §. obviū: το ποιουν εξ αρχης παλιν βεβαιωναι.

48 ηδεια δε, cum hæc enunciatio causam antecedentis præcepti contineat, addidi è codd. reg. i. Colb. et Cant. voculam δε, quae vulgo deest. Tritum est, δε saepiss. valere i. q. γαρ.

49 των εν παισιν, vix est, quod moneam, studia ludosque puerilis aetatis intelligi.

και ουδεν ετερον, voc. οτι quod vulgo post και legebatur, delendum putavi, cum hæc ρησις observationem ipsius scriptoris contineat.

50 Verba: πολλω μαλλον χαρακτηται quae vulgo desiderantur neque (ut Sylburgio visum est) subaudiri recte possunt, sensu requirente addenda putavi. Eodem redit, quod Wolfius edidit ποσω χαρακτηται μαλλον. Dubitabam tamen, num talis exclamatio aut interrogatio sermonis simplicitati, quae h. l. obtinet, satis esset accommodata.

τύχη ⁵¹ Ἐπαντέον δὲ πάλιν καὶ ἐνταῦθα ἰσοριῶν τινων μνημονεύοντα, ὅσοι ἀπὸ παιδων εὐτύχησαν, ὅσοι κακῶν ἀποτροπὰς εὗραντο, ⁵² οἷον τῷ Ἀγχίσῃ παρὰ τῇ Αἰνείᾳ.

ζ. Δεῖ δὲ ⁵³ μὴδὲ τὰ πρόσωπα τῶν γαμμένων τε καὶ γαυμένων ⁵⁴ παριέναι, ἀλλὰ καὶ τέτων ἐπαίνους λέγειν. ποτὲ μὲν ἔν ἐν ἀρχῇ χρητέον τῷ τόπῳ ⁵⁵ τέτῳ, ποτὲ δὲ καὶ ἐπὶ τέλει. ἐν μὲν ἔν παντὶ ἐνδοξα ἦ, ἐν ἀρχῇ. ἐὰν δὲ ἦττονα, ὑπερβάλλοντα ⁵⁶ καὶ ἐπὶ πᾶσι λέγοντα. ⁵⁷ ὁ δ' ἔπαινος ἄπερ ⁵⁸ ἐν τοῖς ἐγκωμίοις ἔξει, καὶ τόποι οἱ αὐτοί, ὁ ἀπὸ τῆς πατρίδος ⁵⁹ (καὶ) ὁ ἀπὸ τῆς γένεως, ὁ ἀπὸ τῆς φύσεως, ὁ ἀπὸ τῆς ἀγωγῆς, ⁶⁰ (καὶ) ὅτι ἴσοι καὶ ὅμοιοι καὶ βέβαιαι ἀμφοτεροί, καὶ ἐκ τέτων πατέρων καὶ προπατόρων. καὶ εἰ μὲν ἐκ τῆς αὐτῆς πατρίδος, ὅτι ἐκ πολλῆ προσωκειωμένοι ὑπὸ τῇ τόπῳ. εἰ δ' ἐκ διαφόρων, ὅτι καὶ ὑπὸ θεῶν συνήχθησαν εἰς τὴν κοινωσίαν. εἰ δὲ δὴ ἐκ τῆ αὐτῆς γένεως εἰσίν, ὅτι αὐξήσεις ⁶⁰ τῆς συγγενείας,

⁵¹ επαντεον. Ita Hudsonum secutus edidi pro vulg. επαντεον quod ab h. l. plane alienum. Vd. not. ad c. i. §. 7. in. Simil. infra c. 4. §. 2. in. επαγιν simpl. legitur, non addito voc. λογον aut simili: εἰτ' ἐπὶ τούτοις επαγιν, ὅτι αναγκαιος ο γαμος.

⁵² οἷον τῷ Ἀγχίσῃ, vulgo: οἷον τῷ Ἀγχίσῃ περὶ τοῦ Αἰνείου. In his duplex est vitium. Etonim offendit partim praepos. περὶ, quā Graeci non utuntur, ubi quis ab alio aliquid accepisse dicitur, partim omissum verbum unde pendeat dativus τῷ Ἀγχίσῃ. Priorem difficultatem facile tolli putabam mutando voc. περὶ in παρα, auctoritate codd. reg. i. Colb. et Cant. Posteriorem quod attinet, duplicem loci emend. proposuit Sylburgius, ratus vel post Αἰνείου addendum συνεβη (contigit) vel pro dativo τῷ Ἀγχίσῃ casu nominativo edendum οἷον ο Ἀγχίσῃς παρα τοῦ Αἰνείου (subint. κακῶν ἀποτροπὴν εὗρατο). Sensus non mutatur. Innui notissimam de Aenea Troiano patrem Anchisen pedibus laborantem humeris inpositum ex incendio urbis dirutae servante fabulā (Virg. Aen. l. 2. v. 271. sqq.) verbo indicasse sufficiat.

§. 7. ?

⁵³ δεῖ δὲ, quae sequuntur usque ad vbb. καὶ ὑπο πᾶσι λεγοντα referuntur vulgo una cum antecedd. ad §. 6. Malui tamen, cum scriptor noster inde a vbb. δεῖ δὲ μὴδὲ, novum incipiat tractare argumentum, (laudationem eorum, qui coniugium inierunt) cum seqq. propius coniungere. Simile exemplum secti male dispos. vid. supra ad c. i. §. 8. in.

⁵⁴ Recepi Sylburg. emendat. verissimam παριέναι pro vulg. παρίναι, quod, si servare vellemus, pro infinitivo Aoristi 2. vb. παρίεναι h. l. non satis commodo accipi deberet.

⁵⁵ τοτῳ scribendum pro vulg. τυτῳ recte vidit idem Sylb. De sensu vocab. τοτος vd. not. ad c. i. §. 2.

⁵⁶ Legebatur vulgo: υποβαλλοντα καὶ υπο πᾶσι λεγοντα. At cum verbum υποβαλλειν pariter quam praepos. υπο h. l. ne

(si ita contigerit) plures licet intueri. Addere his decet (mentione historiarum quarundam vel hoc loco iniicienda) quot homines per liberos vel bona fortuna gavisii fuerint, vel mala propulsaverint, (quale Anchisae per Aeneam contigisse novimus.)

§. 7. Neque eos ipsos qui nuptias ineunt, et nuptiis iunguntur, eorumque laudes silentio praetereamus. Qui locus nunc initio, nunc sub finem rectius tractatur. Initio quidem, si fama sunt conspicui; sin minus illustres, differenda haec, usque dum reliqua dicta fuerint. Complectetur autem tale encomium; quaecunque in laudationes incidunt, iidemque erunt loci, patria, genus, indoles, educatio. Dicemus, esse eos inter se pares et aequales, constantes ortosque ex eiusmodi parentibus et maioribus. Item, si patriam habent eandem, iamdudum inter eos obtinuissē vicinitatis coniunctionem; sin diversam; ab ipsis Diis in unum conductos hanc inire societatem. Si genus idem, augeri iam necessitudinem, et

ullum quidem idoneum sensum suppeditet, edidi, Sylburgio monente, υπερβαλλοντα και επι. Scriptum επι in codd. rōg. 1. Colb. Cant. επι πασι i. q. reliquis omnibus dictis.

57 ο δ' επαινος. Vocc. επαινος et εγκωμιον quamquam haud raro promiscue adhibentur, accuratior tamen rhetorum technologia ita solet ea distinguere, ut επαινος brevem significet et perfunctorie magis pertrattatam laudationem, εγκωμιον copiosam quae integra oratione tractetur et omnia complectatur, quae in homine aut re, ad quam pertinet oratio, laudabilia possint videri. Cfr. Ernesti in lexico technol. Gr. rhetor. sub v. εγκωμια.

58 ο απο της πατρίδος. Locum περι των πραξεων de rebus gestis, (qui praecipuus fuit in hominibus laudandis, vd. Aphthonium in προοιμν. ubi ορον εγκωμιου exponit, p. 7. 8. coll. Ald. et nostrum infra c. 6. §. 2.) non temere silentio praetemit, cum plerumque iuvenilis aetas coniugium ineat, nondum clara rebus gestis. — αγωγή vertendum putavi: educatio, s. institutio; ita ut respiciat ad studia, quibus formati et excolti fuerint: οταν δ' απο διαφορων επιτηδευματων, etc. qua notatione infra leg. c. 6. §. 3.

59 (και) επι ισοι. Missis aliis, constantia potissimum commemoratur, virtus maxime necessaria coniugibus. — Offendit, quod nihil praecesserit, quo vocc. και οτι referri satis commode possent. Hinc vel delendum και et ante οτι mentē subiat. significari oportet (cuius ellipseos, paullo durioris quidem, non desunt exempla, vd. not. ad c. 4. §. 3.) vel excidisse putanda enunciatio quaedam, v. c. commemorari oportet, utrumque esse bonae indolis.

60 οτι αυξησις. Legeb. vulgo: οτι αυξησις, και οικειοτης συγγενειας αλλη επ' αλλη γεγενε, και δεσμος, ubi non video, quo-

γενείας, καὶ οἰκειότης ἄλλη ἐπ' ἄλλη γέγονε, καὶ δεσμός βεβαιοτέρως, καὶ ισχυρότερος. ὅταν δ' ἀπὸ ⁶¹ διαφόρων ἐπιτηδεύματων, ὁ μὲν ἀπὸ σφατσίας, ⁶² ὁ δ' ἀπὸ παιδείας, (καὶ) ἁρμονία αὕτη ἀρίστη, ⁶³ τὸ εἰς ταύτῃ σοφίαν. τε καὶ ἀνδρείαν τελεῖν, καὶ οἷος εἰκὸς τὰς ἀπὸ τούτων γενέσθαι.

η. Εἰ δὲ δὴ αὐτὸς ⁶⁴ εἴης ὁ γαμῶν ὁ τὸν λόγον διατρίμενος, περὶ αὐτῆς τῆς προσημαστέον χάριεντως, ὥσπερ ἂν ⁶⁵ καὶ σοὶ ποιητέον, ὅτι, εἰ καὶ οἱ ἐρεσάι τὰ αὐτῶν ⁶⁶ παιδικὰ ἐπαινέσι, πολὺ δὴ πρὸς μᾶλλον αὐτῷ ⁶⁷ πρέπει τὸν γάμον ἐπαινέειν ἢ τὰ, ἐκ αὐτῆς παιδικά· καὶ ὅτι τῷ λόγῳ καὶ τῇ παιδείᾳ καὶ ἐκ τῆς χρῆσιν, ὥσπερ ἤδη προσημαζόμενον, ⁶⁸ καὶ προκαταμαντευόμενον περὶ τῶν παιδῶν, ὅτι καὶ αὐτὸς εἰκὸς διαφέροντας περὶ παιδείαν γενέσθαι.

§. Λέ-

modo o verbis: αὐξήσις καὶ οἰκειότης συγγενείας sententia commoda possit extricari. Omnia bene se habent, verbis ea, quam secutus sum, ratione transpositis et add. articulo τῆς ἀντὶ συγγενείας. οἰκειότης et συγγενεία non differre h. l. res ipsa docet. ἐπὶ i. q. post, ut supra §. 6. ex ἐπὶ πασι.

⁶¹ ὅταν δ' ἀπὸ. Praepos. ἀπὸ ita explic ut vel ex iis, quae supra leg. ὁ δ' ἐπαινος ἀπὸ ἐν τοῖς ἐγκωμίοις — ἀπὸ τῆς ἀγωγῆς subintelligatur: laudandi, vel adhibita putetur ad significandam rem, cuius aliquis peritus sit, ut infra c. 6. §. 5. ἀπὸ λόγου. c. 7. §. 6. Vid. Cl. Hermannii nota ad Vigerum de idiot. l. Gr. T. II. (edit recent.) p. 810. — Consulto praeterit noster, quae dicenda videantur, ubi eadem sint utriusque studia. Moneo id, ne quis putet, excidisse aliquod commation ante vbb. ὅταν δ' ἀπὸ διαφόρων.

⁶² ἀπὸ παιδείας. Voc. παιδεία, et, quocumq. mox permutatur, σοφία, cum opponatur virtuti bellicae (ἀνδρείᾳ) referendum puto ad litterarum artiumque liberalium studia, quibus puella fuerit excolta. Eodem sensu mox §. seq. τῷ λόγῳ καὶ τῇ παιδείᾳ.

καὶ ἁρμονία Pro καὶ quod h. l. sensu caret, Sylburgius malebat ὅτι Recte, nisi textu quaedam exciderunt.

⁶³ Quemadmodum Graeci dicunt: εἰς ταῦτον (scil. τοπὸν) κτείνεῖν s. εἰσεῖν, in aliqua re convenire, (vd. Valquenar. ad Eurip. Hippol. p. 192.) ita h. l. εἰς ταῦτον τελεῖν (subint. ὁρμον s. ὁδόν, perficere cursum i. q. venire, accedere) dicuntur σοφία τε καὶ ἀνδρεία, cum eiusmodi virtutibus conspicui nuptiis iungantur.

Praeter eam, quam noster teneri vult, rationem utriusque (et sponsi et sponsae) laudes simul persequendi, aliam commendat Alexander rhetor περὶ ἐπιθалаμιῶν (p. 628. coll. Ald.) quae seorsim utriusque virtutes pertractet: διττὴν δ' ἔχει τὴν μεσοδὸν· καὶ γὰρ γένος γενεὴ συναφείς συγκρίτων· ἵνα μὴ ἰδοῖς τὸν μὲν ἐλαττοῦν, τὸν δὲ αὐξεῖν, ἀλλὰ κατὰ ἀντεξέτασιν προαγεῖν τὸν λόγον, ὅτι ὁμοίον συναπτεται. ἢ οὐ συναφείς μὲν, οὐδ' ἀντεξέτασις, ἰδία δὲ ἐπαινεσις, προτερον μὲν τὰ τοῦ νυμφίου, ἀν' οὗτω

et aliam adfinitatem ad aliam accedere, firmioraque reddi vincula et validiora. Sin a diversis eorum studiis, alterius virtute bellica, alterius artium litterarumque peritia laus petenda, egregium sapientiae et fortitudinis, quae iam sibi invicem iungantur; concentum praedicemus, et, quales eiusmodi parentum liberi sint evasuri, coniciamus.

§. 8. Verum si tibi ipsi, cuius nuptiae celebrantur, oratio habenda, ab eadem re non sine suavitate exordium ducendum (quod te quoque, mi Echecrates, facere oportet) monendo, multo magis aliquem decere nuptias quas ipse celebret, quam (quod amatores agent) ipsius amores praedicare, itemque vel propterea orationis et doctrinae usum fieri debere, quod ita iam futuram liberorum tuorum eruditionis praestantiam praefari et vaticinari videaris.

§. 9.

τυχῇ, δευτερον δε τα της κορης. Ibidem priorem illam rationem, quae utriusque laudes simul persequitur, hoc illustrat exemplo: οτι ουτος μεν (ναυτιας) εν λογοις (sc. θαυμασιος εστιν) κεινη δε (κορη) εν ισυργιαις και Αθηναις και χαριτων εργοις.

§. 8.

64 ει δε δη αυτος. Latinus interpres (pro subiecto accip. ο του λογον διαδεμενος) sensum ita constituit: „si autem tu ipse qui „orationem haberes, uxorem duceres, de hoc ipso eleganter „exordium faciendum.“ Verum, ut taceam, ipsum ordinem verborum ita se habere, ut rectius ο γαμων pro subiecto accipiatur; haud parum firmiter hanc sententiam quae ex hac §. leguntur: και οτι τω λογω. Etenim cum orationis nuptialis consilium non ad oratorem ipsum, sed ad eos quorum nuptiae celebrantur, pertineat, profecto alienum quid faceret orator, si earum, quas forsitan ipse mox celebraturus esset, nuptiarum, et laetae, quam de liberis futuris concepisset, spei, tam copiosam iniiceret mentionem. Indicat potius noster, unde ipsi sponso, si forte oratoris provinciam suscepit, commodum suppetat prooemii argumentum.

65 ωσπερον και σοι. Echecratem alloquitur. Vd. not. §. 1. n. 6.

66 τα παιδινα, ut saepissime (vd. Fischer in ind. Aeschin. sub h. v.) παιδες ερωμενοι.

67 αυτω. Vulgo αυτω. At quod nos, Sylburgium secuti, edidimus (αυτω pro αυτω s. σεαυτω) exigebant seqq. η τα αυτου παιδινα. —

Quod pro vulg. πρεπει in codd. reg. 1. Colb. Cant. leg. πρεποι non omnino spernendum.

68 προοιμιαζομενος h. l. vix alio sensu quam vaticinandi, praenunciandi accipi potest, quo interdum (rarius tamen) lat. praefari leg.

Ζ'. Λέξει δὲ χρησέον ἀφελεῖ μᾶλλον ἐγγὺς Ξενοφῶν-
 εξαίροντες τὸς ⁶⁹ τε καὶ Νικοστράτη βαίνοντα, ὀλιγαρχῆ δ' εξαίρόντα ⁷⁰
 (εξαίροντας, αὐτὸν) τὸν λόγον εἰς σεμνότητα, εἰ περ τὰ ἐννοήματα ἀναγκάζοι.

ΚΕΦ. γ'.

ΜΕΘΟΔΟΣ ΓΕΝΕΣΙΑΚΩΝ.

α. Ἐχόμενος δὲ σοι τέταρτος ὁ ἐπὶ ταῖς γενέσεσι ¹ τῶν παι-
 δων λεγόμενος λόγος· γὰρ γὰρ περ γενέσιν ἀνάγκη ἀκολουθεῖν·
 ὃν καὶ αὐτὸν τελεῖν χρὴ τέτοντον τὸν τρόπον. ἐπεὶ γὰρ ἀρχὴ
 τῆς γενέσεως τῆς ἐκάστης ἡ ἡμέρα, ἐφ' ἧς ἐγένετο, ἀναγ-
 καῖόν περ ὀλίγα ἄττα καὶ περὶ τῆς ἡμέρας εἰπεῖν, οἷον ἐγ-
 κωμιάζοντα τὸ προσόν, εἰ ἄρα ἰδίον τι ἔχει παρὰ τὰς ἄλ-
 λας ἡμέρας ἐπίσημαινόμενον. εἰ μὲν τῇ ² νεμηνίᾳ, ὅτι
 ἀρχὴ τῆς μηνός· ἀρχὴ δὲ κράτιστον, καὶ ἐξ ἀρχῆς τὰ πάν-
 τα. καὶ ὅτι ἡμῖν τῆς παντός, τὸ πᾶν, κατὰ τὸν Πλά-
 τωνα. ³ εἰ δὲ ἐβδόμῃ, ⁴ ἡ ἑκτῇ, ὅτι ἱσραὶ ⁵ τοῖν Θεοῖν,
 καὶ ὅτι κοινωνία πρὸς τὸ κρεῖττον κατὰ τὸ τῆς γενέσεως.
 ἔχουσιν δ' ἂν καὶ περὶ ⁶ τῆς ἐνάτης λέγειν, ὅτι ἱερὰ τῆ
 Ἡλίας, καὶ ὅτι εἰκὸς ⁷ ἐπίσημον τὸν τοιοῦτον γενέσθαι, τάχα
 δὲ

§. 9.

- ⁶⁹ ἐγγὺς Ξενοφῶντος. ἐγγὺς βαίνειν τινας i q. similitudine pro-
 xime ad aliquem accedere, c. 6. §. 6 c. 5. §. 2. ex. et al.
 Xenophonteam dictionem remotam fuisse ab omni sublimitate
 et magnificentia suavitatem tamen, puritatem perspicuitatem
 insignem, scriptores vett. uno fere ore testantur. Vd. Dionys.
 Hal. in lib. κρίσις τῶν αρχαίων p. 426. T. V. Reisk. Cicero
 de orat. l. 2. Hermogenes περὶ ἰδεῶν p. 380. seqq. ed. Sturm.
 De Nicostrati commemoratione dictum in prolegomm. p. xxx.
⁷⁰ εξαίροντα recte in edd. leg. pro eo quod codd. habent εξαί-
 ροντες. Referendus accusat. ad antec. χρησέον ut §. 6. απα-
 κτερον — μνημονεύοντα. ibi χρησέον — υπερβαλλόντα.

Caput III.

§. 1.

- ¹ ἐπὶ ταῖς γενέσεσι. ἐπὶ causam indicat, ut c. 4. §. 1. et al. De
 orationibus, quibus scribendis aut dicendis illius aetatis
 homines laudare solebant et praedicare eos, quorum natalia
 celebrabantur, Alexander quoque rhetor copiosius disputat
 (cfr. coll. Ald. p. 639.). Formula εχοντες de illustr. ex iis,
 quae ad c. 1. §. 8. n. 71. monuimus.
² εἰ μὲν τῇ νεμηνίᾳ. Selebant Graeci primos singulorum men-
 sium dies (qui νεομηνία a novilunio dicebantur) eo prae cete-
 ris insignire, quod epulas sollemnes instituerent, ac preces

§. 9. Elocutio autem adhibenda simplicior, quae ad Xenophontis et Isocratis dictionem propius accedat, rarius autem (si quando sententiarum ratio efflagitat) orationem ad sublimitatem extollat.

CAPUT TERTIUM.

Ratio orationum, natalitiarum recte conformandarum.

§. 1. Orationem nuptialem proxime excipiat ea, quae puerperii causa dicitur (nuptias enim puerperium subsequatur necesse est) quam et ipsam eodem modo perfici oportet. Etenim cum quisque originem debeat diei, quo natus est, de hoc ipso die pauca quaedam dicere nos oportet, veluti laudantes, quae adiuncta sint, et quae forsitan propria habeat, quibus ab aliis diebus differat, indicantes. Quodsi calendis natus fuerit, mensis dicamus esse initium, initium vero caput rerum, unde omnia originem capiant et (Platone teste) vel dimidiam totius rei partem, vel totam. Sin septimo aut sexto hebdomatis die, esse hos dies numinibus sacros, ita ut ex ipsis natalibus hominem inter et numen communio quaedam exoriatur. Licet quoque de nono die dicere, esse Phoebus sacrum, unde par sit hominem illo die natum

tum privatas tum publicas ad Deos mitterent. Vd. Aristoph. vespp. v. 98. Acharn. v. 991.

Cum omni quae h. l. instituitur, disputatione cfr. similia de die, quo quis natus sit, laudando praeccepta Alexandri περι του γενεθλιακου λογου l. 1. μετα τα προοιμια την ημεραν επαινεσεις, καθ' ην ετεχθη ο επαινουμενος, και ει μεν εν ιερομηνια ειη τεχθεις, η εν αλλη τινη πανηγυρει.

3 Plato in Phaedro (p. 202. ed. Basil.) εξ αρχης γαρ αναγκη παν το γιγνομενον γιγνεσθαι. Idem de republ. l. 2. (ed. Basil. p. 389.) ουκουν οισθα, οτι αρχη παντος εργου μεγαλον; vd. infra c. 7. §. 6. et υπομνηματισμους περι των αρχαιων ρητορων, §. 12. p. 448. in. T. V, ed. Reisk. ubi eadem sententia laudatur.

4 Sextus cuiusque mensis dies Veneri sacer putabatur ut septimus Apollini. Vd. Lydi (Grammatici) opusc. de mensibus (ed. Nicol. Sehew, Lips. 1794.) p. 24. seqq. Spanhemius ad Callimachi-hymnum in Delum v. 251.

5 το κραττον de numine divino dicitur, ut ap. Aelianum varr. historr. 31. et al.

6 Pro vulg. ενατης in codd. reg. 1. et Colb. εννατης leg. Utroque modo recte scribitur. — De Ηλιω vd. not. ad c. 1. §. 2.

7 επισημον τον, hanc codd. scripturam, efflagitante omni reli-

δὲ καὶ εὐεργετιῶν κατὰ τὴν τῇ Ἡλ/α φύσιν. εἰ δὲ παντε-
 -καιδεκάτῃ εἴη, ὅτι καὶ αὐτὴ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ ὅτι τέλειος
 ἐν τῷ ὁ κύκλος, ⁸ καὶ εἰκὸς ἀνενδεῇ τὴν τοιαύτην εἶναι
 γενεσιν τῷ ἀνδρὶ. ὁμοίως δ' εἰ καὶ ἄλλη τις ἡμέρα, ἢ τῇ
 ἀρχῇ, ἢ τῷ τέλει ⁹ προσβιβάζοντας, καὶ τὸ προσὺν
 θεωρῶντας, ἔτω πειρᾶσθαι τὸν ἔπαινον ποιῆσθαι.

Β'. Ἐπὶ δὲ τῇ ἡμέρᾳ τὸν ¹⁰ καιρὸν ἐπιθεωρεῖν ἀναγ-
 -καῖον, ὁποῖος τις ἔτος· καὶ τῷ καιρῷ ¹¹ τὸ μὲν κατὰ τὴν
 ὥραν. οἷον ἐν ¹² χειμῶνι, ἢ ἐν ἡρί, ἢ ἐν τοῖς ἐτέροις μέ-
 -ρεσι τῷ ἔτους, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ τῷ ἀγῶνος ἐπαύνοις ἐπι-
 -σημαίνόμεθα ¹³ τὰς ιδιότητας τῶν καιρῶν, τῷ μὲν τὸ ἀν-
 -δρεῖον, τῷ δὲ τὸ Φαιδρὸν ἀπονέμοντας, ¹⁴ καὶ τῷ θεῶν
 σὺ πέπληρῶσθαι τὴν γῆν ἐν τῷ τῶν ἀγαθῶν, καὶ τῷ λοι-
 -πῷ δὲ τὸ ἐν ἀνέσει καὶ ἀναπαύλῃ τῶν ἔργων γενέσθαι. ἐπι-
 -σημαίνεσθαι δὲ καὶ τὰ συμβεβηκότα ἐν τοῖς καιροῖς·
 οἷον εἰ ἐν ἑορτῇ τις γέγονεν, οἷον ἐν Διονυσίοις, ¹⁵ ἢ ἐν μυ-
 -σηρίοις,

qua oratione, in textum revocavi pro eo quod perperam in
 editt legebatur του τοιουτου. Ita iam Sylburgius et Wolfius
 scribi voluerant.

- 8 καὶ εἰκός, natalia hominis die XV. mensis nati tam perfecta
 esse censet, quam perfectus sit illo die lunae orbis, i. e. na-
 tum esse lacteismis auspiciis, quae de illa homine spem
 egregiam excitent.
- 9 προσβιβάζοντας edidi e codd. reg. i. et Colb. pro vulg. προβιβά-
 ζοντας ab h. l. plane alieno. Iubet noster oratorem, si quo
 alio die natus sit is, cuius natalia celebrantur, propius ad-
 ducere (referre) hunc diem vel ad initium, vel ad finem
 mensis, i. e. videre, num ad initium (priorem mensis par-
 tem) an ad finem (poster. partem) referri debeat, ut exin-
 de in eius laudem quaedam proferre liceat. Minus placet
 cod. Cant. lectio προβιβάζοντας cum praepos. προς ob ante-
 cedd. dativos αρχῇ et τέλει h. l. vix possit deesse.

§. 2.

- 10 Quemadmodum noster ab ἡμέρα distinguit καιρὸν, maius
 temporis spatium, quo velut partes continentur singuli dies,
 ita Alexander rhetor περὶ τοῦ γενεθλιακοῦ λόγου (p. 639.) εἰ δὲ
 μὴδεν, ait, εἷχει τοιούτου εἰπεῖν (sc. quod insignem reddat
 diem, quo natus est) ἐπαινεσθῆναι τὴν ἡμέραν ἀπὸ τοῦ καιροῦ· ὅτι
 θεοὺς οὕτως ἐτεχθῆ· ὅτι παρὸς, ἢ χειμῶνος, ἢ μετώκρου, ἢ
 οὕτω τυχοῖ· καὶ εἰς τὸν καιρὸν τα εἰσέρχεται. — ἐπιθεωρεῖν h. l.
 non differt a simpl. θεωρεῖν, quod in cod. Cant. legitur. Si-
 mil. c. 4. §. 2. ἐπισκοπεῖν pro simpl. σκοπεῖν, ut Xenoph.
 Symp c. 1. §. 12.

- 11 τὸ μὲν, patet, referri haec ad ea quae infra dicuntur: ἐπι-
 σημαίνεσθαι δὲ καὶ τὰ συμβεβηκότα, ubi proprie dici debuit:
 τὸ δὲ κατὰ τὰ συμβεβ.

- 12 οἷον εἰ ἐν, voculam si quae vulgo deest, non facile abesse

tum evadere illustrem, forsitan et (quae Phoebi est natura) beneficum. Sin decimus quintus fuerit, esse Minervae sacrum, et consummari hoc die lunae orbem, nec posse non eiusmodi natalia omnibus numeris esse absoluta. Similiter, quicumque alius fuerit dies, vel ad initium vel ad finem mensis referendo, et, quae adiuncta sint, observando laudare eum conabimur.

§. 2. His de die dictis, spectandum quale omnino sit tempus. Ubi primum anni tempestatis ratio habenda, utrum hyeme, an vere an alia tempestate natus fuerit, uti in certaminum publicorum laudationibus ea quae propria sunt singulis hisce temporibus, significare solemus, hyemi virile aliquid tribuentes, veri speciem venustam, aestati terrae fructuum abundantiam, reliquae parti (auctumno) quietem et laborum vacationem. Tum vero indicanda simul, quae subinde temporibus quibusdam accidunt, v. c. si quis die festo (ut Bachanilibus) natus sit, aut Eleusiniorum conventusve publici

posse putavi, cum haec manifesto referantur ad antec. ἐκθωρεν, ut infra ἐπισημαινομεθα δὲ καὶ — οἶον εἰ ἐν σοφῇ.

13 Vulgo: ἐπισημαινομεθα. Quae si vera esset laetitia, sensus evaderet hic: quemadmodum in iis, quae de laudationibus certaminum (πανηγυρεων) supra disputata sunt, ea indicavimus, quae anni temporibus diversis propria sint (c. l. §. 4.). Verum, (ut taceam non nisi contortius vbb. ἐν ταῖς τοῦ αἰῶνος ἐκτανοῖς accipi posse pro iis, quae praecepta sunt de πανηγυρεων laudationibus) debuit profecto scriptor noster, cum in eo esset, ut ostenderet, in orationibus natalitiis mentionem esse anni tempestatis iniiciendam, eo potius provocare, quod idem in aliis orationum generibus fieri soleat. Hinc ἐπισημαινομεθα edidi.

14 Revocavi lectionem codd. ἀπονεμοντες (qui nominativus ad vb. ἐπισημαινομε. refer.) cum in editt. exstaret ἀπονεμοντας (iungendum verbis ἐπισημειν ἀναγκαῖον: spectare oportet ratione τῶν καιρῶν anni tempestates — ita ut hyemi virile aliquid, veri speciem venustam tribuamus). Longe facilius enim, codd. lectione probata, evadit oratio.

15 οἶον ἐν Διονυσίοις. Non est, quod ante ἐν e cod. Cant. addatur ei, cum modo praecesserit οἶον εἰ ἐν σοφῇ. — De Dionysiis in Bachi honorem celebratis eorumque generibus diversis plura invenire licet in Cl. Hoepfneri prolegomenis ad Aristoph. ranas (edd. Halis Sax. 1797. 8.)

ἢ ἐν μυσηρίοις. Bene monuit Hudson ad h. l. intelligi potissimum Cereris mysteria, s. Eleusinia, quae, cum praecipua esset eorum solleinnitas, κατ' ἐξοχὴν solebant μυσηρία appellari. Vd. praeter alios Meursius in sing. lib. de Eleusiniis.

3. C. *σηρίοις, ἢ ἐν πανηγύρεσιν τισιν. ἅπαντα γὰρ ταῦτα ἀφορ-
μας*¹⁶ *παρέξει σοι εἰς τὸν ἔπαινον.*

3. C. γ'. *Ἀπὸ δὲ τάδε ἰτέον καὶ ἐπὶ τὰς τόπας, ἐν οἷς τις
γέγονε. πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆ περιέχοντος τὸ ἔθνος. Ἀσίαν,
(ἢ) Ἑυρώπην.¹⁷ καὶ (τάδε) αὖ πάλιν Ἑλληνικὸν ἢ¹⁸
βάρβαρον. ἢ σοφίαν, ἢ ἀνδρείαν¹⁹ τὰ ἔθνεσ, ἢ τι τοιῶ-
τον ἐπισημαινόμενον.²⁰ εἶτα ἐπὶ τὸ περιεχόμενον.²¹ τίς
ἡ πόλις, (ὅτι) ἡ μητρόπολις αὐτῆ, (ἢ ὅτι) ἐχομένη ἡ
πόλις μητροπόλεως τῇ τιμῇ, ὅτι μεγάλη, πολυάνθρωπος, εὐ-
φορος²² πρὸς ἀνδρῶν ἀρετὴν, ἢ ἂν τι ἕτερον ἀνδραγάθη-
μα τῆς πόλεως. ἔπειτα τὰ μὲν περιεχόμενα ἐν τῇ πόλει·
πόλεως τινὸς οἰκίας, ὅτι ἡ Φαύλης, ὅτι ἐκ ἀδόξε γένεσ, ἀλλ'
ἐνδόξε,²³ ποίων τινῶν προγόνων καὶ πατέρων,²⁴ καὶ ἔπαι-
νον ἐν βραχεῖ τῶν ἀπὸ τῶν προσόντων.*

δ. Ms-

16 Pro παρέξει (ut in codd. exstat) perperam Aldus et Steph-
anus παρέξει ediderant.

§. 3.

17 Ἀσίαν, ἢ Ἑυρώπην. Voc. ἢ quae vulgo deest, sensu id re-
quirente, addendam putavi. Ita mox Ἑλληνικὸν ἢ βαρβ. —
καὶ τούτου αὖ ταλιν. Genitivus τούτου absolute positus cum
h. l. parum commodus videatur, malim ἐν τούτῳ (i. e. ubi
indicaveris, populum, unde sit oriundus is, cuius natalia
celebrantur, vel ad Asiam vel ad Europam pertinere) quo
sensu supra c. 2. §. 6. ἐν τούτῳ δ' ἀναγκη, et §. 3. ἐν ᾧ, ὅτι
τοῦ μὲν Δηριώδους. De sententia, quae omni loco inest, vd.
n. 20.

18 Bona codd. lectio βαρβαρον in editt. male abierat in βαρ-
βαρικον.

19 Formam ἀνδρείαν nostro usitatam et codd. auctoritate firma-
tam h. l. pariter quam c. 6. §. 4. revocavi pro eo, quod in
edd. leg. ἀνδρίαν.

20 ἐπισημαινόμενον. Latīnus int. qui haec ultima vbb. ita red-
dit: (εἰ) aliquid eiusmodi praeclarum in se habuerit, vel ἐπισημον
legit, vel ἐπισημαινόμενον contra loquendi usum pro ἐπισημον
accipi voluit. Utroque modo haud parum erravit. Omnis
enim structura loci ostendit, accusativos, qui praecedant,
Ἀσίαν ἢ Ἑυρώπην etc. pendere a partic. ἐπισημαινόμενον, quod
ipsum regitur a voc. ἰτέον (transire oratorem oportet ad lo-
cum, ubi quis natus est, ita ut indicet etc.). Similem errorem
commisit in vertendis vbb. πρῶτον μὲν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος, etc.
quae latine redd. primum quidem ab eo, quod nationem continet,
ad Asiam, ad Europam, quasi scriptum esset: εἰς Ἀσίαν, Ἑυ-
ρώπην (ἰτέον). Verum Ἀσία, Ἑυρώπη, Ἑλληνικόν, βαρβαρον
(εἰς τοῦ), σοφία, ἀνδρεία, ipsa sunt exempla quae illustrent,
quid sibi velit τὸ περιέχον. Quemadmodum quaevis natio vel
Asiae, vel Europae incolarum, itemque vel Hellenicae vel
Barbarae gentis partem constituit, vd. infra c. 11. §. 4. 5.
(et illo numero continetur) ita σοφία, ἀνδρεία similibusve
virtutibus, velut genere comprehendi dici potuit natio, quae

blici tempore. Quae quippe omnia laudandi materiem suppeditabunt.

§. 3. Hinc ad locum transire oportet, ubi quis natus est. Ac primum quidem, argumento laudis petito ab iis, quae populum continent, num ad Asiam an ad Europam, num ad Hellenicum an ad Barbarum genus pertineat; itemque, num sapientia sit, an fortitudine, aliave virtute insignis populus, indicandum. Tum ad ea veniamus, quae populo continentur. Ubi de urbe dicendum, unde oriundus est (qui laudatur), vel metropolin esse, vel metropoli dignitate proximam, amplam, hominibus frequentem, almam virtutis matrem, additis, quaecunque praeterea possint strenue facta urbis commemorari. Indicabimus porro quae ipsa urbe continentur, e quaenam familia ortus sit, non humilem esse familiam, neque ignobile genus, sed illustre dicentes, et quales habeat maiores ac parentes, addita brevi horum laudatione ab iis, quae insint, petita.

§. 4.

eiusmodi virtutibus gaudet, ideoque omnis hominum sapientum, fortium, aliisque virtutibus insignium generis speciem constituit. Ceterum in form. *απο του περιεχ.* praep. *απο* plane ut supra c. 1. §. 2. (*απο των προσοντων*) multisque all. II. signif. id, unde argumentum dicendi petere licet,

21. Locus vulgo ita legebatur: *τις ἡ πόλις, καὶ ἡ μητρόπολις αὐτῶν ἔχουμένη ἢ πόλις μητροπόλεως τῇ τιμῇ τῇ μεγάλῃ* etc. quae *μεγάλη* (2) lat. int. ita redd. ut, quatenam sit civitas et ipsorum metropolis sc. indicandum: aut si sit principi civitati in honore proxima. Sensus, qui inde enascitur, quam parum sit commodus, oculos ineurrit. Etenim non patet, cur scriptor noster non modo patriam urbem, *καλὴν*, sed etiam metropolin hominis, cuius natalia celebrantur, commemorari iubeat. Accedit quod non recte quidem dici potuit *μητροπολις* hominis pro *μητροπολεως* terrae aut gentis, e qua ille oriundus. Neque minus incommoda sunt verba *τιμῇ μεγάλῃ*, et interpositum *τῇ* (quod tamen a cod. reg. 1. abest, neque a lat. interpr. expressum). Quas difficultates, ea, quam proposui, loci emendatione probata, evanescere vides. Ceterum pro *τῇ μεγάλῃ* latinus quoque interpres (verba sic reddens: *aut si sit principi civitati in honore proxima, si ampla et florens*,) vel *οτι μεγάλη*, vel simpl. *μεγάλη* legit. (commate posito post *τιμῇ*).
22. *εὐφορος*. Fertilis dicitur urbs ad producendos viros egregios, quae ita comparata est, ut facile aliquis in ea natus ac diutius commorans talis evadat.
23. *ἀδοξου γενους, ἀλλ' ἐνδοξου*. Sic emendanda putavi quae vulgo perperam ita legebantur: *οτι ουκ ἀδοξου, γενους ἐνδοξου*. praecunte lat. interpr. quod non ex humili et ignobili, sed ex praeclaro genere.
24. Ad accusativum *πατριον* et antec. *περιεχομενα* pariter quam

δ'. Μετὰ ταῦτα δὲ καὶ ἐπ' αὐτὸν ἦδη τὸν ἔπαινον
 ἰέναι τῇ ἐγκωμιαζομένῃ, καὶ ἡ γενέθλιος· πόλις τινὸς
 φύσεως κατὰ σῶμα, ²⁵ καὶ ψυχὴν. ²⁶ εἰ μέγας, ἐστὶ,
 κατὰ τὸν Αἴαντα· ²⁷ εἰ καλὸς καὶ ἀνδρείος, κατὰ τὸν Ἀχιλ-
 λέα· καὶ ἡ μικρὸς, ὅτι μείζων τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν, ²⁸
 κατὰ τὸν Τυδεά, κατὰ τὸν Κόνωνα, καὶ εἰ εὐβαλὸς ἡ δι-
 καιος, ἡ σφύρων εἴη, τὰ ἀρμόζοντα πρόσωπα, τὸν Θερμο-
 κλέα, τὸν Ἀριστείδην, τὸν Φωκίωνα· ²⁹ ὅτι χρηστὸς, ὅτι
 θυμοειδὴς μετὰ τῇ πράξει, (καὶ) ³⁰ ὅτι οὐκ ἐν θυμῷ ᾄδῃται

μεγολοπρεπής

ε'. Οἷος τις τὰ περὶ τὸν βίον, εἰ Φιλόκλος, εἰ Φιλο-
 περκής· οἷος πρὸς τὰς ἰδιώτας, πρὸς τὴν πόλιν, κατὰ τὰς
³¹ Φιλοτιμίας τὰς πρὸς τὴν πόλιν. καὶ εἰ ἐπιστήμης τινὸς
³² ἐπιβολὸς εἴη, οἷον ἱατρικῆς, ἡ ῥητορικῆς, ἡ Φιλοσοφίας.
 Θετικῶς ἐπάγοντα ³³ τὸν ἐν τέτοις ἔπαινον, εἰς ὅσα τῶν
 ἔκαστον χρήσιμον. ἔτω γὰρ αὖ ἀμφιλαφής ³⁴ ὁ λόγος γέ-
 νοιτο·

ad illa: οτι μητροπολις, repetendum ex initio huius §. vb.
 επισημαινόμενον.

§. 4.

²⁵ καὶ ψυχὴν. Legeb. vulgo κατὰ ἰσχύον excepto cod. Cant. qui
 καὶ pro κατὰ exh. Verum partim otiosa roboris (ἰσχυρός)
 commemoratio, cuius notio antecedenti voc. σωματες com-
 prehenditur, imprimis cum rhetor noster (ut e seqq. patet)
 minime robur potissimum laudari voluerit, partim desidera-
 tur h. l. (ubi scriptor e more suo genera quae laudandi ma-
 teriam suppeditare possint, universe erat indicaturus, antea-
 quam ad singulas species descenderet) altera pars φύσεως,
 quae ad animam pertinet. His de causis a scriptoris manu
 καὶ ψυχὴν profectum putavi, quod scrib. errore facile posset
 in κατὰ ἰσχύον abire.

²⁶ εἰ μέγας ἐστὶ, κατὰ τὸν Αἴαντα sc. εἶναι breviter pro: εἰ μεγ.
 ἐστὶ, λέξεις, s. επαινεσεις, οτι κατὰ τὸν Αἴαντα εἶναι. κατὰ simili-
 tudini indicandae inservit, ut Plat. Apolog. §. 1. et all. II.
 Vd. Vigerus de idiotismis I. Gr. edit. Herim. T. II. p. 637.
 Ceterum Aiakis Telamonii, Achillis, Nestoris nomina satis
 nota ex Homericorum carmm. lectione. Vd. inpr. II. β', 674.
 769. de Nestore praesertim II. β', plur. II.

²⁷ Verba: κατὰ τὸν Ἀχιλλέα, vulgo proxime excipiunt haec:
 καὶ εἰ εὐβουλός — εὐθυμηθῆναι. ita ut vbb. καὶ ἡ μικρός — κα-
 τὰ τὸν Κόνωνα sectionem finiant. At vix est, quod doceamus,
 quam parum commode hac vulg. enunciationum dispositio-
 ne, quae ad corporis habitum proxime pertinent, (ipsa ar-
 gumentum ratione arctissime inter se coniuncta) separantur,
 interpositis iis, quae in animi virtutibus laudandis versan-
 tur. Hinc non dubitavi, quin verba: καὶ ἡ μικρός, post illa:
 κατὰ τὸν Ἀχιλλέα, insererem. Simile exemplum periodorum
 ordinis a librariis male perturbati notabimus infra ad c. 7.

Ad vbb. οτι μείζων, pariter quam ad omnia quae sequun-
 tur usque ad vbb. εἰς ὅσα τούτων ἕκαστον χρησίμον (§. seq.)

§. 4. Postea ad ipsam hominis laudandi, cuius natalia celebrantur, laudem nos transire oportet, qualis sit eius et corporis et animi natura atque indoles significantes. Quodsi magnus est (corpore) Aiaci, si pulcher et fortis, Achilli comparabimus. Sin parvus est, maiorem esse animi virtute, Tydei instar et Cononis. Porro si quid consilio, iustitia, sapientia praestat, exempla hominum, quae congruunt, Nestoris, Themistoclis, Aristidis, Phocionis proferenda. Dicendum, esse eum animo mansueto, lenitate vehementiam temperare, et ad perpendendum aliquid esse celerem.

§. 5. Explicabis porro, qualis sit eius vitae agenda ratio, si v. c. elegans sit, aut magnificus; qualem se gerat et erga singulos, et erga omnem civitatem, ubi inprimis honesta eius liberalitas spectanda. Item, si quam teneat artem, velut medicam, oratoriam, aut Philosophiam, inducenda, quae ex his rebus proficiuntur, laudatio, adhibitis quaestionibus universis, quae nam sit cuiusvis illarum artium utilitas. Ita enim fiet, ut

mente subintell. ἐπισημαινέσθαι χρη aut tale. quid; quae ellipsis h. l. propterea minus dura, quod supra modo dixerat: ἐπ' αὐτὸν τὸν ἐπαινον ἵεναι.

28 Ἰυδαία. Hom. Il. 6, 801. Ἰυδαίος τοι μικρὸς μὲν τὴν δέμας, ἀλλὰ μαχητής. Conon, Themistocles, Phocion, Aristides, Athenienses, notae Cornel. Nep. vitis.

29 οτι χρησος, legebatur vulgo: εἰ χρησος, hoc sensu: si facilis (mansuetus) sit, dicendum, temperare eum lenitate animositatem. Male. Nam qui mansueti dicuntur ac mites, iis parum convenit το θυμοειδές. θυμοειδής i. q. facile irascitur, vehementer, animosus, quo sensu de equis Xenoph. memorabb. IV, 1, 3.

30 καὶ οτι οἶνος, eadem form. utitur Alexander rhetor περι λογου βασιλικου (p. 616.) ubi regem laudari iubet, quod sit οἶνος ἰδεῖν, ἐνθουσιάζηται. Voc. καὶ ante οτι abest a cod. Cant. et facile potest abesse.

§. 5.

31 De voc. φιλοτιμία vd. not. ad c. 1. §. 7.

32 Dicitur et ἐπιβολός et ἐπηβολός τινος, qui alicuius rei compos factus est, s. qui eam sibi comparavit (scopum quasi attigit) ut ἐπηβολός μεγάλων καὶ καλῶν de viro bono ac honesto Aristot. Ethh. ad Nicom. I. 1. c. 10.

33 ἐπαινοῦ θετικῶς ἐκταγεῖν, i. q. laudem ita instituere, ut in quaestionibus universis (de utilitate illarum scientiarum artiumque) verseris. Vd de voc. θεσις not. ad c. 2. §. 1. ex. Simil. Alexander rhetor περι ἐπιθαλαμ. (p. 627. Ald.) λόγος ὡς περ θετικὸς καθόλου τὴν ἐξέτασιν περιέχων οτι καλὸν ὁ γάμος.

34 Revocavi codd. lect. ἀμφιλαφής, quam ipse loquendi usus

Ἰσοῖα

νοῖτο· ποῖος ἤδη γέγονε, ποῖος ἐστὶν ἐν τῷ παρόντι, καὶ ποῖον ³⁵ εἰκὼν ἔσσεσθαι εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον. ἐν τῷ δὲ γυνόμενοι ἐκ ἀπο τρόπῃ ἃν ποιοῦμεν καὶ εὐχομένοι τοῖς τε ἄλλοις καὶ τοῖς γενεθλίοις (περὶ τῷ μέλλοντος βίῃ, καὶ τῷ αὐτῶν τῷ παρελθούτος γενέσθαι τῶτον, καὶ πολλὰς περιόδους χρόνων τελέσαντα, ³⁶ εἰς λιπαρὴν καὶ εὐδαιμον γῆρας παρελθεῖν.

ΚΕΦ. δ'.

μ.π. - ἀκρίτ

Μέθοδος Ἐπιθαλαμίων.

παρελθόν

α. Πρὸ δὲ τῷ περὶ τῆς γενέσεως λόγῳ· μικρὴ γὰρ με παρελθόν ὑπὸ τῷ θορύβῳ καὶ τῆς ταραχῆς τῆς ¹ περὶ τὴν ἔξοδον· ὁ ἐπὶ τῷ θαλάμῳ λεγόμενος λόγος· ² ἐχόμενος δὲ τοι μάλιστα καὶ ἀκόλουθος εἴη ³ τοῖς γαμικοῖς τῶν λόγων, ⁴ σχεδὸν εἰς καὶ ὁ αὐτὸς ὢν τῷ γαμικῷ, πλὴν τῷ χρόνῳ διαφέρειν, ἐπὶ ⁵ τετελεσμένοις ⁶ τοῖς γάμοις λεγόμενος ἔτος καὶ

tur, pro eo, quod vulgo in edd. leg. ἀμφιλαβής. Est autem λόγος ἀμφιλαβής oratio quae multa continet, s. completur, copiosa, multiplex. Ita apud Dionys. archaol. l. 2. c. 15. ἀμφιλαβής υἱαί. Longin: περὶ ὑψους 12, 4. ἐμπρησμός ἀμφιλαβής incendium late fusum. Copiosa evadit oratio, dum, praedicanda utilitate illius artium litterarumve generis, cui ille operam suam impendit, non modo, quid hucusque praestiterit, et qualis evaserit, declarat, sed etiam, quid olim a viro tam docto et erudito expectari debeat, ostendit. ³⁵ ποιοῦν τε codd. restituit Hudsonus pro eo, quod in ed. Ald. et Steph. perperam legebatur ποῖος.

³⁶ λιπαρός haud raro universam involvit felicitatis externae et praestantiae notionem, quo sensu de Athenis dicitur Eurip. Phoen. v. 452. Aristoph. nub. v. 299. (ubi vid. interpret.) Nolim tamen adversari, si quis h. l. cum universa felicitatis notio seq. εὐδαιμον exprimitur, propriam malit notionem tenere, ita ut externum habitum innuat, qui prodat, inesse senili quoque aetati vim quandam et vigorem. Novimus enim proprie dici λιπαρούς, qui nitent (unguentis aut pinguedine). Simil. accipi potest infra c. 6. §. 5.

Caput IV.

§. 1.

I περὶ τὴν ἔξοδον. Latinus interpres qui ita vertit: ob tumultum et tumultuationem discessus, referre videtur vocab. ἔξοδος ad iter, quod scriptor tum paraverit. Malim tamen vocabulo eam, quae apud Graecos usitatissima est, significationem expeditionis bellicae tribuere, (Aeliani varr. histor. 13, 12. Thucyd. 2, 10. al.) cui optime conveniunt ταραχή

ut multa simul complectatur oratio, et, qualis ille fuerit, et, qualis nunc sit, qualemque olim futurum esse conicere liceat, significans. Quo in loco quando ver-
samur, non alienum foret, cum ad reliquos Deos, tum ad eos, qui natalibus praesunt, pro futura illius vita preces fundere, ut praeterita sit felicior, et, confectis multis temporum spatiis, ad laetam et beatam senectutem decurrat.

CAPUT QUARTUM.

Ratio orationum Epithalamiarum recte con- formm.

§. 1. Verum orationem natalitiam (id enim fere me praeterierat bellico tumultu ac strepitu perturbatum) praecedat ordine oratio, quae ad thalamum pertinet. Debet enim utique proximè coniuncta videri et adfinis orationum nuptialium generi, quum fere eadem sit, quae nuptialis, neque nisi tempore differat, nuptiis con-

et θόρυβος: (is, quem magna hominum frequentia excitat, strepitus.)

2 Codd. lectionem: *εχομενον δε τι μαλιςα και ακολουσον* (est enim oratio *επιθαλ.* aliquid proxime coniunctum et adfinis illi orati. generi) ei, quam edd. vulgo exhibent *εχομενος δε τοι μαλιςα και ακολουσος* propterea praeferre nolui, quod sermone simplicitati, quae in nostro libro regnat, minus convenire videretur.

3 Vulgo *τοις αμικτοις των λογων*, absque sensu, cum res ipsa nostram emendat. *γαμικοις* efflagitet.

4 Perperam vulgo comma post *σχεδον* ponitur, quasi hoc vocab. antecedentibus ullo modo iungi possit.

5 Ordo enunciationum vulgo perperam sic institutus: *επι τετελεσμενοις τοις γαμοις λεγομενος ουτος ου μην τοις ἄλλοις ἀγῶνι του προειρημενου, και ωσπερ αντι Τμεναιων επαδομενος τοις γαμοις εἰς. εἰ μὲν ἔν.*

Patet, verba: *επι τετελεσμενοις τοις γαμοις λεγομενος ουτος, et: ωσπερ αντι Τμεναιων επαδομενος τοις γαμοις* (quae rationem continent qua differant *λογοι επιθαλαμιοι α γαμηλιοις*.) argumento tam arcte inter se esse coniuncta, ut non liceret utramque enunciationem ab altera separare interponendis vbb. *ου μην — προειρημενου*. Hinc satius duxi, verba *και ωσπερ — γαμοις* statim post illa: *λεγομενος ουτος* inserere, et verba: *τοις γαμοις* quae ex antecedd. *επι τετελεσμενοις*, male repetita videntur, uncinis includere.

Voc *εἰς* cur ab hac periodo separandum putaverim, mox docebitur.

6 De *Τμεναιοις* vd. not. ad c. 2. §. 1. n. 3.

καὶ ὥσπερ ἀντὶ Ὑμεναίων ἐπαδόμενος (τοῖς γάμοις)· ἔμην
τοῖς γ' ἄλλοις ἢ ἀπ' αὐτῶν τῷ προσιρημένῳ.⁸ ἔστι μὲν ἔν
καὶ παρὰ Σαπφοῦ⁹ τῆς ιδέας ταύτης παραδείγματα,¹⁰ ἐν
ταῖς ἐπιθαλάμιοις ἔτις ἐπιγεγραμμέναις ταῖς ὥδαϊς· ἀλλ'
ἐπειδὴ ἔχῃ ἡ αὐτὴ μεταχειρήσις¹¹ ποιησεῖς τα καὶ πεζῶ
λόγῳ, ἀλλ' ὥσπερ τοῖς μέτροις, ἔτῳσι δὲ καὶ τοῖς ἐννοήμασι
διενήνοχε ταῦτα, τῆτον ἂν¹² μοι δοκεῖς τὸν τρόπον καὶ
τῆτον τὸν λόγον προσφόρως μεταχειρίσασθαι, εἰ ἐν μὲν τῷ
προοιμῷ εὐθύς αὐτὸ τῆτο ἐπισημαίνω, ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι τὸν
Ὑμεναῖον ἔδωκαν, ἡμεῖς δ' αὐτὶ τῷ Ὑμεναίῳ τὸν λόγον, ἔχῃ
ἐκ' αὐλοῖς, ἢ πηκτίτιν,¹³ ἢ καὶ Δία καλλιφώνῃα τινὶ τοι-
αύτῃ, ἀλλ' ἐπαίνοις καὶ ὕμνοις¹⁴ τῶν γεγαμηκότων.

β. Εἴτ' ἐπὶ τέτοις ἐπάγειν, ὅτι ἀναγκαῖος ὁ γάμος
ἀνθρώποις γ' ἔστι· σωτηρία γὰρ τῷ γένει.¹⁵ καὶ ὅσα ἀγα-
θὰ ἐκ τῶ γάμου. εἶτα μεταβ' ὅτ' ἐπὶ τὰ πρότωπα τῶν¹⁶
συνιόντων εἰς τὸν γάμον, ὅποιοι τινες ἔσονται ἐν ᾧ περὶ γένε-
σιν αὐτῶν καὶ τροφῆς,¹⁷ καὶ περὶ κάλλος σωμάτων καὶ
ἡλικίας· ὅσα ἐκ τύχης αὐτοῖς πρόσσεστιν· καὶ περὶ ἐπι-
τηδεύ-

2 ἀπαθεῖν propr. sono discrepare, tum omnino: alienum
esse, aliqua re discrepare. Ael. varr. hist. 12, 1. 3, 8. Ita
συναθεῖν, consentire o. 8. §. 13.

Discrimen temporis, quod noster λογους γαμηλίου inter s.
γαμικούς et ἐπιθαλάμους intercedere dicit, alii rhetorés igno-
rare videntur. Alexander περὶ ἐπιθαλάμ. ed. Ald. p. 626. ο
ἐπιθαλάμιος λεγεται ὑπο τινος (forte τινῶν, καὶ γαμηλίου).

8 εἰ μὲν οὖν. In codd. legob. ἦν μὲν οὖν. Male. Etenim non
tam hoc sibi vult, scripsisse olim Sapphum carmina, quae
in simili argumento versarentur, quam, exstare etiamnum
(legenda) eiusmodi carmina in Sapphus operibus, quo sen-
su c. 6. §. 1. παραδείγματα αὐτῶν εἰς τοῦ καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις,
et ib. infra: πολὺ τὰ καταλογαδὴν εἰς. Pessima vero lectio editt.
εἰ μὲν οὖν, cum εἰ nil plane habeat, quo referatur. Recepi
igitur Sylburgii emendat. εἰ μὲν οὖν, separato verbo sub-
stant. ab anteced. periodo, cui vulgo εἰν male 'annectebatur.
Lat. interpres: sunt igitur etiam apud Sappho huius formae
exempla.

9 τῆς ιδέας ταύτης. Vd. not. ad c. 1. §. 2.

10 Recepi verissimam Sylburgii emendat. pro vulg. ἐπιθαλά-
μιος οὕτως ἐπιγεγραμμέναις. Pro ἐπιγεγραμμέναις quod vulgo
editum legitur, codd. non male ἐπιγραφομέναις exh. eodem
sensu. ὡδαὶ ἐπιθαλάμιοι οὕτως ἐπιγεγραμ. dic. carmina epitha-
lamia, quae ita solent inscribi, aut inscripta sunt, ut infra
c. 6. §. 1. οἱ ἐπικηδεῖοι οὕτως ὀνομαζόμενοι. Locum ex hisce
Sapphus carminibus depromptum laudat Dionysius de com-
pos. vbb. c. 25. p. 201. T. V. ed. Reisk.

11 μεταχειρήσις λόγου et nostro et aliis rhetoribus omnis dici-
tur orationis tractatio et conformatio. Quamquam verbum,

consummatis, veluti Hymenaeorum loco recitari solitis, in reliquis vero non discrepet ab illa antea commemorata et veluti Hymenaeorum loco post nuptias cantetur. Exstant quidem vel apud Sapphonem huius generis exempla in iis, quae epithalamia vocantur, carminibus. At quum non eadem sit carminis, quae orationis pedestris, conformatio, sed utriusque genus, uti metris, ita sententiis ab altero differat; huius quoque orationis conformandae eam velim satis commodam rationem adhiberi, ut in prooemio statim id ipsum significes, alios quidem Hymenaeum, nos vero Hymenaei loco orationem recitare; non praeeuntibus tibiis, citarisve, aut alia eiusmodi sonorum suavitatē, sed hymnis laudibusque eorum, qui coniugium inierunt.

§. 2. His dictis monendum nuptias esse hominibus necessarias, quippe quae omne genus ab interitu servent; itemque, quanta earum sint commoda. Trans eas inde ad homines nuptiis iunctos, significaturus, quales illi sint, laudanda stirpe, educatione, corporum pulcritudine, aetate; quanta iis contigerint fortunae bona; qualia fuerint studia (ubi cura praedicanda, qua

in

unde ducitur, ubique μεταχειρίζειν et μεταχειρίζεσθαι scribitur, ideoque usitatior est forma μεταχειρίσις, tamen nec altera μεταχειρήσις omnino improbanda. Recurrit enim infra c. 8. §. 1. (ubi duo tantum codd. μεταχειρίσεως) c. 10. §. 19. saepiusque apud Hermogenem περί γαστρων

12 Pro vulg. δοκεῖ edendum putavi δοκεῖς ob seq. ἐπισημαινοῖτο.

13 Quemadmodum cantores sonos modosque instrumentorum musicorum praeeuntes sequuntur (hoc enim expr. praepos. ὑπο, vd. Baclius ad Xenoph. Sympos. c. 6 §. 3.) ita laudatio eorum, qui coniugium inierunt, (primarium sermonis argumentum) ducit quasi oratorem, omnemque orationem moderatur.

14 Vocab. ὑμνός h. l. latiori sensu ad mortalium encomia transferri videmus, cum proprie de encomiis Deorum adhiberetur. Vd. Menander περί των ἐπιδεικτ. c. 1. (ed. Heeren.) Simil. vocab. ὑμνεῖν in Periclis epitaphio, Thucyd. l. 2. c. 42. α γὰρ τὴν πόλιν ὑμνήσα.

§. 2:

15 εκ τού γάμου edidi ē cod. reg. i. pro vulg. εἰς γάμον, quod h. l. sensu caret, et haud dubie ē seq. lin. (των συνιόντων εἰς τὸν γάμον) huc irrepsit.

16 των συνιόντων cum Wolfo edidi. Perperam vulgo συνοντων. συνιόντες εἰς τ. γάμον i. q. qui congregiuntur ad nuptias, s. qui coniugium ineunt.

17 Προ καὶ τροφῆς forsā rectius scribatur ἀνατροφῆς vocab. nostro alibi hac in rē maxime usitatum.

D

τηδευμάτων· ὅτι σπεδὸν ἔσχον περὶ τὸν γάμον ¹⁸ καὶ τὴν
 σύζευξιν αὐτῶν· ὅπως διακρίνεται ἐπὶ τῷ γάμῳ οἱ οἰκεῖοι,
 οἱ ἀλλότριοι, ἢ πόλις αὐτῇ δημοσίᾳ· ὅτι πᾶσι διὰ ¹⁹ σπε-
 δῶ· ὁ γάμος ἐστὶ· ²⁰ καὶ ὁ γάμος ἔοικε πανηγύρει τινὶ
 καὶ νεομηνίᾳ, καὶ δημοτελεῖ ἐορτῇ τῆς πόλεως. ὥστερ δ'
 ἐν τοῖς γαμικοῖς ²¹ ἤξιῤμεν πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐπισκοπεῖν, εἰ
 ἐκ τῆς αὐτῆς ²² πατρίδος, εἰ ἐκ τῆς αὐτῆς γένους, εἴπω
 δὲ μὴδ' ἐν τούτῳ ²³ παρὰ Φαῦλον ποιεῖσθαι τὸ μέρος τῆ
 λόγε τέτο.

γ'. Ἐπὶ δὲ τοῖς ἐπαίνοις καὶ τοῖς ἐγκωμίοις καὶ προ-
 τροπῇ τις ἔσω τοῖς γάμοις πρὸς τὸ σπεδάζειν περὶ ἀλλή-
 λους καὶ ὁμονοεῖν ὅτι μάλιστα· καὶ ὅσα ἀγαθὰ ἐκ τῆς τοιαύ-
 τῆς ὁμονοίας καὶ Φιλίας ἀνάγκη συμβαίνειν, ἀπὸ τῆς καθό-
 λου ἐπὶ τὸ ἴδιον ἄγοντα ²⁴ τὸν λόγον· ὅτι ὁμόνοια πᾶσι μὲν
 ἀνθρώποις ἡγαῖται τῶν ἀγαθῶν, μάλιστα δὲ τοῖς γυγαμικοῖς.
 καὶ εἰς τῆτο καὶ τὸ τῆς Ὀμήρου παραληπτέον ²⁵ ἐνδόξῳ ρή-
 σι χρώμενον, ὅτι ἐδὲν μεῖζον ἀγαθόν.

Ἡ δὲ ὁμοφρονέοντες νοήμασιν οἶκον ἔχοντων
 Ἀνὴρ ἡδὲ γυνή.

τίνα

¹⁸ καὶ τὴν σύζευξιν αὐτῶν ita edidi pro vulg. αὐτὴν, quod h. l. plane otiosum.

¹⁹ Dicitur aliquid εἶναι τινὶ διὰ σπουδῆς, quod ille summo studio curat. Est enim hic admodum frequens usus praeposit. διὰ Genitivo iunctae, ut modum significet, quo aliquid comparatum esse aut fieri soleat. Vd. Vigerus de idiott. l. Gr. ed. Herm. T. II. p. 585.

²⁰ De voc. νεομηνία vd. not. ad c. 3. § 1.

Ad omne hoc praeceptum scriptoris nostri illustrandum cfr. Alexander περὶ ἐπιθалаμίων p. 639. (coll. Ald.) τεταρτος τοπας (του εγκωμίου) ἐστὶν ἀπο τούτου περὶ του θαλαμου και πασαδας και δεους γαμηλιους, ως οταν λεγωμεν (señuntur verba ipsa). συνεληλυθε μεν ουν η πολις, συνεορταζει δε απας, πετηγασι δε πασαδες, οιαι ουχ ετερω ποτε.

²¹ ὥστερ δ' ἐν τοῖς γαμικοῖς, vd. c. 2. § 7.

²² Ante vbb. εἰ ἐκ τῆς etc. vulgo legebatur οἶον quod, cum sensu careret, delendum putavi.

²³ οὕτως δὲ — τούτου.

De respondet praecedenti δέ: ὥστερ δ' ἐν τοῖς, ita ut apodosis inseruiat (vd. Vigerus libro laud. T. II. p. 545) ποιεῖσθαι i. q. alibi ηγείσθαι s. τίθεσθαι παρὰ Φαῦλον, parvi aestimare. In seqq. το μέρος του λογου τουτου, vel τούτου scribendum, vel λογος de parte orationis (qua quaestio tractatur, num eandem habeant patriam, et ad idem genus pertineant, qui nuptias iniere) accipiendum (vd. supra c. 1. § 2. ex) ita ut μέρος abundet (Aeliani varr. historr. 8. 3.) et το μέρος του λογου τουτου sit i. q. τον λογον τουτον.

in eo elaboraverint, ut nuptiis iungerentur); quomodo erga eos nuptiarum causa animati sint et familiares, et alieni, omnisque civitas, monendo, omnibus nuptias illas curae esse cordique, et conventui publico similes, calendarum sollemnitati, diebusque festis, quos civitas agat. Quemadmodum vero in orationibus nuptialibus praeter reliqua id spectari voluimus, num eandem habeant patriam, num ex eodem sint genere, ita nec in his negligenda illa pars orationis.

§. 3. Laudibus accedat cohortatio quaedam eorum, qui nuptias celebrant, ad mutuam benevolentiam, et intimam concordiam, simulque commoda praedicentur, quae non possint non ex eiusmodi concordia et amicitia promanare, ita ut orationem a genere ad speciem traducamus, monentes concordiam cum omnibus hominibus, tum coniugibus maxime omnium esse bonorum quasi ducem ac principem. Quam ad rem adhiberi oportet nobile illud Homeri effatum:

Nullum esse praestantius bonum, quam si concordēs
consiliis aedes inhabitent vir atque foemina

et

24 Quamquam structurae ratio verborum antecedit. προτροπή τις ἔγω non ita comparata est, ut satis pateat, quomodo sequi potuerit accusativus ἀγόντα τὸν λόγον, nihil tamen addendum mutandumve puto, cum c. 5. §. 4. eiusdem dicendi rationis exemplum recurrit: καὶ εὐτυχεὶν προτροπή καὶ παρακλησις τις (ἔγω) πρὸς εὐνοίαν τῆς πόλεως, ἐπισημῆναμενον, ὅτι χρησὴν ἐλπίδα περὶ τούτου ἔχουσι. Magis perspicua sane foret omnis enunciatio, si antea dictum esset: καὶ προτροπὴν τινὰ τοῖς γαμοῦσι πρὸς τὸ σκοπάζειν — χρὴ προστιθεῖναι ὁ. ἐπαγεῖν, καὶ οὐα ἀγαθὰ — συμβαίνειν ἐπισημῆνασθαι.

25 Haud parum arridet Wolfii emendatio, pro vulg. χρῆσις legentis ῥησις, quod loquendi usui magis convenit; quamquam negari nequit, interdum χρῆσις quoque (inprimis superioribus Graecis) dictum esse de loco scriptoris cuiusdam illustri, quo sententia proposita illustraretur aut confirmaretur (vd. Suiceri thesaurus eccles. sub h. v.). Accedit, quod facillime ῥησις ob seq. χρωμενον in χρῆσις abire potuit.

Vertendo h. l. contraxi quae scriptor paulo copiosius ita exulit: adhibenda Homeri verba, ita ut dicte nobili utamur.

Omnis Homeri locus, cuius pars h. l. adfertur, (Od. 2', v. 183—85.) ita se habet: ἢ δ' ὅθ' ἀμύφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχοντες, ἀνὴρ ἡδὲ γυνή, πολλὰ ἄλγιστα δυσμένεσσιν, χάσματα δ' εὐμένεσσιν.

Priorem partem laudavit ipsis poetae verbis adferendis, posteriorē ita, ut sententiam tantum, quae insit, universam (cuius mentionem iniicere iubeat oratorem) commemoraret: τινὰ μὲν etc. suppl. λόγοντα.

τίνα μὲν ἐκ τῶν τοῖς ἐχθροῖς ἀνιάρῃ, τίνα δὲ ἡδέα τοῖς
Φίλοις· ἐπὶ τέλει δὲ καὶ εὐχῇ χρῆσθαι, ὅπως ὅτι τάχιστα
παῖδας γένοιντο, ²⁶ ὥς καὶ τῶν ἐπιθεῖν γάμους, καὶ ἄσπαι
τὸν Ὑμέναιον, ²⁷ καὶ ὑπεδέσθαι ἔχειν αὐτοῖς τοιαύτων λόγων.

ΚΕΦΙ Ε.

Μέθοδος πρὸς Φωνηματικῶν.

α. ¹ Ἰσοκράτης μὲν, ὁ σὸς ἐταῖρος καὶ ἐμὸς, ὃν ἔχε
κρατὸς, ἔπερ ἄλλο τι, Φησὶ χρῆναι προσεῖναι τοῖς σκεδαλοῖς
ἀνδράποισι (ἐν τῇ παραινέσει τῇ πρὸς τὸν Ἰπποκρίτην,) καὶ
τῇ· Φιλοπροσηγορίαν. ³ ὅπερ ἐστὶ τὸ προσφωνεῖν τὰς ἀπαν-
τῶντας, ὡς αὐτὸς Φησιν. εἰ δὲ καὶ ἰδίᾳ χρῆν πρὸς ἑκάστου
τῶτο ποιεῖν, ὅπως καὶ τὰς ἰδιώτας ὡς ὅτι μάλιστα οἰκειότερως
καὶ εὐμενεσέτερως ἔχειν πρὸς ἡμῶς παρασκευάζοιμεν ⁴ ἐκ τῆς
τοιούτης Φιλοπροσηγορίας. πολλῶν δὲ καὶ ἀναγκαϊότερον τὸ
πρῶγμα, καὶ ὁ τοιοῦτος τρόπος τῆς προσφωνήσεως, εἰ πρὸς
τὰς ἐν τέλει ⁵ καὶ ἐν ἀρχαῖς γεγονότας ἀφ' ἡμῶν γένοιτο,
μάλι-

26 ὡς pro, ὡς ut infra c. 5. §. 2. (Vd. Vigerus l. l. ed. Hermm.
P. II. p. 558. not.)

27 ὑποθέσεις rhetoribus Græc. haud raro argumentum dicitur, in
quo tractando orator versatur. Vd. Ernesti lex. technol.
Græco. rhetor, sub h. v.

Caput V.

§. 1.

- 1 Libri (cuius h. l. mentio fit) ad Hipponici filium, Demo-
nicum (hominem præterea ignotum), scripti (παραινέσεως
πρὸς τὸν Ἰπποκρίτην) auctorem fuisse antiquum illum nobilissi-
mum oratorem Atticum, Isocratem, fuerunt qui negarent,
et vel Isocrati Apolloniatae, illius discipulo, vel alii cui-
dam Isocrati, Dionysii Halicarn. coaevo, tribui mallent.
Priorem sententiam qui defendunt, provocant ad locum Har-
pocratonis (sub v. ὁρκος στακτός) qui diserte Isocr. Apollon.
huius παραιν. auctorem perhibet. At quam parum hac in re
Harpocratonis testimonium valeat, inde patet, quod idem
alio loco sub v. παρακλήσις eundem librum Isocrati Athen.
tribuit. Qui ad tertium quendam Isocratem, Dionysii coae-
vum, referunt, (ut Stephanus in Ima diatribe ad Isocr. et
Muretus in varr. lectt. c. 1.) sententiam suam inprimis no-
stro loco confirmare posse sibi visi sunt, cum scriptor hunc
Isocr. ipsius et Echecratis amicum appellet. Verum, licet ami-
cos plerumque eos tantum dicamus, qui nobiscum vivant;
interdum tamen non dubitamus, quin amici nomen ad ho-
mines nobis longe antiquiores (quorum memoria nobis grata
est) transferamus, inprimis, quando scriptis eorum legen-

et quænam inde proficiantur inimicis molesta, amicis iucunda, indicari. Sub finem precibus utendum, ut quam proxime iis liberi contingant, ideoque horum etiam nuptiis interesse, Hymenæamque canere possimus, ac denuo huiusmodi orationum habeamus materiam.

CAPUT QUINTUM.

Methodus orationum compellatoriæ recte conformandarum.

§. 1. Monuit Isocrates, tibi, mi Echebrates, pariter quam mihi familiaris, in admonitione Hipponici filio scripta, homines probos, si quid aliud, decere adfabilitatem, quæ virtus (ut ipse dicit) est eorum, qui obvios sibi quosque salutant. Quodsi privatim erga singulos ita nos gerere oportet, ut singulorum civium amicitiam atque benevolentiam nobis, quantum fieri possit, eiusmodi adfabilitate conciliemus; multo magis necessaria erit hæc urbana salutandi ratio, si ad viros principes et magistratum obtinentes, eos præcipue, quos reges gentibus et urbibus nostris legatos præficere solent,

dis familiaritatem quandam cum iis contraxisse nobis videtur. Ita scriptor noster Isocratem Atheniensem eodem iure poterat amicum suum appellare, quo Cicero Theophrastum, epp. ad Atticum 2, 16. Absit igitur, ut tertium quandam Isocratem, cuius aliæ vestigia nulla deprehenduntur, somniamus. Accedit, quod plures scriptores vet. (Photius, Tzetzes, Hermogenes) παραίνεσιν illam disertè referunt ad Isoer. Ath. neque in ipso libello aliquid inest, quod nos impediatur, quo minus huic sententiæ subscribamus. Cfr. de omni controversia Vetry discours que l'ancien Isocrate est auteur du discours a Demonicus, cuius elegantie comment. primaria capita enarrata legi in lib. histoire de l'Académie royale des inscriptions et de belles lettres, T. VI. ed. Amstelod.

2 Patet, Verba: ἐν τῇ παραίνεσι — Ἰπποκρίτου, rectius inseri post Εὐχερατίας.

3 Φιλοπροσηγορία i. q. εὐπροσηγορία, quam Cicero de officiis II, 14. comitatem et adfabilitatem sermonis appellat.

4 Nolui recipere codd. lectionem παρασκευάζμεν. Quæquam enim οὕτως (ut hoc modo) pariter coniunctivo iungi potest, quam optativo; (vd. Vigerus l. l. ed. Herm. p. 434. n.) tamen mox in vbb. οὕτως καὶ αὐτοὺς etc. itemque infra: οὕτως αὐ καὶ σουτοὺς etc. redurrit optativus.

5 οἱ ἐν τέλει γεγονότες s. ἐν ἀρχαῖς γεγονότες, ut simpl. form. οἱ ἐν τέλει Græcorum magistratus signif. qui alibi ipsi vocantur τε-

μάλιστα γὰρ δὴ τὰς ἐκάστοτε ἐκ βασιλέων εἰς τὰ ἔθνη καὶ τὰς πόλεις τὰς ἡμετέρας παραγνομένους, ὅπως καὶ αὐτὰς διὰ τοιαύτη τρόπον, καὶ πρὸς ἡμᾶς καὶ πρὸς τὰς ⁶ αὐτῶν πατρίδας οἰκισιότῳ διακρίσθαι παρεσκευάσαμεν. ἀμέλει γὰρ τοι καὶ τὸ πρᾶγμα ἤδη ἐπιχωριάζει ⁷ ἐπὶ πᾶσι, καὶ καθάπερ τις ἔτος ὁ νόμος καὶ ἔθνος ⁸ διεσπάρη διὰ πάντων, ὡς εὐθὺς ἅμα τε τῇ πρώτῃ τῶν πυλῶν, ὡς ἂν εἴποι τις, εἰσόδῳ προσφανεῖν τέτας δημοσίᾳ τὰς πόλεις ⁹ ὅφ' ἑνὸς ὄντεν τῶν ἀρίστων κατὰ τὴν παιδείαν, ὥσπερ δημοσίᾳ τινὶ Φωνῇ καὶ κοινῶι προσαγορεύματι ¹⁰ προσαγορευόντος. Φέρε ἔν εἰπωμέν τι καὶ περὶ τῶν λόγων, ὅπως ἂν καὶ τήνδε ἀρετὰ καὶ ῥᾶτα μεταχειρίζοιμεθα.

β'. Καθόλη μὲν ὁ τρόπος αὐτῶν τοιούτος, αἷς σύσασιν ¹¹ τινα ἔχειν τῆς αὐτῶν πατρίδος ¹² πρὸς τὰς ἀρχαίαν μέλλοντας. δεῖ δ' ἐν αὐτῷ τῷ μόνον πραγματεύεσθαι ἐν τῷ λόγῳ, ἀλλὰ μὴδ' αὐτῶν ¹³ ἐν τῷ τοιῷδε ὀλιγώρως ἔχειν. ¹⁴ ἀρχὴ ἔν ἐμοὶ δοκεῖ ἀναγκαιοτάτη ἐν αὐτῇ ¹⁵ γενέσθαι περὶ αὐτῆς τ' ἐπεὶ, καὶ τῆς αὐτῆς προαιρέτως, καὶ δι' ὅτι ¹⁷ προκείνεται ἐκ πάντων ἐπὶ τὸν λόγον, καὶ ὅτι ἀναγκάζει ¹⁸ αὐτῷ.

αγ. V c. Xenoph. hist. Gr. III, 2, 6. §. 23. Quam loquendi rationem ex illo voc. τέλος usu, quo id omnino signif. quod in aliqua re summum est et praecipuum, facilius, quam • vestigalium, quae magistratibus debebantur, notione intelligi puto.

Τοὺς ἐκάστοτε — παραγνομένους esse, quos Latini (plerumque Legatos Caesaris pro Consule, et Proprietores, (s. pro Praetore) appellant vix est quod moneam.

6 αὐτῶν πατρίδας. Ita ambiguitatis vitandae causa scribendum putavi pro vulg. αὐτῶν ut sit i. q. αὐτῶν pos. pro ἡμῶν. Refertur enim interdum pronomen αὐτοῦ ad primam quoque et secundam personam docuit Vigerus l. I, ed. Herm. T. I, p. 165. Vd. infra §. 6. τὴν δόξαν αὐτοῖς. Eadem fuit ratio eiusdem emendationis tentatae §. 2. in verbis τῆς αὐτῶν πατρίδος, et: ἀλλὰ μὴδ' αὐτῶν, quo utroque loco vulgo perperam leg. αὐτῶν.

7 ἐπιχωριάζειν dicitur, quod in regione quadam maxime in usu esse (obtinere) solet, ut ὅθρις ἐπιχωριάζουσα Dionysii Halic. antiquit. Rom. l. II, p. 2176. T. IV. ed. Reisk.

8 Vd. nota ad c. 2. §. 3.

9 ὑπὸ h. l. διὰ. Vd. Vigerus l. I, T. II, ed. H. p. 669.

10 Lectio codd. προσαγορευόντες antecedentibus: ὅφ' ἑνὸς ὄντος, ad quae referri patet verba: ὥσπερ δημοσίᾳ, minime congruit.

§. 2.

11 ὡς σύσασιν, αἷς i. q. ὡς, vd. nota c. 4. §. 3. Quemadmodum verbum συνημί (cuius prima est notio colloqandi ali-

lent, pertinet; ut hos quoque et nobis et patriae nostrae magis devinciamus. Ac profecto quidem ubique iam obtinet haec consuetudo, et velut lex aliqua et institutum apud omnes invaluit, ut, cum primum illi (ut ita dicamus) portam ingrediantur, civitas eos publice compellet, interprete uno eorum, qui eruditione praestent, velut communi voce et totius urbis salutatione eos salutante. Agedum, quaenam sit ratio harum etiam orationum optime et facillime tractandarum, doceamus.

§. 2. Universam quidem earum rationem ita comparatam esse oportet, ut patriam illis commendent, qui civitatem sint gubernaturi. Neque tamen in hoc uno elaborare dicendo debemus, sed et nosmet ipsos non omnino negligere. Hinc ipsum puto orationis initium necessario inde petendum, quod orator de se ipso, et de ipsius consilio atque causa, cur ipse potissimum fuerit,

quo loco rem hominemve) interdum de eo dicitur, qui hominem alicui commendat, et familiarem reddere studet (Xenoph. memorab. I. 6. 14. Sympos. c. 4. §. 63. et apud nostrum c. 10. §. 9.) ita συστάσις est commendatio, quippe quae eo fit, quod rem hominemve, si vel non adsit, dicendo tamen quasi adducimus ad eum, cui sumus commendaturi.

12 Vd. n. 6.

13 Vd. n. 6.

14 ολιγοῦρας εἶναι i. q. ολιγοῦρας e notissimo usu adverbiorum τὸ εἶναι ita iungi solitorum, ut verborum vires sustinerent.

15 Nequeo assentiri Sylburgio vulgarem lect. αὐτὴ vel in αὐτῇ, vel in αὐτῷ mutari iubenti. Minime caret αὐτὴ h. l. vi sua. Etenim cum antea scriptor universae monuisset, oportere oratorem non patriae tantum, sed qui ipsius quoque rationem habere (se ipsum legato commendare) accuratius iam locum, ubi id fieri debeat, definit, monendo, esse hoc ita necessarium, ut adeo statim ab initio orationis fieri debeat.

16 προαιρέσεως i. q. de ipsius consilio (scil. eiusmodi orationem recitandi) et causa, cur id coperit.

17 προχειρίζειν eadem, quae h. l. obtinet, significat. *constituendi s. eligendi* (ducta ex illa primaria, qua omnino est: manu operi cuidam admove, antequam fiat, et parare, quae parari debeant) recurrit infra c. 7. §. 3. Simil. Medium προχειρίζεσθαι leg. Alciph. opp. 3. 10.

18 Cum h. l. e prom. αὐτῷ non facile ambiguitas oriatur, nolui in αὐτῷ mutare. Usui enim loquendi permittere, ut αὐτῷ pro αὐτῇ accipiamus, e Vigero disci potest l. l. T. I. p. 165. ed. H.

ἡ ὑπόθεσις τῆ λόγου. ἐχέτω ¹⁹ δ' ἐν τῷ καὶ Σεραπίαν ²⁰
 τινὰ τῶ ἀρχοντος, ὡς ἀποδεχομένους ²¹ τὰς τοιαύτας ἀπαντας,
 καὶ εἶον αὐτῶ ²² χεῖρα ὀρεγόντος. διόπερ καὶ ἐτοιμότερον
 ὑπήκουσε καὶ ὅτι ²³ ἦν μὲν καὶ ἀκούειν τῶτο εὐθὺς περὶ αὐτῶ,
 πολὺ δ' ἔτι ἐναργέστερον τῇ ὄψει αὐτῇ πέφηνεν ²⁴ ἀτεχνῶς,
 εἶον ἐκ τῶ προσώπου, καὶ τῆς Φαιδρότητος, ὥσπερ ἐν κατό-
 πρῳ. τῶ εἶδες καὶ τῆς πρὸς ταῦτα δεξιότητος Φανερώων
 γινομένων. ἔτω δὲ ²⁵ προκαταστησάμενον τοῦ λόγου, ἐξῆς
 ἰτέον ἐπὶ τὸ ἐγκώμιον τῶ βασιλέως, ἐν βραχεῖ ²⁶ τῶτο ποιη-
 σάμενον, καὶ αὐτὸ τῶτο πιοημηνάμενον, ὅτι ἔδδ' ὁ σύμψας
 χρόνος ἐξαρκίετ' πρὸς τῶτο, καὶ ὅτι ἑτέρῳ καιρῷ, ἢ τῶ πα-
 ροντος κατακλείετ' ²⁷ δὲ τὸ ἐγκώμιον εἰς τῶτο, ὅτι ἐν τι-
 τῶν καλῶν τῶν βασιλέως καὶ τῶτο, τὸ τοιαῦτον ἄνδρα ἐπιλε-
 ξάμε-

¹⁹ σχετῶ sc. λόγου.

²⁰ Σεραπία quod a servitii, quod alicui praestatur, notione interdum ad cognatam observantiae transfertur (ut Isocr. Evag. enc. c. h. ex. ἡ τοῦ πρῆξους Σεραπία observantia dic. qua quis studet populo benevolentiam sibi conciliare) h. l. cum de encomiae legati sermo sit, necesse est eam, quae laudando declaretur observantiam innuat. Cfr. infra c. 8. § 13. in. Simil. Σεραπίαν leg. c. 9 § 3.

²¹ Versio latini interpret. „hinc principis gratia praedicanda, „utpotē tales ad provinciae administrationem mittentis“ ostendit, eum partim pro ἀποδεχομένου aliud quid legisse (forte ἀποσπένοντος) partim ἀρχοντι ad ipsum inperatorem (βασιλεῖα et τοὺς τοιοῦτους ad legatos illos retulisse. Verum inperatoris ipsius talibus viris provinciae administra- tionem demandantis sapientiam rhetor noster alio loco lau- dari vult (vñ quae infra legg. κατακλείσεις δς). Unde patet, τοὺς τοιοῦτους esse oratores, qui legatum provinciam adven- tem saluent, ac benevole ab ille excipi dicantur.

²² Pro αὐτῷ vulgo leg. αὐτοῦ satis otiosum. αὐτῷ refer. ad oratorem, ad quem pertinet seq. ὑπήκουσα.

²³ καὶ ὅτι ἦν μὲν. Dupitari omnino possit primo obtuitu, utrum αὐτοῦ ad ἀρχοντα referri debeat, (ita ut τοῦτα comita- tem illam et benevolentiam innuat, qua legatus eiusmodi oratores excipere soleat), an ad ipsum dicentem (ut τούτο significet το ἐτοιμότερον ὑπακούειν). Quoniam ea, quae in seqq. de vultu hilaritate, dexteritatis cuiusdam indicio cer- tissime dicuntur, utrique rationi pariter conveniunt, prio- rem tamen ideo praefendam putavi, quod oratorem non de- cere putabam eo loco, quo ἀρχοντα erat laudaturus, et de ip- sius fama bona (quae innueretur vbb. οτι ἦν ἀκούειν τοῦτο εὐ- θὺς περὶ αὐτοῦ) et de dexteritate qua gaudet, multa dicere. Perverit sensum latini int. versio obscurior: „cui (princi- „pi) idcirco promptius sit obtemperatum, quod non tantum „auditu perceptum est, sed et manifestius in vultu perspe- „ctum.“

²⁴ Quoniam ἀτεχνῶς haud raro ita dicitur, ut sit i. q. pro-

fuerit ex omnibus reliquis orator electus, verba faciat, moneatque, non potuisse non hanc dicendi materiem sumi. Contineat oratio eo loco simul verecundam quandam Legati laudationem, quippe qui tales. oratores) nunquam non beneyole excipiat, et quasi manum iis porrigat, quapropter orator promptius fuerit obsecutus mandato, addendumque, licuisse quidem (illam legati indolem) confestim audiendo cognoscere, verum multo manifestius absque ulla fraude vultus hilaritate declarari, unde, velut e speculo, mores eius et in his negotiis gerendis dexteritas eluceant. Sic praeparata oratione, confestim ad ipsius inperatoris laudationem accedamus, ita tamen ut paucis ea perfungamur, et id ipsum significemus, vix universum sufficere tempus ad eam recte instituendam, et alii potius, quam praesenti tempori eam convenire. Cuius laudationis haec esse debet conclusio, ut dicamus, inter ea, quae egregie fecer-

sus, plane (vd. Ruhnken. ad Timaei glossas Platonii, p. 38.) tamen h. l. omnis reliqua oratio suadet, ut propriam notionem teneamus: sine ullo artificio, ita ut omnis simulatio aliena sit.

25 δεξιότης dexteritas, quam aliquis negotiis quibusdam diutius tractandis adeptus est, facit, ut ipsi minus ardua sint ac molesta. Immo haud raro cara grataque nobis redduntur, quibus adusfacti sumus. Unde fit, ut plerumque lubenter nec sine quadam vultus hilaritate talia agamus. Intelligi munus administrandi provinciam legato commissam, et, quaecumque cum eo sint coniuncta, omnis oratio ostendit. το εἶδος non incommode h. l. de ipsa illa consuetudine talia negotia tractandi (unde orta dexteritas) intelligi poterit. Noli tamen adversari, si quis χειρὸς scribendum putet, ut non dexteritas solum sed omnia omnino animi morumque indoles laudetur.

26 προκατασχάμενος τὸν λόγον dicitur, qui prima eius parte consummanda aditum sibi ad seqq. munit. Eodem sensu, dic. κατασας de prima orationis parte rem ipsam praeparante Hermogeni περὶ εὐρ. p. 247. coll. Ald. cfr. infra c. 7. §. 4. τοιαύτης δὲ προκατασχάσεως etc. Vd. Ernesti lex. techn. Gr. rhet. sub v. κατασας.

27 Verba: καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐπισημηνόμενον addidi e cod. reg. i. cum viderem, partim omnem orationem, his additis, rectius procedere, partim verba illa propter antecedentia his simillima τοῦτο ποιησάμενον facile potuisse textu excidere.

28 ἐξακρεῖ cum Sylburgio scribendum putavi pro vulg. ἐξακρεῖσαι, qui infinit. unde pendet non habet.

29 κατακλείσεις edidi pro vulg. κατακλείσας, qui omnis reliqua orat. structura adversatur.

5. C. ξάμενον καταπέμψαι ἐπὶ τὸ 3^ο αὐτῶ ἔθνος ἢ πέρρω 3¹ βαλ-
 νοντα τῆς αὐτῶ 3² προαιρέσεως.

γ'. Καὶ ἐνταῦθ' ἐν ἀρχέειδ' σοι τὸ ἐγκώμιον τῷ ἡγεμέ-
 νῳ. 33 χρῆσέον δὲ καὶ ἐνταῦθα τοῖς ἐγκωμιαστικοῖς λόγοις.
 ἀπὸ γένους, ἀπὸ φύσεως, ἀπὸ ἀνατροφῆς, εἰ μὲν Φανερά
 εἶη. καὶ δ' ἔκαστον ἀκριβῶς διεξιόντα· εἰ δ' ἄδηλα, κατὰ τὸ
 πιθανὸν προάγοντα, ὅτι ἀνάγκη τῶν τηλικύτων καὶ τοιούτων
 πατηξιωμένον, ἢ γένει, ἢ τε φύσει, ἢ τ' ἀνατροφῇ λειπεσθαι
 τιναν, ἀλλὰ διὰ ταῦτα προεκρίσθαι. τὰ γε μὴν Φανερά
 ἀκριβέστερον ἐπισημαινόμενον, οἷον, ἐν νέᾳ ἡλικίᾳ τοιούτος, τί
 χρῆ προσδοκᾷ εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον· καὶ ὅτι νέος μὲν
 τὴν ἡλικίαν, πρεσβύτερος δὲ τὴν φρόνησιν. εἰ δὲ πρεσβύτερος,
 ὅτι ἐν πολλοῖς 34 δὲς παῖραν αὐτῶ τῆς ἀρετῆς, εὐκότως καὶ
 τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐπισυνῆλθε· καὶ ὅτι καὶ τότε τῇ εὐμοιρίᾳ
 τῆς περὶ αὐτόν, τὸ ἐν τῷ γήρα ἀκμάζειν. 35 εἰ δὲ δὴ καὶ
 σαφηνέτης τις προσέη τῷ προσώπῳ, μηδὲ τότε περὶ γένους πα-
 ρατρέχειν. εἰ φιλόλογος 36 εἶη, ἐγκώμιον παιδείας, καὶ
 ὅτι οἱ πεπαιδευμένοι μάλιστα ἀξιοὶ ἀρχῆς καὶ τοιαύτης ἡγεμο-
 νίας. 37 καὶ εἰ γε τὴν Ῥωμαϊκὴν διάλεκτον εἶη πεπαιδευμένος,
 τοῖς ἀρίστοις 38 τῶν Ῥωμαίων παραβάλλειν· εἰ δὲ 39 τὴν
 Ἑλλη-

30 De pron. αὐτῶ vd. ad §. 2. n. 18;

31 De formula eu πορρω βαλν. vd. not. ad c. 2. §. 9. n.

32 Pro vulg. τῆς αὐτοῦ προαιρ. malui e cod. Cant. τ. αὐτοῦ
 προαιρ. edere, ut ambiguitas, qua h. l. τὸ αὐτοῦ non careret,
 evitaretur. Facile poterat αὐτοῦ errore quodam ex antec. re-
 peti. προαιρέσεις ad omnia laude digna consilia et studia in-
 peratoris refer.

Ad omnem huius l. sententiam illustr. conferri possunt
 quae Alexander rhetor de regis encomio, quod in λόγοις ἐπὶ
 βατηριοῖς (orationibus haberi solitis in laudem patriae, ad
 quam reversus sit orator, vel eius principis) fieri debeat,
 praecipit (p. 617. coll. Ald.) εἴτα μὲν ταῦτα καλὴν εἶπες, ὅτι
 τὰς τε ἄλλας χάριτας μεγίστας τοῖς βασιλευσιν ἐφείλοντας, ἐφ' οἷς
 ὑπερ ἡμῶν ἀδλοῦσι, καὶ ἐπὶ τούτῳ δικαίως αὖ μείζονας ομολογήσαι-
 μέν, ὅτι τοιοῦτον ἡμῶν καταπέμψαν.

§. 3.

33 ἡγευμένος i. q. alibi ἡγεμῶν s. αρχῶν, legatus Caesaris. Vd.
 Krehstii observ. Flav. p. 61. unde infra inperium eorum
 ἡγεμονία dic. χρῆσέον edidi pro vulg. χρῆση ut accusativi seqq.
 διεξιόντα, προάγοντα, ἐπισημαινόμενον haberent, quo referren-
 tur.

34 παῖραν δίδου i. q. specimen exhibere, Xenophon memorabb.
 2, 6, 38. et al.

35 ἀκμάζειν dic. et juvenilis et virilis aetas, quae gaudet ani-
 mi corporisque vigore. Vd. B. Findeisen index Isocrat. Evag. encom. sub ἀκμή.

fecerit inperator, hoc etiam referendum, quod talem virum elegerit, quem legatum praeficeret genti, studiorum eius vestigia prementem.

§. 3. Hinc incipiat tuum Legati encomium. Adhibendae hoc etiam loco laudes a genere, indole, educatione petitae; quae res ubi satis manifestae sunt, singulae diligentius pertractandae, sin minus exploratae, proferenda de his, quae verisimilia videntur, monendo, non posse dubium videri, quin vir tali, tamque insigni honore dignatus neque genere, neque indole et educatione ulli cedat, sed ideo quod illis rebus praestet, fuerit electus. Quae manifesta sunt, diligentius oratione illustrari volumus. Veluti, si iuuenis sit, quam laetam de illo spem nos concipere iubeat, significes, itemque, aetate quidem esse iuvenem, mente vero senem. Sin provector aetate, merito ei hanc provinciam esse demandatam; quippe qui permulta exhibuerit virtutis suae documenta, et vel hoc pertinere ad felicem eius sortem, quod senectuti non desit iuvenilis vigor. Sin et vultu gravitatem quandam prae se ferat, neque id obiter transcurrendum. Si litterarum studiis sit inbutus, addendum eruditionis encomium, monendumque, homines eruditos dignissimos esse, qui imperium, talemque principatum obtineant, Et si Romanae quidem linguae sit peritus, Romanorum, sin Graecae, Graecorum

36 Voc. *Φιλόλογοι*, quod Alexandrino aevo debetur, at, (quod ipsa orige ostendit) propriis omnino litterarum disputationumque eruditarum amorem innuebat, de his maxime dici solebat, qui linguarum, historiae, scriptorumque veterum studiis animum informabant. Eo sensu in Dion. Halic. iudicio de Lysia c. 8. p. 468. T. V. ed. Reisk. *Φιλόλογοι* opponuntur *τοις ιδιωταις*. Multa de eo docte disp. Vuesselingius ad Diod. Sic. II, 4.

37 *ἡγεμονία*, quo nomine antiquis Graecis maxime singularis illa potestas venire solebat, quae interdum alicui rerum publicarum Graecarum (bello cum exteris gentibus exorto) a ceteris concedebatur, quo facilius posset, dum illa rem omnem moderaretur, communis salus defendi, (vd. docta Vuilandii nota 6. ad Isocratis *λογον πανηγυρικου* versionem vernac. in Attici Musei T. I.) h. l. ad illud legati imperium transfertur. Vd. n. 33.

38 *τοις αριστοις* scil. *κατα την παιδειαν*. Alia enim praestantia per omnem orat. seriem vix intelligi poterit.

39 si de cum Sylburgio pro vulg. *εἰς* scribendam patavi, cum *εἰς* non habeat, quo referatur.

Ἑλληνικὴν, τοῖς τῶν Ἑλλήνων· διὰ τὸτο δὲ καὶ δίκαιος, καὶ σώφρων, καὶ περὶ τὰς δίκας ἀκριβής. παραδείγμασι δὲ καὶ ἐπὶ τῷ χρησέον προσώποις, τῷ Ἀριστοῖ, τῷ Θεμιστοκλεῖ ἐφαρμόζοντα, ⁴⁰ καὶ παραβάλλοντα, καὶ τῶν ἀμείνων ἀποφαίνοντα.

δ. Ἐὰν δ' ἔχωμεν καὶ πράξεις τινὰς αὐτῷ προγεγενημένας, καὶ ἀρχὰς προηγουμένας ⁴¹ λέγειν, ἢ ἐν στρατείαις, ἢ ἐν διοικήσεσι, καὶ ταύτας παρατιθέναι. εἰάν δὲ καὶ τιμὰς ἔχωμεν ⁴² αὐτῷ πατέρων γενομένας λέγειν, καὶ τῶν χρημνημονεύειν. καὶ ἐντεῦθεν προτροπὴ καὶ παράκλησις πρὸς εὐνοίαν ⁴³ τῆς πόλεως, ἐπιστημνησκόμενον, ὅτι χρηστὴν ἐλπίδα περὶ τέτε ἔχῃσι. ⁴⁴ Φανερόν γάρ τοι ἀπὸ τῆς ἔτιως ἀποδέξασθαι τὴν πόλιν, ἀπὸ τῆς ⁴⁵ Φιλανθρωπίας καὶ εὐπροσηγόρου ἀπασι προσαναχθῆναι ⁴⁶ καὶ ὁμιλῆσαι — ὅτι εὐκρίτως τὸτο ἐποίησεν. τοιούτῃ γὰρ ἡ πόλις, οἷα ἀμείβασθαι τὰς εὐχρησάμενας ἑαυτῇ.

ε. Καὶ ἐντεῦθεν ὁ ἔπαινος ὁ περὶ τῆς πόλεως, ἐν ᾧ λέγῃς ⁴⁷ περὶ γενέσεως αὐτῆς, περὶ θυνάμεως τῆς ἐν ταῖς προσοδοῖς

⁴⁰ ἐφαρμόττειν τι τινὶ ε. εἰς τὴν propriam de iis dic. qui rem rei apant et accommodant cfr. Dion. iudic. de Lysia c. 13. p. 482. T. V. ed. R. Luciani piscator T. I. eius opp. ed. Reiz. s. 8. p. 607. ei. Lexiphanes T. II. s. 24. p. 348. Unde recte h. l. ad oratorem transferri potuit, qui comparando efficit, ut is, qui laudatur, Aristidi aut Themistocli similis esse videatur.

§. 4.

⁴¹ Vulgo legeb. προγεγενημένας; quod, etsi per se non omnino damandum, cum interdum προγεγενημένας dicantur, quae tempore antecedunt, malui tamen lectionem codd. reg. i. et Colb. προηγουμένας praeferre. (προαννεῖν antea perficere, h. l. administrare.) Poterat enim facile a libralis aberrantibus in antec. προγεγεν. pro προηγουμ. substitui προηγουμ.

⁴² Perperam vulgo legeb. αὐτῶν.

⁴³ Vd. not. ad c. 4. §. 3. n. 24.

⁴⁴ Male cepit sententiam loci latinus int. qui verba ita reddidit: „manifestum enim ex eo, quod urbs tam benigne ex- „ceperit eum, omnesque humanitate et comitate adeo singu- „lari prosecuta fuerit cumque iis sermones miscuerit, ipsam „non sine ratione hoc fecisse.“ Quae in re eum a vero valde aberrasse, evincit partim consilium dicentis, qui in eo versatur, ut signum aliquod (documentum) proferat, unde patet, non temere sperare cives, fore, ut ipsis benevolam se praestet legatus; partim enunciatio illa: ἀπὸ τοῦ Φιλανθρωπίας — καὶ ὁμιλῆσαι, maxime voc. ἀπασι, quod quoniam tum referri debeat, nemo facile docebit. Legatus ipse potius dicitur, cum primum urbem ingressus fuisset, vultu et sermone erga omnes ac singulos summam declarasse benevolentiam (ἀποδέξασθαι τὴν πόλιν eodem sensu dic. quo supra s. 2.

corum praestantissimis comparabimus. Eademque de causa simul iustitiam eius, temperantiam, et in iudiciis habendis diligentiam praedicabimus. Adhibenda ad eam rem aliorum hominum exempla, v. c. Aristidi aut Themistocli eum comparando; adeoque illis praefereudo.

§. 4. Quodsi quaedam olim ab eo praeclare gesta, aut munera olim administrata (sive ad rem militarem, sive ad civilem pertinuerint) commemorare liceat, addenda haec. Item, si honores contigerint maioribus eius, mentio eorum iniicienda. Excipere hunc locum oportet cohortationem legati ad benevolentiam civibus praestandam; simulque spem, quam hac de re alant, laetissimam declarari. Intelligi quippe dicemus (haud temerariam esse spem illam) exinde, quod tam benevole cives exceperit, tantaque humanitate et comitate tractaverit omnes; et cum iis sit versatus. Nec temere eum ita se gessisse, cum ita animata sit civitas; ut omnibus qui de ea bene mereri studeant, gratias referat.

§. 5. Sequatur deinceps ipsius urbis laudatio, petenda ab eius origine, robore, quod redituum copia adferat,

αποδεχομένου τους τοιούτους απαντας). Verum non patet, quomodo orator dicere potuerit, ex eo, quod tam benevolum se erga omnes gesserit legatus, intelligi, eum laud temere ita egisse. Id profecto aliunde intelligi debuit. Neque omnino h. l. ad confirmandam spem laetam, quam cives de futura legati benevolentia conceperint, pertinnit, rationem commemorare; cui haud temere tam benevole se erga cives gessisse videatur. Haud dubie h. l. textu depravando duae sententiae in unam sunt conflatae. Excidisse videtur post ομιλησαι, οτι, talis fere enuntiatio: *eum in posterum quoque civibus summam benevolentiam esse praestitutum* (sc. Φανερον εστι), quam destititio meliorum codd. vestigiis non licuit accuratius restituere. Tum sequebatur nova enuntiatio: *και εικοτως τουτο εποιησαται αυτη γαρ* (hec temere talem se gessit). Talem totius orationis sensum versione exprimere studui.

45 Φιλαυθως, i. q. comiter, quo sensu homo Φιλαυθως dicitur Demostheni in or. contra Midiam c. 22. cfr. or. περι παραποσβ. p. 384. ed. Reisk.

46 De form. προσφερειν τινι tractare aliquem v. d. Irmisch ad Herodianum L. 1. c. 13. p. 57. 71.

§. 5.

47 Vulgaris lectio εαν λεγης (pro quibus εαν λ. edendum putavi) quantopere ab h. l. aliena sit, sponte patet. — Eodem modo res ipsa requirebat, ut pro περι γένους scriberetur περι γένεως. Cfr. c. 1. §. 3.

οὐκ ἴσους

καὶ

ἔδοις, περὶ παιδείας τῶν ἀνοικάντων, ἅπασι χάρις τῆς ὑποτα-
 λῆς, ἃς ἢ ἡ πρόσδος, εἰ μὲν πολλὴ εἴη, εἰς ἰσχὺν τῆς πό-
 λεως ἀναφέρειται· 48 εἰ δ' ὀλίγη, ὅτι ἀρκεῖται καὶ ταύτῃ·
 ὅπως περ ἂν οἰκιστὴν ἀναγκαῖον εἶπεν, εἴαν τε θεὸς, εἴαν τε
 ἥρως εἴη, εἴτ' ἂν τῶν ἀρχαίων τις, εἴτ' ἂν τῶν ἐναρχος γε-
 γεννημένων βασιλέων. εἰ ἂν καὶ μύθας τινὰς ἔχοιμεν 49
 προσόντας τῇ πόλει, μηδὲ τέρας παραλιπεῖν. μετὰ ταῦτα περὶ
 μεγέθους τῆς πόλεως, περὶ κάλλους, περὶ δέσεως, εἴτ' ἡπειρω-
 τικῇ εἴη, εἴτ' ἐπιθαλαττίδιος, ἢ νησιώτις. καὶ εἰ τινὰς τι-
 μάς ἔχοιμεν 50 παρὰ βασιλέων, μηδὲ ταύτας παραλιπεῖν,
 αὖν εἰ πράξεις τινὰς προγεγεννημένας, ἢ παλαιὰς ἢ νέας, ἢ
 εἰ τιμὰς προὔπαρξάσας παρ' ἡμῶν πρὸς τὰς ἀρχοντας 51 τὰς
 προγεγεννημένους.

τῶν

λ

εἰς τὸ τοιοῦτον αὐτῶν, εἰπόντες ὅτι μὴ φυλαχθῆσθαι μόνον ἐπὶ τέτων
 ὁρμῶν τὸν λόγον, τὴν δόξαν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἀμείνων πρὸς τὸ λοιπὸν
 εἰς τὴν πόλιν.

ὡς ἐλπίδος πρὸς
 αὐτῶν ἔχοντες

3. Ἀπαγγελία δὲ πρέπει ἂν μάλιστα μεμιγμένη τῷ τοιῶ-
 ντι λόγῳ, ἐνίαχ' ἂν μὲν συνεστραμμένη, 56 ἐνίαχ' ἂν δὲ διηρημένη,
 τῆς

48 Pro ἀναφέρουσα vulgo perperam legeb. ἀναφέροντα neque ge-
 noti, neque numero antecedentis substant. πρόσδος conve-
 niens. Male enim retulit latinus int. verbum ἀναφέρειν ad
 ipsum dicentem, ita vert. ad urbis robur et potentiam etiam hoc
 referendum (sc. quod ei sit πολλὴ πρόσδος.) Debebat enim, si
 ἀναφερ. ipsius oratoris esset praedicatum, vel antec. λέγης
 mutari in λέντων, s. λέγειν (sc. χρη) vel ἀναφέρων scribi.
 Novimus praeterea, ἀναφέρειν saepius dici de vestigalibus ex
 aliqua re reduntibus. Ante eis ἰσχύν suppl. ὅτι.

49 ἔχοιμεν edidi cum Sylburgio pro vulg. εἰχομεν cum optati-
 vus antecedentibus rectius congrueret. Ita infra: εἰ τινὰς τι-
 μάς εἰχομεν.

50 Pro vulg. περὶ βασιλέων (quae paulo obscurius dicta) Wol-
 fius recte legit παρὰ, idemque latino interpr. probatum vi-
 deo ita vert. recensendi insuper honores, si quos a regibus accepe-
 rit. (Subint. vbb. γεγεννημένας post παρα βασιλέων.)

51 πρὸς h. l. i. q. erga, ut Xenoph. memorabb. 2, 3. 10. Ae-
 schinis dial. Socr. 2, 22.

§. 6.

52 Quamquam ὑπερ interdum dicitur pro περι (Polybius II, 37.)

adferat, incolarum eruditione, regione tributaria, unde vectigalia exigantur, (quae si magna fuerint, redire ea ad civitatis potentiam augendam, sin exigua, vel haec ei sufficere dicemus.) Laudandus eodem loco civitatis conditor, sive Dens fuerit, sive heros, sive antiquorum regum aliquis, sive eorum, qui nuper vitam degerint. Neque, si quae in promptu sint fabulae ad urbem spectantes, praetereundae. Dicendum postea de magnitudine eius, specie pulcra, situque, num in continenti sit posita, an maritima, an insulana. Quod si quam possimus dignitatem commemorare, quam a regibus acceperit, aut res vel olim vel nuper praeclare gestas, honoresve, qui legatis prioribus a nobis exhibiti fuerint, neque haec omittenda.

§. 6. His omnibus miscenda cohortatio ad benevolentiam civibus praestandam, siquidem bonos principes deceat, talem civitatem benevolentia complecti. Sub finem et pro inperatoris et pro ipsius legati salute bona vota concipiamus, neque non ad nosmet ipsos redeamus, ita ut, si nunc primum ad honores adspiremus, tali viro principatum tenente, dignitatem famamque nos esse consequuturos, sin iam antea absque invidia inclaruerimus, et locum insignem tenuerimus, non modo conservatum sed multum adeo auctum iri famam nostram sperare nos significemus.

§. 7. Elocutionem mixtam huic generi accommodatissimam puto, quae nunc sit numeris contorta, nunc

otiosum tamen h. l. propter seq. *μνησθησομεθα*; unde non inapte mihi suspicari videor, perperam ex antecedd. in textum irrepsisse.

53 *τους αρχομενους* h. l. esse, qui primum ingrediantur honorum munerumque publicorum curriculum, docent quae oppon. ε. δε των ηδη προσδοκουμενων.

54 Non spernenda lectio codd. reg. i. et Colb. *απο του ταιουτου*

55 Vulg. *προερχοτων* h. l. sensu caret. Scripsitne auctor *προερχοτων* (a *προφερειν*, excellere, vd. Doumaeus ad Demosth. orat. de pace p. 126. ed. ill. Beckii)? Ambiguum item, quoniam referri debeant vbb. *πρι αυτων*, num ad *προερχοτων* (qui propter illa sc. *τιμην και δοξην* iam antea excelluerant) an ad *ανταχθας* (qui antea excelluerant, ita ut hisce rebus nullam subirent invidiam)?

§. 7.

56 Elocutio *συνασπασμενη* (contracta) est periodica, cui opponitur *διηρημενη*, quae membris brevioribus utitur. (Vd. ad

μάλιστα γὰρ δὴ τὰς ἐκείνους ἐκ βασιλέων εἰς τὰ ἔθνη καὶ τὰς πόλεις τὰς ἡμετέρας παραγινόμενες, ὅπως καὶ αὐτὰς διὰ τοιαύτας τρόπους, καὶ πρὸς ἡμᾶς καὶ πρὸς τὰς ⁶ αὐτῶν πατρίδας οἰκειοτέρως διακρίνεται παρασκευάσταιμεν. ἀμέλει γὰρ τοι καὶ τὸ πρᾶγμα ἤδη ἐπιχωριάζει ⁷ ἐπὶ πᾶσι, καὶ καθάπερ τις ἔτος ὁ νόμος καὶ θεσμός ⁸ διεσπάρη διὰ πάντων, ὡς εὐθὺς ἅμα τε τῇ πράττει τῶν πολίων, ὡς ἂν εἴποι τις, εἰσόδῳ προσφανεῖν τέττας δημοσίας τὰς πόλεις ⁹ ὅφ' ἐνός ὅτεον τῶν ἀρίστων κατὰ τὴν παιδείαν, ὥσπερ δημοσία τινὶ Φωνῇ καὶ κοινῷ προσαγορευματι ¹⁰ προσαγορευόντος. Φέρε ἔν εἰπωμέν τι καὶ περὶ τῶν λόγων, ὅπως ἂν καὶ τέττας ἀρίστα καὶ ῥᾶτα μεταχειρίζοιμεθα.

β'. Καθόλε μὲν ὁ τρόπος αὐτῶν τοιαύτας, ὡς σύστασιν ¹¹ τινα ἔχειν τῆς αὐτῶν πατρίδος ¹² πρὸς τὰς ἀρχεῖν μέλλοντας. δεῖ δ' αὖ καὶ αὐτὸ τέτο μόνον πραγματεύεσθαι ἐν τῷ λόγῳ, ἀλλὰ μὴδ' αὐτῶν ¹³ ἐν τῷ τοιῷδε ὀλιγώρως ἔχειν. ¹⁴ ἀρχὴ ἔν ἐμοὶ δοκεῖ ἀναγκαιοτάτη ἐν αὐτῇ ¹⁵ γενέσθαι περὶ αὐτῆς τ' εἰπεῖν, καὶ τῆς αὐτῆς ¹⁶ προκρίσεως, καὶ δὲ ὅτι ¹⁷ προκρίσεις καὶ ἐκ πάντων ἐπὶ τὸν λόγον, καὶ ὅτι ἀναγκαῖα ¹⁸ αὐτῷ

λγ. V c. Xenoph. hist. Gr. III, 2, 6, 5, 23. Quam loquendi rationem ex illo voc. τέλος usu, quo id omnino signif. quod in aliqua re summum est et praecipuum, facilius, quam e vectigalium, quae magistratibus debebantur, notione intelligi puto.

Τοὺς ἐκείνους — παραγινόμενους esse, quos Latini plerumque Legatos Caesaris pro Consule, et Propraetores, (s. pro Praetore) appellant vix est quod moneam.

⁶ αὐτῶν πατρίδας. Ita ambiguitatis vitandae causa scribendum putavi pro vulg. αὐτῶν ut sit i. q. αὐτῶν pos. pro ἡμῶν. Refferri enim interdum pronomen αὐτοῦ ad primam quoque et secundam personam docuit Vigerus l. l. ed. Herm. T. I, p. 165. Vd. infra § 6. τὴν δόξαν αὐτοῖς. Eadem fuit ratio eiusdem emendationis tentatae §. 2. in verbis τῆς αὐτῶν πατρίδος, et: ἀλλὰ μὴδ' αὐτῶν, quo utroque loco vulgo perperam leg. αὐτῶν.

⁷ ἐπιχωριάζειν dicitur, quod in regione quadam maxime in usu esse (obtinere) solet, ut ubi ἐπιχωριάζουσα Dionysii Halic. antiquit. Romm. l. II. p. 2176. T. IV, ed. Reisk.

⁸ Vd. nota ad c. 21 §. 3.

⁹ ὑπὸ h. l. διὰ. Vd. Vigerus l. l. T. II. ed. H. p. 669.

¹⁰ Lectio codd. προσαγορευόντες antecedentibus: ὅφ' ἐνός ὅτουον, ad quae referri patet verba: ὥσπερ δημοσία, minime congruit.

§. 2.

¹¹ ὡς σύστασιν, ὡς i. q. ὥς, vd. nota c. 4. §. 3. Quemadmodum verbum συστήμι (cuius prima est notio collocandi ali-

lent, pertinet; ut hos quoque et nobis et patriae nostrae magis devinciamus. Ac profecto quidem ubique iam obtinet haec consuetudo, et velut lex aliqua et institutum apud omnes invaluit, ut, cum primum illi (ut ita dicamus) portam ingrediantur, civitas eos publice compellet, interprete uno eorum, qui eruditione praestent, velut communi voce et totius urbis salutatione eos salutante. Agedum, quatenam sit ratio harum etiam orationum optime et facillime tractandarum, doceamus.

§. 2. Universam quidem earum rationem ita comparatam esse oportet, ut patriam illis commendent, qui civitatem sint gubernaturi. Neque tamen in hoc uno elaborare dicendo debemus, sed et nosmet ipsos non omnino negligere. Hinc ipsum puto orationis initium necessario inde petendum, quod orator de se ipso, et de ipsius consilio atque causa, cur ipse potissimum fuerit,

quo loco rem hominemve) interdum de eo dicitur, qui hominem alicui commendat, et familiarem reddere studet (Xenoph. memorabb. I, 6, 14. Sympos c. 4. §. 63. et apud nostrum c. 10. §. 3.) ita *εὐχαρίστος* est commendatio, quippe quae eo fit, quod rem hominemve, si vel non adsit, dicendo tamen quasi adducimus ad eum, cui sumus commendaturi.

12. Vd. n. 6.

13. Vd. n. 6.

14. *ολιγωτέρως εχειν* i. q. *ολιγωτέρως* e notissimo usu adverbiorum *τε εχειν* ita iungi solitorum, ut verborum vires sustinerent.

15. Nequeo assentiri Sylburgio vulgarem lect. *αὐτῇ* vel in *αὐτῇ*, vel in *αὐτῷ* mutari iubenti. Minime caret *αὐτῇ* h. l. vi sua. Etenim cum antea scriptor universe monuisset, oportere oratorem non patriae tantum, sed sui ipsius quoque rationem habere (se ipsum legato commendare) accuratius iam locum, ubi id fieri debeat, definit, monendo, esse hoc ita necessarium, ut adeo statim ab initio orationis fieri debeat.

16. *προχειρίσας* i. q. de ipsius consilio (scil. eiusmodi orationem recitandi) et causa, cur id ceperit.

17. *προχειρίζειν* eadem, quae h. l. obtinet, significat. *constituenti e. eligendi* (ducta ex illa primaria, qua omnino est: maximum operi cuidam admove, antequam fiat, et parare, quae parari debeant) recurrit infra c. 7. §. 3. Simil. Medium *προχειρίζεται* leg. Alciph. epp. 3. 10.

18. Cum h. l. e. prom. *αὐτῷ* non facile ambiguitas oriatur, nolui in *αὐτῷ* mutare. Usum enim loquendi permittere, ut *αὐτῷ* pro *αὐτῇ* accipiamus, e Vigero disci potest l. l. T. I. p. 165. ed. H.

ἡ ὑπόθεσις τῆ λόγῃ. ἐχέτω ¹⁹ δ' ἐν τῷ καὶ θεραπείαν ²⁰ τινὰ τῶ ἀρχόντος, ὡς ἀποδεχομένῃ ²¹ τὰς τοιαύτας ἀπαντας, καὶ οἶον αὐτῷ ²² χεῖρα ὀρέγοντος. διόπερ καὶ ἐτοιμότερον ὑπήκουσε· καὶ ὅτι ²³ ἦν μὲν καὶ ἀνεῖν τῷτο εὐθὺς περὶ αὐτῆ, πολὺ δ' ἔτι ἐναργέστερον τῇ ὀψει αὐτῇ πέφηνεν ²⁴ ἀτεχνῶς, οἶον ἐκ τῆ προσώπῃ, καὶ τῆς Φαιδρότητας, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ, τῆ εἰδῆς ²⁵ καὶ τῆς πρὸς ταῦτα δεξιότητος Φανερώων γινομένων. ἔτω δὲ ²⁶ προκαταστήσαντον τοῦ λόγον, ἐξῆς ἰτέον ἐπὶ τὸ ἐγκώμιον τῆ βασιλέως, ἐν βραχεὶ ²⁷ τῷτο ποιησάμενον, καὶ αὐτὸ τῷτο ἐπισημνύμενον, ὅτι εὐδὲ ὁ σύμπακ χρόνος ἐξαρκεῖται ²⁸ πρὸς τῷτο, καὶ ὅτι ἑτέρῳ καιρῷ, ἢ τῆ παρῶντος κατακλείσεις ²⁹ δὲ τὸ ἐγκώμιον εἰς τῷτο, ὅτι ἐν τι τῶν καλῶν τῶν βασιλέως καὶ τῷτο, τὸ τοῖστον ἀνδρὰ ἐπιλέξάμε-

¹⁹ ἐχέτω sc. λαγός.

²⁰ Θεραπεία quod a servitii, quod alicui praestatur, notione interdum ad cognatam observantiae transfertur (ut Isocr. Evag. enc. c. κ. ελ. ἡ τοῦ πηδου Θεραπεία observantia dic. qua quis studet populi benevolentiam sibi conciliare) h. l. cum de encomio legati sermo sit, necesse est eam, quae laudando declaretur observantiam innuere. Cfr. infra c. 8. § 13. in. Simil. Θεραπείαν leg. c. 9 §. 3.

²¹ Versio latini interpret. „hinc principis gratia praedicanda, „utpotē tales ad provinciae administrationem mittentis“ ostendit, eum partim pro ἀποδεχομένου aliud quid legisse (forte ἀποελλοῦτος) partim ἀρχόντι ad ipsum imperatorem (βασιλεῖα et τοὺς τοιούτους ad legatos illos retulisse. Verum imperatoris ipsius talibus viris provinciae administrationem demandantis sapientiam rhetor noster alio loco laudari vult (v. quae inira legg. κατακλείσεις δε). Unde patet, τοὺς τοιούτους esse oratores, qui legatum provinciam aduentem salurent, ac benevole ab ille excipi dicantur.

²² Pro αὐτῷ vulgo leg. αὐτοῦ satis otiosum. αὐτῷ refer. ad oratorem, ad quem pertinet seq. ἐπηκουσε.

²³ καὶ ὅτι ἦν μὲν. Dubitari omnino possit primo obtuitu, utrum αὐτοῦ ad ἀρχόντα referri debeat, (ita ut τοῦτο comitatem illam et benevolentiam innuat, qua legatus eiusmodi oratores excipere soleat) an ad ipsum dicentem (ut τόντο significet τὸ ἐτοιμότερον ὑπακούειν). Quoniam ea, quae in seqq. de vultu hilaritate, dexteritatis cuiusdam indicio certissime dicuntur, utrique rationi pariter conveniunt, priorem tamen ideo praefereendam putavi, quod oratorem non decere putabam eo ioco, quo ἀρχόντα erat laudaturus, et de ipsius fama bona (quae innueretur vbb. ὅτι ἦν ἀκούειν τοῦτο εὐθὺς περὶ αὐτοῦ) et de dexteritate qua gaudat, multa dicere. Pervertit sensum latini int. versio obscurior: „cui (princi- „pi) idcirco promptius sit obtemperatum, quod non tantum „auditu perceptum est, sed et manifestius in vultu perspe- „ctum.“

²⁴ Quoniam ἀτεχνῶς haud raro ita dicitur, ut sit i. q. πρό-

fuerit ex omnibus reliquis orator electus, verba faciat, moneatque, non potuisse non hanc dicendi materiem sumi. Contineat oratio eo loco simul verecundam quandam Legati laudationem, quippe qui tales, oratores) nunquam non benevole excipiat, et quasi manum iis porrigat, quapropter orator promptius fuerit obsecutus mandato, addendumque, licuisse quidem (illam legati indolem) confestim audiendo cognoscere, verum multo manifestius absque ulla fraude vultus hilaritate declarari, unde, velut e speculo, mores eius et in his negotiis gerendis dexteritas eluceant. Sic praeparata oratione, confestim ad ipsius imperatoris laudationem accedamus, ita tamen ut paucis ea perfungamur, et id ipsum significemus, vix universum sufficere tempus ad eam recte instituendam, et alii potius, quam praesenti tempori eam convenire. Cuius laudationis haec esse debet conclusio, ut dicamus, inter ea, quae egregie fece-

sus, plane (vd. Ruhnken. ad Timaei glossas Platonni, p. 38.) tamen h. l. omnis reliqua oratio suadet, ut propriam notationem teneamus: sine ullo artificio, ita ut omnis simulatio aliena sit.

25 δεξιότης dexteritas, quam aliquis negotiis quibusdam diutius tractandis adeptus est, facit, ut ipsi minus ardua sint ac molesta. Immo haud raro cara grataque nobis reddantur, quibus adsuefacti sumus. Unde fit, ut plerumque libenter nec sine quadam vultus hilaritate talia agamus. Intelligi munus administrandi provinciam legato commissam, et, quaecumque cum eo sint coniuncta, omnis oratio ostendit. το εθός non incommode h. l. de ipsa illa consuetudine talia negotia tractandi (unde orta dexteritas) intelligi poterit. Nolim tamen adversari, si quis ηθους scribendum putet, ut non dexteritas solum sed omnis omnino animi morumque indoles laudetur.

26 προκατασχάμενος τὸν λόγον dicitur, qui prima eius parte consummanda aditum sibi ad seqq. munit. Eodem sensu, dic. κατασας de prima orationis parte rem ipsam praeparante Hermogeni περὶ συρ. p. 247. coll. Ald. cfr. infra c. 7. §. 4. τῆς αὐτῆς δὲ προκατασας etc. Vd. Ernesti lex. techn. Gr. rhet. sub v. κατασας.

27 Verba: καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐπισημνόμενον addidi e cod. reg. i. cum viderem, partim omnem orationem, his additis, rectius procedere, partim verba illa propter antecedentia his simillima τοῦτο ποιησάμενον facile potuisse textu excidere.

28 ἐξαρκεῖς cum Sylburgio scribendum putavi pro vulg. ἐξαρκῆσαι, qui infinit. unde pendeat non habet.

29 κατακλείσεις edidi pro vulg. κατακλείσας, qui omnis reliqua orat. structura adversatur.

5. C. ξάμενον καταπέμψαι ἐπὶ τὸ 30 αὐτῷ ἔθνος ἢ πόρρω 31 βαλ-
 νοντα τῆς αὐτοῦ 32 προαιρέσεως.

γ'. Καὶ ἐνταῦθ' ἀρχέσθω σοι τὸ ἐγκώμιον τῷ ἡγεμέ-
 νω. 33 χρησέον δὲ καὶ ἐνταῦθα τοῖς ἐγκωμιαστικοῖς λόγοις,
 ἀπὸ γένους, ἀπὸ φύσεως, ἀπὸ ἀνατροφῆς, εἰ μὲν Φανερά
 εἴη. καὶ ἔκαστον ἀκριβῶς διεξίοντα· εἰ δ' ἄδηλα, κατὰ τὸ
 πιθανὸν πράγοντα, ὅτι ἀνάγκη τῶν τηλικύτων καὶ τοιούτων
 πατηξίωμένον, ἢ γένει, ἢ τε φύσει, ἢ τ' ἀνατροφῇ λείπεσθαι
 τινων, ἀλλὰ διὰ ταῦτα προεκκρίσθαι. τὰ γε μὴν Φανερά
 ἀκριβέστερον ἐπισημαινόμενον, οἷον, ἐν νέᾳ ἡλικίᾳ τοιούτος, τί
 χρη προσδοκᾷ εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον· καὶ ὅτι νέος μὲν
 τῇ ἡλικίᾳ, πρεσβύτερος δὲ τῇ φρονήσει. εἰ δὲ πρεσβύτερος,
 ὅτι ἐν πολλοῖς 34 ὅς πεῖραν αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς, εὐκότως καὶ
 τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐπιστεύθῃ· καὶ ὅτι καὶ τότε τῆς εὐμοιρίας
 τῆς περὶ αὐτὸν, τὸ ἐν τῷ γήρα ἀκμάζειν. 35 εἰ δὲ δὴ καὶ
 σαφένος τις προσεῖη τῷ προσώπῳ, μηδὲ τότε παρέργως πα-
 ρατρέχειν. εἰ Φιλόλογος 36 εἴη, ἐγκώμιον παιδείας, καὶ
 ὅτι οἱ πεπαιδευμένοι μάλιστα ἀξιοὶ ἀρχῆς καὶ τοιαύτης ἡγεμο-
 νίας. 37 καὶ εἰ γε τὴν Ῥωμαϊκὴν διάλεκτον εἴη πεπαιδευμένος,
 τοῖς ἀρίστοις 38 τῶν Ῥωμαίων παραβάλλων· εἰ δὲ 39 τὴν
 Ἑλλη-

30 De pron. αὐτοῦ vd. ad §. 2. n. 18.

31 De formula ἐν πόρρω θαν. vd. not. ad c. 2. §. 9. n.

32 Pro vulg. τῆς αὐτοῦ προαιρ. malui e cod. Cant. τ. αὐτοῦ
 προαιρ. edere, ut ambiguitas, qua h. l. τὸ αὐτοῦ non careret,
 evitaretur. Facile poterat αὐτοῦ errore quodam ex antec. re-
 peti. προαιρέσεις ad omnia laude digna consilia et studia in-
 peratoris refer.

Ad omnem huius l. sententiam illustr. conferri possunt
 quae Alexander rhetor de regis encomio, quod in λόγῳ ἐπι-
 βατηρίου (orationibus haberi solitis in laudem patriae, ad
 quam reversus sit orator, vel eius principis) fieri debeat
 praecipit (p. 617. coll. Ald.) εἴτα μὲν ταῦτα ταλὴν εἴπῃς, ὅτι
 τὰς τε ἄλλας χάριτας μεγίστας τοῖς βασιλευσὶν εὐφροῦντας, εἴ
 οἱς ὑπερ ἡμῶν ἀθροῦσι, καὶ ἐπὶ τούτῳ δικαίως ἀν μείζονας ομολογήσαι-
 μέν, ὅτι τοιούτων ἡμῶν καταπεμψάν.

§. 3.

33 ἡγευμένος i. q. alibi ἡγεμῶν s. αρχῶν, legatus Caesaris. Vd.
 Krebsii observ. Flav. p. 61. unde infra inperium eorum
 ἡγεμονία dic. χρησέον edidi pro vulg. χρεῖσθαι ut accusativi seqq.
 διεξίοντα, πράγοντα, ἐπισημαινόμενον haberent, quo referrentur.

34 πεῖραν διδόναι i. q. specimen exhibere, Xenophon memorabb.
 2, 6, 38. et al.

35 ἀκμάζειν dic. et invenilis et virilis aetas, quae gaudet ani-
 mi corporisq. vigore. Vd. B. Findeisen index Isocrat. Evag. encom. sub ἀκμῃ.

fecerit inperator, hoc etiam referendum, quod talem virum elegerit, quem legatum praeficeret genti, studiorum eius vestigia prementem.

ster de duplici λόγων ἐπιτ. genere disserit, paulo longior est
et negligentius structa, ita ut commoda satis et protasi ac-
commodata apodosis desideretur.

§. 2.

²³ Nota vel tironibus formula, ὡς συνελόντι εἶπεν, ut comprehen-
dens (breviter) dicam, verbo.

²⁴ τὴν αὐτὴν sc. ἔδον.

²⁵ Vide quas c. 7. Menex, leguntur, ubi orator diserte lo-
quens de Attica civitate haec dicit: δευτερος δὲ σπαινος δικαίως
ἀν αὐτῆς εἰη, ὅτι ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ ἡ πᾶσα γῆ ἀνείδου,
καὶ ἐφύζωα παντοδαπα, θηρία τε καὶ βότα, ἐν τούτῳ ἡ ἡμετέρα
θηρίων μὲν ἀγρίων ἀγῶνος καὶ καθάρσας ἐφάνη, ἐξελεῖσθαι δὲ τῶν
ζώων καὶ ἐγεννησέν ἀνθρώπων, Cfr. Thucyd. I, 2. Cicero Flacc.
c. 26. Alia scriptorum loca, qui Atticam terram eo nomine
laudaverunt, quod antiquissimis temporibus ex ipsius gre-
gio prodire iusserit incolae, (unde Athenienses haud raro

talibus abundant, et orationum funebrium sermone pedestri scriptarum haud exigua exstet in antiquis pariter, quam in iis, qui paulo ante nos floruerunt, copia. Neque desinemus eas tractare, quamdiu genus humanum permānebit et fati imperium. Haec igitur utriusque orationum funebrium generis componendi ratio tenenda.

§. 2. Oratio funebris (ut paucis rem comprehendamus) mortuorum est laudatio. Quodsi res ita se habet, intelligimus, esse eam ab iisdem locis ducendam, quibus laudationes perficiantur, patriā, genere, indole, educatione, rebus gestis, ita ut quodammodo eadem via incedi debeat. Sic civitatem patriam laudabimus, quod magna sit, illustris, antiqua, et (si forte ita res se habeat) prima inter homines exstiterit (qualia Plato de Attica disputat). Si parva sit, quod per eiusmodi homines eorumque virtutem et gloriam ipsa quoque famam adepta sit (ut Salamis Aiacis, eorumve, qui pugna navali decertarunt, et Aegina Aeaci fortitudine). Neque negligamus, si quid magis honorificum de ea dicendum nobis occurrat (ut Salaminem divinam vocavit Apollo Pythius) v. c. a Deo quodam conditam esse, instar Ioniae, Byzantii, aut alius cuiusdam urbis. In his igitur tractandis copiose versari licebit laudanti eos, qui in bello perierunt. Verum in iis laudationibus, quae ad singulos cives pertinent, non omnino necesse est,

αυτοχθονες dicti) laud. Gottloeber in notis ad Menex. p. 29. et prolegomm. p. 6. 7.

26 *τευτων*, sc. hominum, qui fortitudinem bellicam praestitero.

27 Intell. idem Ajax cuius supra mentio facta (c. 3. §. 4.) Telamonis, regis Salaminii filius. — Quae add. *η των ναυμαχ*, ad nobilissimam pugnam Salaminiam navalem, Ol. 75. in, gestam, qua Persae a Graecis victi, respicere verbo monuisse sufficiat.

28 De Aeaco, in Aegina insula nato, eiusdemque rege nobilissimo, et de patria et de omni Graecia bene merito, vd. Appollod. bibl. 3. 12. 6. et ad eum Heynius p. 778. sqq.

29 Unde haec petierit noster, latere me fateor.

30 Novimus, *Iones* stirpem duxisse ab Ione, quem (Euripide teste) Creusa, Erechthei, Athen. regis, filia ex Apolline clam susceperat. — *Byzantii* conditor exstitisse dic. (vd. Stephanus Byzant. de urbibus, ed. Berckel. T. I. p. 249.) Byzas, Neptuni et Creusae filius.

31 Pro conjunctivo qui vulgo leg. *η* cum Sylburgio (ob antec. *ει*) putavi *ειη* scribendum, loquendi usum ita suadente.

32 *δαφνιδεσθαι* h. l. i. q. copiosum esse in dicendo. Simil.

ὁ πᾶν τι ἀναγκαῖος ὁ πολὺς περὶ τῆς πατρίδος λόγος. ἰτέον
 ἔν ἐπὶ τὰς προγόνους. εἰ οἱ πρόγονοι μὴ ἐπῆλυδες. 33 ἀλλ'
 αὐτόχθονες καὶ εἰ ἐπῆλυδες. ἀλλὰ κρίνει τὴν ἀρίστην γῆν
 λαβόντες, ὁ τύχη· καὶ ὅτι ἢ ἐκ τῆ Δαρικῆ γένες, ὅπερ ἐν-
 δρειότατον· ἢ ἐκ τῆ Ἰωνικῆ, ὅπερ τοφώτατον, καὶ ἔτι Ἑλλη-
 νες. εἰ δ' ἐπὶ τινος εὐκλείας λόγος γίνετο, ὅτι πατρὸς ἀγα-
 θῆ, καὶ πρόγονων, καὶ ἐν βραχεὶ περὶ αὐτῶν εἰπεῖν τὸν
 ἑταῖρον, ὅποιοι δημοσίᾳ, ὅποιοι ἰδίᾳ, ὅποιοι ἐν λόγοις, ὅποιοι
 ἐν βίῳ, καὶ εἰ τι ἐν ἔργοις, ἢ ἐν πράξεσιν. 34 εἰ δὲ τινα τοιαῦ-
 τα ἢ ποιότης τῶν προσώπων παρέχοι ἐκ τῆς φύσεως, ὅτι εὐ-
 φύης εἰς πάντα. κοινὸς δὲ ὁ τοιοῦτος.

γ' Ἐν δὲ τῇ ἀγωγῇ γινόμενοι, ἐπὶ μὲν τῶν κοινῶν τὴν
 πολιτείαν ληφόμεθα, ὅτι ἢ δημοκρατία, ἢ ἀριστοκρατία.
 ἐν δὲ τοῖς ἰδίᾳ τὴν ἀνατροφὴν, καὶ τὴν παιδείαν, καὶ τὰ
 ἐκτελέσματα. ἐν δὲ ταῖς 35 (κοιναῖς) πράξεσιν ὁ μὲν κοι-
 νός

δαφιλεσερον dic. id, cuius usus frequentior occurrit, ap. Dio-
 nys. Halic. de compos. vrb. c. 6 p. 72. T. V. R. — Non
 inepte iubet eos, qui vito in bellis pro patria mortuos lau-
 dant, copiosiores patriae in nationem inuere. Loquitur
 quippe orator non tam ad singulos cives, quam ad omnem
 patriam, quae viros pro ipsa mortuos publice laudari iussit.
 Accedit, quod finis eiusmodi concionum funebrium non mo-
 do ad laudandos mortuos, sed eo quoque pertinebat, ut au-
 dientium pectora nobiliori virtutis bellicae sensu imbueren-
 tur; id quod honorifica patriae commemoratione non poterat
 non com modissime effici. Vd. Ramus l. l. p. 38. 39. Eadem
 ratio est praeepti, quod §. 3. in legitur: ἐπὶ μὲν τῶν κοινῶν
 τὴν πολιτ. ληφόμεθα.

33 Similia his dicc. in Platonis Menex. c. 6. τῆς δὲ ἐγγενείας
 πρῶτον υπήρξε τοῖςδε ἡ τῶν προγόνων γενεσίς, οὐκ ἐπῆλυς οὐσα,
 αὐτὰ τοὺς ἐκγονοὺς τοὺτους ἀποφθναμένη μετοικουντας ἐν τῇ χώρᾳ,
 ἀλλοθεν σφῶν ἡκόντων, ἀλλ' αὐτοχθόνας, καὶ τῷ οὐτὶ ἐν πατρίδι
 οἰκούντας καὶ ζώντας.

34 Vulgo, commate posito post πράξειςιν, haec ita legebantur:
 ἢ τινα τοιαῦτα, ἢ ποιότης τοῦ προσώπου παρέχοι ἐκ τῆς φύσεως,
 ὅτι εὐφύης εἰς πάντα. κοινὸς δὲ ὁ τοιοῦτος. Quae latinus inter-
 pres, (omissis vbb. ἢ τινα τοιαῦτα) non satis perspicue ita
 vertit „vel, si quae ad res gerendas habitudinem ex natu-
 „rae quibusdam signis ipsa personae qualitas suggeret, at-
 „que communis est huiusmodi locus.“ Verum 1) non patet,
 de cuiusnam personae qualitate haec dicantur. Quodsi
 referre velis ad eos, qui antea commemorati fuerint, maiores,
 (προγόνους) hominis mortui oratione laudandi; ob stare vi-
 debis partim numerum singul. εὐφύης, partim ipsius senten-
 tiaae rationem. (Non satis commode enim vitae, morum,
 rerumque gestarum τῶν προγόνων commemorationem exciperet
 eorundem indolis laudatio.) Accedit, quod non facile in-
 telligi potest, cur noster nullam plane indolis (φύσεως)

est, multum excurrat oratio in patriae laudem. Transcensus potius ad maiores praedicandos, si indigenae fuerint, non advenae, aut, etsi fuerint advenae, consulto tamen, non fortuito, praestantissimam terram occupaverint; moneamusque, pertinere eos vel ad Doricam gentem, quae sit fortissima, vel ad Ionicam, quae sapientissima, et Graecos esse. Sin incidat sermo in famae quandam celebritatem, patre et maioribus honestis gaudere dicemus, simulque paucis laudes eorum praedicabimus, quales publice, quales privatim sese gesserint, quales fuerint verbis, omnique vita, et num quid praestiterint rebus gerendis. Sin talia quaedam (laudis argumenta) ipsa hominis qualitas ex omni indole naturali suppeditet, monebimus, cum ad omnia bene gerenda fuisse natum; talem vero omnibus civibus prodesse.

§. 3. Quando ad educationem devenimus, in publicarum quidem orationum argumento versantibus omnis civitatis forma (vel democratica, vel aristocratica) spectanda erit. In privatis vero hominis educatio, insti-

mortuorum ipsorum laudandae mentionem iniecerit, quam in §. 2. ipse retulerat inter locos communes, unde petenda esset mortuorum laudatio; imprimis cum de ceteris locis omnibus separatim quaedam disputaverit. 2. Neque minus offendunt vbb. κοινος ες ο τοιουτος. Quae si ita explicanda putes, ut subint. λογος επιταφιος (talis igitur est concio funebris, quae plurimum, των εν πολεμοις πεσυντων causa habetur), repugnare haec intelligis antecedentibus, quae, ut ipse scriptor supra in vbb. επι δε των κατ' εασον — ιτεον σου, innuit, non tam concionum publicarum quam privatarum causa praecipiebantur. Sin cum lat. interpr. suppleas τοτος (huiusmodi locus est communis) nonnisi otiosissimam lucramur scriptoris admonitionem, cuius additae h. l. nulla idonea apparet causa. Quas difficultates ea, quam coniectura assecutus sum, proposita loci emendatione tolli putabam. Iam enim satis commode licebit omnem locum ad ipsum hominem mortuum, qui laudatur, referre. κοινος vero erit, i. q. qui omnibus prodest, cfr. Isoer. Evag. enc. c. 10. Fiendeisen in indice sub h. v. Interpretes, quos contuli, et codd. mss. nihil fere ad loci lectionem sententiamque rectius constituentem suppeditarunt, nisi quod cod. Colb. pro η τινα τοιουτα leg. η ει τινα et Sylburgius pro η κοιτης scribendum coni. η κοιτης, quae emendatio margini cod. Colb. adscripta.

§. 3.

35 Vulg. lectio η δημαρχ. propter seqq. η αρισκρασια locum habere non potest.

36 Quod verbis: εν δε ταις vulgo additum leg. κοιναις nul-

υὸς ἔξει τὰ κατὰ πολέμους ἔργα, καὶ ὥπως ἐτελεύτησαν. ὥσπερ ἀμείλει ³⁷ καὶ παρὰ Πλάτωνι γε, καὶ παρὰ Θεουκιδίδῃ καὶ τοῖς ἄλλοις εἴρηται. ὁπόταν δὲ περὶ ἐνός τινος λέγωμεν, περὶ τῆς ἀρετῆς κειμήσιον τὸν λόγον, οἶον περὶ ³⁸ ἀνδρείας, περὶ δικαιοσύνης, περὶ σοφίας· ³⁹ ἐν τέτοις ὁποῖος περὶ τὴν πόλιν, ὁποῖος ἰδίᾳ περὶ ἑκάστα, ⁴⁰ ὁποῖος περὶ φίλων, ὁποῖος περὶ ἐχθρῶν· καὶ ἐτι προσεθήτω, ⁴¹ οἷος περὶ γονέων, οἷος ἐν ἀρχαῖς, εἴ γε ⁴² τινὰ ἤρξεν.

δ. Μετὰ ταῦτα δ' ἐν μὲν τοῖς κοινοῖς ἐπὶ τὸ προτρεπτικὸν μεταβησόμεθα, προτρέποντες ἐπὶ τὰ ὅμοια τῆς ὑπολειπομένης. καὶ πολὺς ὁ τόπος ἐτός. ⁴³ εἴτα (ἐτως) ἐπὶ τὸ παρὰ Θεουκιδίδῃ τῶν πατέρων, ὅσοι τ' ἐτι παιδοποιεῖσθαι ἱκανοί, ὅσοι τ' ἔξω τῆς ὥρας ταύτης· καὶ εἴρηται ταῦτα καὶ παρὰ τῷ Θεουκιδίδῃ. ἐν δὲ τοῖς ἰδίᾳ τὸ μὲν προτρεπτικὸν ἐνίοτε μὲν εἰς ὅλους παρελαμβάνομεν, διὰ τὸ τάχα αὖ, εἰ τύχοι, παιδας εἶναι τὰς κατοικομένους· ἐνίοτε δ' ἐπὶ βραχὺ, πλὴν ἐπὶ τοῖς πάνυ ἐνδόξοις. εὐταῦθα γὰρ εἶδεν κωλυοὶ ⁴⁴ καὶ ἐπὶ πλεῖον χρῆσθαι τῷ εἶδει· ⁴⁵ οἶον εἰ ἐπὶ ἀρχοντός τινος καὶ τοῖς τε προσώποις ἐπιτάφιος γίνετο, ἀναγκαῖον παρακα-
λέει-

lum idoneum admittit sensum. Minime enim hic sermo esse potest de publicis negotiis, cum e seqq. pateat, de utroque mortuorum genere (et eorum, qui in pugna pro patria mortem subiere, et eorum, quorum obitus alia fuisse causae) haec dici. In promptu est, voc. νεκρας facile potuisse vel ex antecedd. vel e seqq. in textum irrepere. Ceterum cum scriptor inde ab his vbb. novum proponat de πραῖσι laudandis praeceptum, post επιτηδεύματα plenius interponendum putavi.

57 ὥσπερ ἀμείλει etc. Vulgo leg. ὥσπερ ἀμείλει καὶ ὁ Πλάτων γε, καὶ ὁ Θεουκιδίδης· καὶ τοῖς ἄλλοις εἴρηται. Quae lectio cum omnem orationis structuram vehementer perturbet, merito Sylburgius in ea haesit, ita locum emendandum ratus: ὥσπερ ἀμείλει καὶ ὁ παρὰ Πλάτωνι γε καὶ ὁ παρὰ Θεουκιδίδῃ καὶ τοῖς ἄλλοις εἴρηται (sc. λογος επιτ.). Putavi tamen eam quam proposui emendat. loquendi usui magis convenire. Nam eodem modo (ut alia multa exempla taceam) §. seq. dic. καὶ εἴρηται ταῦτα καὶ παρὰ τῷ Θεουκιδίδῃ.

38 Recepi codd. lect. ἀνδρείας, pro ἀνδρείας quod in add. leg. Vd. not. ad c. 3. §. 3.

39 Vulgo post σοφίας ita legeb. οποιος περὶ τὴν πόλιν· ἐν τοῖς τοῖς οποιος ἰδίᾳ περὶ ἑκάστα, οποιος etc. Res ipsa docet, rectius legi verba eo, quem exhibuimus, ordine. Virtutes antea commemoratae, fortitudo, iustitia, sapientia, ita poterant debebantque praedicari, ut partim, quae omni civitati, partim, quae singulis civibus specimina earum exhibuerit, quaereretur. Id expr. formula ἐν τοῖς τοῖς: ubi in his sc. virtutibus laudandis versamur.

institutio, studiorumque ratio. Res gestas quod attinet, orationes publicae, quae in bellis fortiter gestae sint, et vitae exitum laudabunt (quod in Platonis, Thucydidis, aliorumque orationibus factum videmus). At, ubi de singulis dicimus, singulas virtutes laudabimus, ut fortitudinem, iustitiam, sapientiam. Quo loco significandum, qualem sese et erga omnem civitatem, et erga singulos, erga amicos et inimicos gesserit, addendumque insuper, qualis fuerit erga parentes, qualis in magistratu (si quam eiusmodi provinciam administravit).

§. 4. His peractis in orationibus publicis ad eam partem progrediemur, qua superstites admonendi, ut illis similes evadant. Qui locus satis copiosus. Tum dicenda quaedam in solatium parentum, sive etiamrum apti sint liberis procreandis, sive hanc aetatem excesserint. Talia Thucydidem quoque protulisse novimus. In privatis vero cohortationem illam nunc plane omittimus, si forte pueri sint, qui diem obierint, nunc breviter pertractamus, nisi homines fuerint admodum insignes; ubi nihil impedit, quo minus hac in re copiosius versemur. Ita, quando oratio funebris ad obitum magistratus cuiusdam, aut alius eiusmodi hominis pertinet, necesse est pueros cohortemur, ut ipsorum parentes imitentur et ad similia adspirent. Magis vero

neces-

40 Vulg. lectio *περι σωφρα* (quam Sylb. in *περι σωφρου* mutandam putat) potest omnino eo defendi, quod Graeci interdum indefinitius loquentes haud raro neutro plur. utebantur.

41 Recepi cod. Cant. lectionem *προσεθεντω*, e qua haud dubie vulgaris lectio depravata *προσεθεντω* (a Sylburgio in *προσεθεντω* mutata) orta est.

42 *εἰ γὰρ τίνα* cum Wolfio legendum putavi pro vulg. lect. sensu destituta *ἐν τίνα*.

§. 4.

43 Qued vulgo post *εἴτα* additur *οὕτως* li. I. plane otiosum est, ortumque ex antecedd. *καὶ πολὺς οὗτος αὐτός*.

44 Recte vidit Sylb. post *οὕτως* sequentis optativi causa desiderari *ἀν*, nisi legatur *κωλύει* — *ἐπὶ πλείον*, i. q. maiori orationis copia, ut antea *ἐπὶ βραχυ*, i. q. paucis. Vd. de hoc loq. usu Vigerus in lib. laud. ed. Herm. T. II. p. 628.

45 Vag. *εἰ* vulgo perperam abesse recte vidit Sylburgius.

5. C.

λεύεσθαι τοῖς παισὶ μιμεῖσθαι τὰς ἐκυτῶν τοκίας, καὶ ἐπὶ τὰ
 ὅμοια σπεῦδειν. ἀναγκαιότερος ⁴⁶ δὲ ὁ παραμυθητικός παρα-
 μυθημένων ἡμῶν τὰς προσήμοντας. δεῖ δ' εἶναι ⁴⁷ καὶ τὴν
 μέθοδον τῆ παραμυθητικῆς. ἡ γὰρ ὁρῶμεν, ⁴⁸ εἰ ἀπολοφύ-
 ρεσθαι τὰς ἀποθανόντας. ἡ γὰρ ἐν παραμυθίᾳ τὰς ὑπο-
 λειπομένους, ἀλλὰ μείζον τὸ πένθος παρασκευάζομεν· καὶ ἡ
 δόξει εἶναι τῶν κατοικομένων ἔπαινος, ἀλλ' ὀλοφύρμης, ὡς τὰ
 δεινότερα παθόντων. πειρᾶσθαι δ' ἐν τῇ παραμυθείᾳ καὶ
 ἐνδιδόναι ⁴⁹ τῇ πάθας τοῖς ὑπολειπομένοις, καὶ μὴ ἐντιτε-
 νειν εὐθύς· ῥῆξον γὰρ ἐπαχόμεθα. ⁵⁰ αἶμα δὲ καὶ ἔπαινον ἔξει
 ὁ λόγος, εἰ λέγοιμιν, ὅτι ἡ ἐχθρὸν ἐπὶ τοῖς τοῖστος ῥῆξον φέ-
 ρειν. ἐπειδὴ δὲ οἱ ἐν πολέμῳ τελευτήσαντες ὅμοιοι ταῖς ⁵¹
 ἡλικίαις, εἴτε ἀπὸ τάτων ⁵² ἔξομεν εἰς παραμυθίαν ἐπιχει-
 ρεῖν. ⁵³ πλὴν ὅτι ἐνδοξως ἀπέθανον ὑπὲρ τῆς πατρίδος· καὶ
⁵⁴ (ἔγω;) ὅτι ταχύς καὶ ἀναίδητος ὁ τοῖστος θάνατος, καὶ
 ἐκτὸς βατάνων καὶ τῶν κακῶν τῶν ἐκ τῆς νόσθ· ὅτι δημοσίως
 ταφῆς ἔλαχον· ⁵⁵ ζῆλωτόν δὲ τὸτο καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα· καὶ
 ἀδάκρυτος αὐτῶν ἡ δόξα.

ἡ Ἐπὶ δὲ τοῖς κατ' ἕκαστον καὶ ἀπὸ τῶν ἡλικιῶν πολ-
 λὰς ἀφορμὰς (παρέξει) ⁵⁶ ὁ λόγος εἰς παραμυθίαν· εἰ μὲν
 τις

46 Recte αναγκαιότερος in cod. reg. i. leg. pro vulg. αναγκαιο-
 τερον.

47 Singularem de λογῷ παραμυθητικῷ commentationem vide
 apud Alexandrium rhet. in libro sapientis laud.

48 ου γὰρ ὁρῶμεν εἰς Simil. Alexander rhetor περὶ ἐπιταφίου
 (p. 632. Ald.) praecipit: μετὰ τοῦτο το κεφάλαιον θήσει κεφα-
 λαίον ἕτερον το παραμυθητικόν πρὸς ἀπαν τῶ γενέσθαι, οἱ δὲ οὐκ ὁρῶ-
 νειν. πολιτεύεται μετὰ τῶν ὁσων, ἡ το ἡλικίαν ἐκτελεῖον. Idem
 περὶ παραμυθητικῶν (p. 630. Ald.) χρη μὲν γὰρ τοῖς μεν θύοντα
 ὁρῶμεν, εἰς οσα εὐχεται κακα τον δ' αὐ θύοντα καὶ κακῶν παταυ-
 μενον χαιρουντας, καὶ εὐφημουντας εκτεμπειν δομων. Cfr. infra
 §. 5.

49 ἐνδιδόναι του παθους (scil. μέρος τι) τοις υπολειπ. indulgere
 quodammodo debet doleri superstitionem orator eo quod signi-
 ficet, se quoque sentire, quam gravem illi fecerint iacturam.
 Metaphoram a frenis, quae remittantur, petitam esse docet
 oppos. ἀντιτενειν.

50 ἐπαγεσθαι interdum de oratoribus dic. qui animos dicendo
 tenent, sibi que conciliant. Ita ἐπαγεσθαι ακουας (aures per-
 mulcere) Dionys. Halic. de composit. vbb. c. 3. p. 14. T. IV.
 ed. R.

De omni praeepto cfr. Alexander περὶ λογου παραμυθητι-
 κῶν, ubi oratorem ita loquentem inducit: διο (scil. propter
 tot tantasque virtutes mortui) οὐδε μεμφομαι πεθοντας καὶ
 ζητουντας τον τοιουτον, καὶ τον επ' αυτον ὁρῶμεν αυξῆσαι (scri-
 bendum puto αἰζοντας) ως εὐδεχεται.

51 De voc. ηλικία vd. not. II. ad §. 11.

necessaria ibi propinquorum mortui consolatio, cuius recte instituendae rationem cognosci oportet. Abstinendum enim a luctu et lamentatione mortuorum. Talibus quippe non consolabimur superstites, sed augebimus dolorem, neque videbimur laudare mortuos, sed ita lugere, quasi acerbissima iis acciderint. Simul vero in eo nobis elaborandum, ut dolori superstitum quodammodo indulgeamus, neque statim renitamur, quo facilius eorum animos nobis conciliemus. Neque omni mortuorum laudatione carebit haec orationis pars, si dicamus, non facile talium virorum obitum aequo animo ferri. Iam quum in eorum obitu, qui in pugna ceciderunt, nullum inveniatur temporum discrimen, nihil omnino inde licebit solatii parare, nisi quod gloriosam pro patria mortem, eandemque cito et absque sensu doloris morbiue cruciatibus et molestiis subierint, quod publicum iis contigerit funus (quale et posterorum studiis dignissimum, quod gloriam immortalem fuerint consequuti.

§. 5. In privatis vero orationibus multa omnino consolationis argumenta ex ipsa temporum ratione nobis suppeditabuntur. Quod si quis subito et sine dolo-

te

52 Obscurior mihi videtur nota Sylburgii ad h. l. „cum των των subaudiendum των ηλικιων vel των ισηλικων, alioqui legendum foret απο τουτου subaudito in fine periodi και αυτοι. τουτων omnino non potest nisi ita intelligi, ut subint. ηλικιων, neque est, quod aliquis in eo haereat, cum infra §. 5. in eodem modo dicatur: επι δε τοις καθ' εαυτον και απο των ηλικιων πολλας αφορμας.

53 επιχειρειν Quanquam form. επιχειρειν εις τι de eo adhibita, qui sibi argumenta parat ad aliquam rem comprobendam, minus usitata videtur, tamen non video, quidni επιχειρειν eodem iure ita dici potuerit, quo επιχειρηματα et επιχειρητις saepissime de argumentationis artificio dic. Unde Sylburgio concilianti scribendum esse επιφερειν adsentiri nequeo.

54 Voc. ουτως, sive vulgarem loci lect. retineas, sive cum Sylburgio ita interpungas: της πατριδος, και ουτως· επι ταχυς etc. h. l. parum commodum videtur, ortumque e seqq. ο τοιουτος θανατος.

55 Quanquam parum referre videtur, utrum vocabulo ζηλου h. l. optandi, an studiose ambiendi notionem tribuas, malim tamen posteriorem tenere, ut denuo respiciatur ad προτρεπτικον illud (§. 4.) in quo praecipue solerent eiusmodi conciones funebres versari.

§. 5.

56 παρεξει. Non recte patet, quomodo oratio ipsa (λογος) dici

εις ἄφω τελευτήσῃς καὶ ἀλύπως, ὅτι μακαρίως αὐτῷ ἡ τε-
 λευτὴ συνήνεχθη· 57 εἰ δὲ τις νόσω καὶ πλὺν χρόνον νοσή-
 σας, ὅτι γενναίως ἐνεκαρτέρησεν ἐν τῇ νόσῳ· ἢ εἰ τις ἐν πῶ-
 λέμῳ, ὅτι ὑπὲρ 58 τῆς πατρίδος ἀγωνιζόμενος· ἢ εἰ τις ἐν
 πρῶβει, ὅτι ὑπὲρ τῆς πόλεως· καὶ ἢ ἐν ἀποδημίᾳ, ὅτι
 εὐδὲν διενήνοχε· „Μία γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ οἶμος, 59 κατὰ τὸν
 „Αἰσχύλον, εἰς ἃς Φέρουσα·“ εἰ δὲ τις ἐν τῇ πατρίδι, ὅτι
 ἐν τῇ Φιλότητι καὶ τῇ γειναμένη καὶ τοῖς οἰκειοτάτοις παισὶν· 60
 ἀπὸ ἡλικίας, εἰ μὲν νέος ὢν τῆτο πάθος, ὅτι Θεοφιλής· τὰς
 γὰρ τοιαύτας Φιλᾶσιν οἱ Θεοί· καὶ ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν πολλὰς
 ἀνῆρπασαν, οἷον 61 τὸν Γανυμήδην, τὸν Τιθωνόν, τὸν Ἀχιλ-
 λέα, 62 μὴ βελομένοι αὐτὰς ἐν τοῖς κακοῖς τοῖς ἐν τῇ γῇ κῶ-
 λινδαῖσθαι, 63 ἢ πλὺν χρόνον ἐγκατοραρυῖσθαι τὴν ψυχὴν ἐν
 τῷ 64 σώματι, ὥσπερ ἐν τάφῳ, ἢ ἐν ἐσωματηρίῳ, μὴδὲ δε-
 λεύειν δεσπόταις κακοῖς, ἀλλ' ἐλευθερεῖν· καὶ μακάριοι Φεύ-
 γοντες τὰ ἀλγεῖνά τὰ βίᾳ, καὶ τὰ πάθη τὰ συμπίπτοντα τοῖς
 ἀνδράποικις, μυρία ταῦτ' ὄντα καὶ ἄπειρα· ὁ Φαλαῖαν κηρώσεις,
 ποδῶν, ἑτέρᾳ τινὸς μέρεος τῶ σώματος, καὶ ὅτι τῷ ὄντι ἡ νό-
 σος ἀλγεινοτάτη· εἰ δὲ μέσθην τὴν ἡλικίαν, ὅτι ἐνακμάσας
 τῷ βίῳ, καὶ ἐν ᾧ δεῖγμα τῆς ἀρετῆς τῆς ἑαυτῇ παρέσχες· καὶ
 εἰ ποδόμενος, ἐκ ἀρετῆς ἤδη διὰ τὸ γῆρας γινόμενος, ἀπῆλθες
 τῆ βίᾳ, ἀλλ' ἐν ἡλικίᾳ· 65 εἰ δ' ἐν γῆρᾳ τις τελευτήσῃς,
 ὅτι

possit e temporum ratione multa consolationis argumenta
 suppeditare. Malim pro παρεῖσι simpl. ἐξεῖ legere.

57 συνήνεχθη. συμΦερεσθαι h. l. accidere, evenire sign. Ita hi-
 storiarum scriptoribus eventa saepius τα συνενεχθεντα dicun-
 tur. Cfr. D'Orville ad Charit. p. 638. ed. Lips.

58 Artic. τῆς ante πατρίδος male deest in cod. Colb.

59 Locum Aeschyli, unde haec petierit scriptor, frustra
 quaesivi.

60 ηλικία h. l. sensu maxime usit. de aetate hominis dici seqq.
 docent.

61 Notas puto fabulas, quae ad Ganymedem et Tithonum
 pertineant, Troianos iuvenes venustissimos, quorum illum
 Iupiter, hunc Aurora propter eximiam pulcritudinem subito
 e mortalium numero abstulisse diceretur. Cfr. Apollod. II,
 II, 2, et III, 12, 4. Heynius p. 755.

62 Achillem in beatorum insulas (νησους μακάρων) deporta-
 tum nonnullos vet. praedicasse patet e loco Plat. Sympos.
 c. 7. §. 4. p. 21. ed. Wolf. ουχ' ὥσπερ Ἀχιλλεα, τὸν τῆς ἑστι-
 ᾶδος υἱὸν ἐτιμήσαν, καὶ εἰς μακάρων νησους ἀπεπεμψαν, ὅτι πε-
 πεισμένος παρα τῆς μητρὸς, ὡς ἀποθανοῖτο ἀποκταίνας Ἑκτορα, μὴ
 ποιήσας ἐς τοῦτο οἰκὰδ' ἐλθὼν γῆραιος τελευτήσῃς, ἐτομήσεν ἐλε-

re diem obierit, felicem mortem ei contigisse dicemus; sin morbum, eumque diuturnum sustinuerit, eum dolores fortiter pertulisse; si in bello ceciderit, obiisse pro patria pugnans; si in legatione, pro civitatis salute mortuum esse; si peregrinans, nil referre, cum una eademque via (ut Aeschyli verbis utar) ad inferos ducat (omnes); sin in ipsa patria, subisse fatum in ea terra, quae ipsi esset carissima, et parens alma, et inter liberos ipsi coniunctissimos. Item ex aetatis ratione talia petere licebit. Quodsi adolescens obierit, Diis esse amicum dicemus, quippe qui tales soleant benevolentia complecti; multosque veterum eodem modo Deorum interventu subito fuisse ablatos, ut Ganymedem, Tithonum, Achillem, cum Diis placuisset, ut huius vitae humanae tempestatibus non agerentur, neque diutius animum corpore velut sepulcro aut carcere inclusum haberent, dominisque duris servirent, sed liberarentur; omninoque beatos esse, qui vitae calamitates et mala, quae hominibus accidere soleant, innumera-bilia ea et immensa, effugiant, qualia sunt coecitas, claudicatio; aliusve membri mutilatio (siquidem morbi alias omnes calamitates acerbitate superant). Sin mediam aetatem attigisset, in ipso vitae flore obiisse dicemus eo tempore, quo virtutis ipsius specimina ederet, ideo-

οἶαι βόηθῆσαι τῷ εὐραχῇ Πατρικῷ, καὶ τιμωρῆσαι οὐ μόνον υπερ-
αποθανεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀπαποθανεῖν τεταλευτηκῇ. Οὐδὲν δὲ καὶ
υπεραγασθέντες οἱ θεοὶ διαφίροντως αὐτὸν ἐτιμῆσαν, ὅτι τὸν εὐραχὴν
οὕτω περὶ πολλοῦ ποιεῖτο. Ib. §. 6. dic. διὰ ταῦτα καὶ τὸν Ἀχιλ-
λεῖα τῆς Ἀλκίηςδος μάλλιν ἐτιμῆσαν, εἰς μάκαριων νησους ἀποπεμ-
ψάντες. Idem testatur Scolion in Harmodium et Aristogit.
in Brunckii Anaer. p. 84. Pindarus Olymp. β', 143.

63 Non spernenda lectio codd. reg. i. et Colb. καλινδισθαι. Utrumque enim, et κυλινδ. et καλινδ. est: volvi, volutari, soleique et ad loca transferri, ubi quis diligentius versatur, et ad negotia aut mores, quibus adsuotus est; ita tamen ut fere semper cum aliqua reprehensione dicatur. Cfr. Bergler ad Alciphronis epist. l. i. ep. 23. p. 132. edit. Wagneri. Eadem lect. varietas obtinet in Platoni Phaedone c. 30. et c. 33.

64 Cfr. Platoni Phaedon c. 33. in. ubi Socr. ψυχὴν δicit ἀτι-
ως διαδεσμευμένην ἐν τῷ σώματι καὶ πρόσκεικολλημένην ἀναγκαζο-
μένην ὅς ὡσπερ δι' εἰργμῶν, διὰ τούτου σκοπεῖσθαι ταῦτα; add.
c. 10. in.

65 ἡλικία cum h. l. manifesto et a prima inventute et a sen-
-

ενεκα

ὅτι εἰς πᾶσαν ἀπέλυσιν τῶν ἐν τῷ βίῳ καλῶν συνεμετρήθη δὲ αὐτῷ ὁ χρόνος. ἐν τῇ τῷ παρατιθέναι ἀναγκάδην, ὅποτα ἐν πανηγύρεσι τερπνὰ, ὅσα ἐν γάμοις, παιδοποιίαις, τιμαῖς παρὰ τῆς πατρὸς· ταῦτα γὰρ ἡ πλείων περίοδος τῆς χρόνου παρ' ἑχεν εἶωθεν· καὶ ὅτι λιπαρὸν ὅτι γῆρας κατὰ τὸν Νέσωνα ἐβίωσεν, ὃς τὰτα ἐνέκεν ἐνδίστριψεν, ἵνα παράδειγμα γένηται τοῖς ἄλλοις, καὶ μάλιστα εἰ ἐνδοξον εἴη τὸ πρόσωπον. ἐπὶ τέλει δὲ περὶ ψυχῆς ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ὅτι ἀθάνατος, καὶ ὅτι τὰς τοιαύτας ἐν Θεοῖς ὄντας ἀμεινον εἰκὸς ἀπαλλάττειν· ἀρχαῖς δ' ἐνίοτα αὐτὸ παρέξει τὸ πρόσωπον ἰδίᾳ καὶ μὴ κοινᾷ· οἷον ὅτι ἀπὸ λόγου εἴη, ὅτι ἀκόλαστον τοῖς λόγοις εὐφημεῖν αὐτόν· ἢ εἴπερ ἐπὶ ἑτέροις αὐτὸς τι τοιαύτον εἰρηκῶς εἴη, ὅτι τὸν αὐτὸν ἔρχον καὶ τῇ αὐτῇ ἀποδοτέον· ἢ ὅτι ποτ' ἂν ἡ ιδιότης τῆς πρώτης παρέχοι.

δ. C.

δ. C.

ζ'. Ἡ δ' ἀπαγγελία ποικίλη, ἐν μὲν τοῖς ἀγωνιστικοῖς συνεπραμμένη ἐν δὲ τοῖς ἐνδόξοις καὶ μέγεθος ἔχουσιν, οἷον ὅσα περὶ ψυχῆς, δηρημένη καὶ μέγεθος ἔχουσα καὶ ὀγγυς βλίνεσα τῆς τῆς Πλάτωνος.

ΚΕΦ.

estate distinguatur, patet idem esse quod μῆση ἡλικία (aetas virilis). Cfr. D'Orvillius ad Charit. p. 273 ed Lips. Loesneri observatt. Philonn ad Ioannis ev. 9, 11.

66 συνεμετρήθη. Praeterendam putavi hancce codd. reg. 1. et Colb. scripturam vulgatae: συνεμερίσθη, quod per usum loquendi vix poterit pro: tributum, concessum est (hoc temporis spatium) accipi, quum contra συμμετρεῖσθαι τινι recte dicantur ea, quorum magnitudo s. multitudo ita definitur, ut ratio habeatur eorum, quorum rationem maxime haberi oporteat.

67 De voc. λιπαρὸν vd. c. 3. §. 5. n. 36.

68 Vd. c. 2. §. 6.

69 De voc. εἶωθεν vd. c. 2. §. 1. n. 7.

70 Pro vulg. παρῆχει grammaticis ratt. ductus edidi παρῆχοι, ut supra §. 2. ei de τινα — παρῆχοι et alibi recte leg. Miror, quod Sylburgius παρέχῃ scribi voluerit.

71 Lectionem codd. αγωνιστικοῖς ut praeferrem ei quae vulgo in edd. exstat, αγωνικαῖς, ipso loquendi usus suadebat. Frequentissime enim formulae: λεῖς αγωνισικῇ, το αγωνισικόν, s. τα αγωνισικα (non item λεῖς αγωνικῇ s. το αγωνικόν) apud rhetores vett. occurrunt. Cfr. Ernestii lex. technol. Gr. rhet. sub v. αγωνισικῇ λεῖς, τα αγωνισικα propr. ea, quibus contentio inest (unde λεῖς αγωνισικῇ elocutio orationibus forensibus, in quibus orator cum adversario contendit, ac commodata dic.) h. l. ea innumere arbitror, quae praecipuas rei confirmationes continent. Vocantur enim interdum ipsae confirmationes αγωνες, quippe quarum apta tractatione omnis

7 pertinent ad eos qui fortiter pro patria pugnando (ἀγωνίζοντες) ceciderunt.

ideoque non molestum aliis ob senectutem (infirmam) sed desideratum vegeta aetate vita discessisse. Sin senex mortuus fuerit, longius vitae tempus ei constitutum fuisse, ita ut omnia vitae gaudia posset experiri. Commemoranda ibi, quae conventibus publicis, et nuptiis celebrandis, quae liberis procreandis, honoribusve a patria accipiendis grata ei acciderint (talìa enim longior vita plerumque suppeditat), monendumque, eum Nestoris instar (qui propterea diutius inter vivos versatus fuerit, ut aliis esset exemplo) laetam senectutem peregissee (inprimis si dignitate fuerit conspicuus). Sub finem de anima verba faciamus necesse est, esse eam immortalem, nec potuisse non talibus hominibus vita defunctis meliorem contingere sortem, versantibus iam in ipsa Deorum societate. Exordia orationum propria plane nec vulgaria interdum ipsa personae ratio suppeditabit. Ita (v. c.) si dicendi fuerit peritus, par esse monebimus, dicendo eum celebrare; sin ipse alios eiusmodi orationibus laudaverit, eandem mercedem ipsi esse tribuendam; itemque aliis omnibus utamur, quae personae qualitas praeberit.

§. 6. Elocutionem variam esse oportet; contortam quidem in iis, quae contentionis aliquid habent, distinctam vero, sublimem, propiusque ad Platoniam accedentem in iis, quae sunt illustria, et magna (qualis est locus de anima).

CAPUT

orationis contentio praecipue nititur. (Cfr. Ernesti l. l. sub v. *αγων*.) Quo magis contorta autem et quasi condensata elocutione illae offeruntur, eo gravius feriant audientium animos. Hinc omni omnino orationum forensium generi talem elocutionem accommodatissimam putabant rhetores vet. cfr. Cic. orator c. 20. Dionysii Halic. iudicium de Lysia c. 6. p. 464. T. V. ed. Reisk.

72 De voc. *ευνεστραμμενη* vd. ad c. 5. §. 7. n. 56.

73 Recepti verissimam cod. Cant. scripturam *διηρημμενη* (vd. c. 1. §. 8. n. 64. c. 5. §. 7.) cum vulgo male legeretur: *διηρμμενη*.

74 Quae tam illustria sunt et sublimia, ut copiam ornatumque orationis maiorem vel efflagitent vel admittant, ea non contrahenda dicendo, sed amplificanda et dilatanda, ita ut propius ad Platoniam dictionem accedas, cuius interdum

F

ΚΕΦ. Ζ'.

Προτρεπτικὸς ἀθληταῖς.

4.C. ἂ. Ἀπόλαβος ἂν εἴη, καὶ, ὡς εἴποι τις, συναφής, ὧς
 Ἐχέκρατες, καὶ ὁ ἐν ταύταις ¹ ταῖς πανηγύρεσι λεγόμενος
 λόγος, ἐκ εἰς αὐτὴν μέντοι τὴν πανηγύριν, ἀλλ' εἰς τὰς ἀντα-
 γωνίας ² τὰς ἐν τῇ πανηγύρει, καὶ τοῖς (ἀγωνισταῖς) ³ ἀθ-
 ληταῖς δὴ περὶ οὗτοῦ προτρεπτικὸς ἔστος λεγόμενος. ⁴ συνεπτέον ἔν
 πρῶτον εὐθύς, ὅς τις ποτὲ εἴη ὁ λέγων. νῦν μὲν γὰρ ἴσως πο-
 λίτης, νῦν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν περὶ τὸν ἀγῶνά τις· ὡς ἐγὼ
 οἶδα καὶ Ὀλυμπιαῖσι καὶ ἐπ' ἐμῇ τῷ γενόμενον, καὶ Πυθοῖ,
 καὶ

nimia adeo fuit copia in rebus exornandis. Vd. Dionysii Halic. epist. ad Cn. Pompeium c. 2. (T. VI. ed. Reisk.)

De formula γγυς βαλ. vd.c. 2. §. 9. n. 69.

Caput VII.

§. 1.

1 Verba: ἐν ταύταις ταῖς πανηγ. satis clare innuunt, caput VII. non esse suo loco collocatum, sed rectius inseri post c. 1. ubi scriptor multum diuque de πανηγυρεσι et λόγοις πανηγυρεσιν dissecuerat. Vd. prolegg.

2 ἀνταγωνιστὰς i. q. simpl. αγωνιστὰς s. ἀθλητὰς.

3 Patet, vel delendum esse αγωνισταῖς s. ἀθληταῖς, vel post αγωνισταῖς inserendum καὶ (ita ut αγωνισταῖς ad certamina musica, ἀθληταῖς ad gymnica pertineat. Cfr. c. 1. §. 1. n. 8.) Malim tamen priorem rationem sequi delendo voc. αγωνισταῖς, cum partim facile potuerit ex antecedd. τοὺς ἀνταγωνιστὰς (haud insolito libratorum errore) oriri, partim loquendi usui minime repugnet, vocabulo: ἀθληταῖς (omisso αγωνισταῖς) latiore illam significat. tribuere, qua ad eos, qui in musicis certaminibus contendunt, pariter quam ad eos, qui gymniciis certant, referatur. Cfr. Fabri Agonisticon l. 1. c. 2. Zeibichii athleta παραδοξος (Viteb. 1798. 8.) p. 191. sq. Accedit, quod omnis sequens disput. sponte docet, rhetorem nostrum de λόγοις illis προτρεπτ. magis gymnycorum, quam musicorum certaminum ratione habita praecipisse. —

Omnis illa consuetudo orationibus athletas certamina subituros ad fortitudinem et constantiam cohortandi, scriptoris nostri aetate diligenter observari solita, (vd. seqq. et §. 2. ex.) quando primum observari coeperit, non ausim accuratius definire. Certum tamen, iam antiquis temporibus brevem quandam athletarum cohortationem obtinuisse. Vd. Fabri Agonisticon l. 2, c. 31. 32.

CAPUT SEPTIMUM.

De athletarum cohortatione.

§. 1. Hanc proxime excipit, eidemque, ut ita dicam, contigua est, mi Echebrates, oratio in hisce ipsis conventibus publicis dici solita, quanquam non in ipsius conventus publici laudem recitatur, sed ad eos, qui in ludis Panegyricis certamina subeunt, pertinet, unde orationis Athletas cohortantis nomine venit. Ac primum quidem omnium id spectandum, quisnam sit orator. Nunc enim civium aliquis esse solet, nunc eorum, quibus certaminum cura est commissa, quod mea aetate et in Olympicis, et in Pythicis aliisque certaminibus

4 Omnis locus vulgo pessime depravatus ita legebatur: σκεπτεόν οὖν πρῶτον εὐθύς, ὅστις ποτὰ ὁ ἀγών· ὡς ἐγὼ γ' οἶδα καὶ Ὀλυμπιάτι καὶ ἐπ' ἐμοῦ τοῦτο γινόμενον, καὶ Πυθοί, καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ εἰσι· νῦν μὲν γὰρ ἴσως πολέτης, νῦν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν περὶ τὸν ἀγῶνα τις. ἐγὼ δ' ἤδη καὶ τὸν ἀγωναζέτην εἶδον ἀγωνιστὴν τούτου τοῦ λόγου γεγεννημένον. In his primum non patet, cur inbeat noster oratorem primum omnium de eo quaerere, quale sit certamen illud, cuius causa λόγος προτρέπτ. recitetur (ὅστις ο ἀγών ειη)? Nē verbulum quidam de illo certaminum discrimine ab oratore spectando in seqq. praecipitur. Contra principium (exordium) eiusmodi orationum satis commodum ipsam dicentis personam suppeditare diserte monet §. 2. in. cum §. 1. ex. significasset, nunc agonothetam, nunc alium quendam hanc dicendi provinciam suscipere. Nonne haec sole clarius ostendunt, rhetorem non ο ἀγών sed ο λεγών scripsisse? Tum in iis, quae vulgo proxime sequuntur: ὡς ἐγὼ γ' οἶδα — πολλαχοῦ εἰσι, cum vocab. εἰσι tum hoc maxime offendit, quod omnis locus non habet quo commodè referatur. Non facile enim alicui in mentem veniet locum ita explicare, ut partim Olympiae, partim aliis locis quaeri dicatur, qualis sit ille, qui dicendi provinciam susceperit. (Mira sane haec foret praeccepti propositi confirmatio!) Unde transpositione locum, ita sanandum putavi, ut omnem enunciationem: ὡς ἐγὼ γ' οἶδα — πολλαχοῦ post verba: νῦν μὲν — περὶ τὸν ἀγῶνα τις insererem, deleta vocula εἰσι (quam ideo nolebam cum Fabro in Agonist. l. 2. c. 31. in εἰ mutare, quod εἰ quoque h. l. prorsus otiosum esse intelligebam). Recte enim scriptor noster probaturus id, quod modo dixerat, nunc aliquem eorum, qui curent, quae ad ludos pertineant, nunc alium quendam civem dicendi provinciam suscipere, universe poterat ad exempla provocare.

καὶ ἄλλοθι πολλαχῆ· ἐγὼ δ' ἤδη καὶ τὸν ἀγωνοθέτην ⁵ εἰ-
δὸν ἀγωνιστὴν ⁶ τέτε τῆ λόγε γεγενημένον.

β'. Τὰς γὰρ ἀρχὰς ἴσως πε καὶ ἐνταῦθεν τις ἐκ ἀπὸ
καιρῶ ποιήσεται. εἰ μὲν πόλιτις εἴη, ὅτι καὶ αὐτὸς, πει-
θεῖς τοῖς ἀγωνοθέταις καὶ (περὶ) ⁷ τῷ τῆς πόλεως νόμῳ,
εἰς τὸν ἀγῶνα καθήκεν αὐτόν, καὶ παρεβάλετο κινδύνῳ οὐχ'
ἦττον ὄντι ἐργῶδει· ἐκεῖνος μὲν γὰρ σώματος, ὁ δὲ ψυχῆς·
χαλεπώτεροι δὲ οἱ ἀγῶνες οἱ τῆς ψυχῆς, ἢ τῆ σώματος.
ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἀγωνίας ⁸ τῶν σωμάτων καὶ Φαινῶρα ἢ νίκη,
καὶ ὑπὸ τοῖς ὑφ' Ἀλμοῖς, ἡ περ ἐναργεστάτη τῶν αἰσθήσεων·
ἐτι δὲ καὶ ⁹ βραβευτῆς ἐφέσηκεν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ ¹⁰ κρείττων
τῆ παρὰ τῶν ἄλλων φθόνα. ¹¹ ἡ δὲ κρισις ἐκ ἐφ' ἐνί, ἀλλ'
ἐπὶ

5 καὶ τὸν ἀγωνοθέτην. Solebant certaminibus praeesse ludorum
moderatores, qui non modo omnia, quae ad ludos recte in-
stituendos pertinerent, curarent, sed etiam de poenis, qui-
bus interdum adficerentur ii, qui contra leges agonisticas
peccassent, pariter quam de victoria eiusque praemiis iudi-
carent, dicti ἀγωνοθεταὶ et ἀθλοθεταί, cum ipsa illa ludorum
cura et moderatio θεσις τῶν ἀγωνίων s. το τιθεναὶ τὸν ἀγῶνα, et
ἀγωνοθετεῖν appellaretur. Illustriores ceteris putabantur, qui
praecerant Olympicis certaminibus, Hellanodicae. Quan-
quam autem interdum ἀγωνοθεταὶ ita ab ἀθλοθεταῖς distin-
guuntur, ut illi dicantur musicorum, hi gymnycorum lu-
dorum moderatores; saepissime tamen haec vocabula pro-
miscue adhiberi videmus, ita ut quorumvis certaminum mo-
deratores et arbitros significant. Cfr. Fabri Agonist. l. I.
c. 18. (Aliam discriminis rationem, a Moeride Atticista et
Thoma Mag. prolatam, qui uterque ἀθλοθετῆς ἀττικῶς, ἀγω-
νοθετῆς ἑλληνικῶς dici vult, bene refutarunt Pierson, ad
Moer. Oudendorp. ad Thomam M.)

6 ἀγωνιστὴν τούτου τοῦ λόγου. Eo maiori iure talis orator se
ipsum poterat ἀγωνιστὴν λόγου appellare, quo magis usitata erant
et Graecis et Romanis oratorum certamina. Novimus omnino
vim tropicam vocabulorum: ἀγωνιζομαι, ἀγωνιστής, ἀθλητής,
haud rare tam late patuisse, ut ad omnes transferrentur, qui
in aliqua re magna virium contentione elaborarent. Vd. Zei-
bichii athleta παραδοξος p. 167. sqq. 191. sqq. Unde Sophi-
stae eloquentiam declamando ostentantes praecipue dicti ἀγω-
νιστῆς τοῦ λόγου. Vd. Cresollii theatrum rhetorum vet. ora-
torum etc. l. 3. c. 17. p. 256. 57. (edit. Paris. 1620. 8.)

§. 2.

7 περὶ τῷ etc. recte vidit Sylburgius, praeposit. περὶ h. l. sen-
su carentem vel tollendam esse, vel in παρὰ mutandam et
post τῷ ponendam (lege, quae a civitate constituta est). Deest
in cod. reg. I.

8 ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἀγωνίας etc. uberius haec sententia pertracta-
ta leg. apud Aristotelem problem. §. 30.

9 βραβευτῆς ἐφέσηκεν etc. βραβευταὶ dicebb. ipsi agonothetae s.

nibus factum memini. Quin ipsum vidi Agonothetam huius orationis certamen subeuntem.

§. 2. Licebit quippe opportunum inde ducere exordium. Quodsi civium aliquis verba faciat, se ipsum monebit, persuasum ab Agonothetis, legibusque civitatis subire certamen, et periculo non minus gravi se obiiicere, cum illud, quod Athletae subeant, certamen corporis sit, hoc animi; soleatque posterioris generis maior esse difficultas. Corporis quippe certaminum manifesta est victoria et ante oculos posita, qui acerrimus est omnium sensuum; constitutusque praeterea iudex certaminis, omni invidia maior, quae aliorum mentes occupat. Contra, quod de oratione fertur, iudicium,

athlotetae, quatenus praemio proposito (βραβειω) orhabant eos, qui in certaminibus vicerant. Solent enim scriptores vet. iis, quos βραβευτας dicunt, pariter quam athlotetis a. agonothetis cum omnino το εφεσηκεναι του αγωνος s. τω αγωνι, tum hanc potissimum praemiis ornandi victores provinciam tribuere. Cfr. Fabri Agonist. l. 1. c. 23. Videtur tamen nomen των βραβευτων inprimis pertinuisse ad certamina gymnica, teste Polluce Onomast. III. 145. αλλα τοις μεν μουσικοις κριται καθηνται τοις δε γυμνικοις εφεσαςι βραβευται. Ceterum, cum moderatores illi et iudices non adstare, sed assidere solerent (cfr. Hesych. et Etymol. M. sub v. Ελλανοδικαι, Pausanias in Eliacis c. 20. et alii, quos laudat Zeibichius in athleta παραδοξω c. 5. p. 119. sqq.) patet vocab. εφεσηκεναι h. l. non esse propria adstandi sed tropica illa, qua omnino praesidium innuit, notione sumendum.

10 ετ' αυτω τουτω, intell. αγωνι ex antecedd.

11 η δε κρισις etc. Patet, iis quae noster antea de αγωνι του σωματος disputayerat, opponi, quae ad αγωνα της ψυχης pertineant, quocum recitatio λογου προτρεπτικου comparatur. Post η δε κρισις excidisse videntur verba του λογου, nisi sumas, obtinuisse interdum hanc singularem vim vocab. κρισις, ut ad certamina musica referretur (quo sensu Pollux loco antea laud. τους κριτας a βραβευταις distinguit). Praepositionis επι veram, quae h. l. tenenda, vim non intellexit Antimachus, ita vertens: „iudicium vero non de uno, sed de pluribus „fit.“ Quo sensu si verba accipias, necesse est proxime iungas iis, quae antea de agonibus gymniciis dicta fuerant (quasi ii propterea sint faciliores certamine του λογου, quod plures adsint athletae, diversa certaminum genera subeuntes, de quibus iudicium ferri oportet, cum unus tantum orator αγωνα της ψυχης subeat). Verum omnis reliqua oratio ostendit, inde a verbis: η δε κρισις non de gymnico, sed de eo, quod ad orationem pertineat, certamine disputari. επι h. l. cum innuit, qui ius et potestas indicandi competat. vd.

ἐπὶ πολλοῖς· καὶ ἐκ ὀφθαλμοῦ κρινεῖται, ἀλλὰ γνώμη, ἐν ἣ πολλὰ τὰ ἀντισταθέντα, ἄγνοια, καὶ Φιλοτιμία, ¹² καὶ Φθόρος· ἐφ' ἅσας ¹³ δὲ τὸ μὴ βάλειναι τὰς ἀκρότητας (μελίζοντα) εἶναι τὰ ἐπικινύμενα τῷ περὶ αὐτῶν λόγῳ. ¹⁴ τέτοις δὲ ὑποβάλλειν κινεῖται ἀναγκάζον, τὸ ἀνελεῖν ὡς ἀντινείμενον ἐκ τῆς τῷ προσώπῳ ποιότητος, εἰ μὴ καταφρονητέον λόγῳ τοῖς ἀθληταῖς, ὅτι ἐν ἔργοις δοκῇσι. λόγος γὰρ εἰς πάντα ἐπιτήδειος, καὶ πρὸς πᾶν ἐπιβρώννυσιν· ἔτω καὶ ἐπὶ πολέμῳ καὶ ἐπὶ παρτάξεως δέονται στρατιῶται τῷ παρὰ τῶν στρατηγῶν λόγῳ καὶ τῆς προτροπῆς, καὶ αὐτοὶ ¹⁵ αὐτῶν ἐβρώνμενέτεροι ἐγένοντο. μάστιγα δὲ οἱ ἀθληταὶ δέοντο ἅν τῆς ἀπὸ τῷ λόγῳ προτροπῆς καὶ ἐπικαλεύσεως, ὄντες μὲν καὶ αὐτοὶ Ἑρμῆ ¹⁶ τῷ καὶ Ἡρακλέους μαθηταὶ τῷ καὶ ζήλωται· (ὧν ὁ μὲν εὐρετῆς τῷ λόγῳ

Vigerus l. l. T. II. ed. Herm. p. 616. Sententia omnis loci huc reedit: oratori, qui λόγῳ προτρεπτικῶς recitando quasi mentis aliquid subit certamen, etsi praeclare dixerit, minus tamen certum victoriae praemium (plausus audientium) quam iis, qui in certamine gymnico adversarios vicerunt, cum non ab unius βραβεύτου, (qualis de gymnico certam. iudicat) omni invidia maioris decreto sed a multorum sententiis res omnis pendeat, quorum iudicia haud raro partium studio et invidia corrumuntur, et vel propterea a vero saepenumero aberrant, quod res, de quibus iudicatur, (oratt.) a sensibus sunt remotiores.

¹² Φιλοτιμία καὶ etc. videntur haec imprimis ad ipsos athletas respicere, qui nolunt alios tali gloria ornari, qualem ipsi appetunt.

¹³ De his et proxime seqq. libere proficitur Hudsonus, se haud raro neque auctorem ipsum, nec interpretem lat. esse assequutum. Videntur tamen fere omnia scriptoris verba commodum posse expediri, si modo quis audeat interdum vel a codd. lectione subinde depravata, vel a latini interpr. versione interdum admodum obscura recedere. — Verba: τὸ μὴ βουλεύσθαι τοὺς ἀκούοντας μελίζοντα — λόγου, sententiam prorsus ineptam suppeditant, nisi vel deleatur μὴ, vel, hac particula servata, μελίζοντα mutetur in μειώοντα: (inferiora, deteriora).

¹⁴ τοῖς δὲ υποβάλλειν etc. Obscurius hunc locum lat. int. ita reddidit: „his et illud adiciere necesse est, sustulisse veluti adversarium ex personae qualitate, nisi si contemnenda Athletis oratio, ut re ipsa ostendunt.“ Patet, το ἀντινείμενον h. l. pro ipso substant. ἡ ἀναιρέσις (refutatio) dici, et ἀντινείμενον iungendum esse verbis: ἐκ τῆς τοῦ προσώπου ποιότητος: refutatio eius, qui quasi adversarium agere possit, ita ut argumentum, quo nobis adversetur, ex ipsa personae (Athletarum) qualitate ducat. (Quo sensu contraria dicendi vb. ἀντινείμειναι, cum apud Aristotelem τεχνικῶς rhet. 3, 11, et al. tum apud superiores rhetores haud raro legitur.) Verba εἰ μὴ etc. (si lectio sana) continent id, quod ο ἀντινείμενος obicere fingitur, sive pro

dicium, non unius est, sed multorum. Neque oculis indicant, sed mente, cui multa insunt, quae (oratori) adversentur, inscitia, gloriae cupido, invidia, praecipue vero, quod nemo audientium ea, quae laudantur, minora esse vult ipsa, qua laudantur, oratione. His addenda refutatio illius, qui quasi adversarium agat ex ipsa personae qualitate argumentando, forsitan omnino spernendam esse Athletis orationem, quippe qui rebus gestis potius inclarescere debeant. Solet enim oratio omnibus in rebus utilis esse, animumque confirmare; quod praeter alia militum docet in acie collocatorum exemplum, qui ducum indigent oratione et cohortatione, novasque inde vires accipiunt. Inprimis vero tali cohortatione Athletae indigere videntur, quum ipsi sint Mercurii et Herculis discipuli, atque aemuli, quorum alter

interrogatione accipiamus: *utrumne eiusmodi orationem contemnere oporteat ab athleticis, sive ei μη vertamus: nisi, omnemque orationem ellipticam esse putemus, ita ut ο αυτικειμενος sic fero loquens inducatur: „bene haec omnia dicuntur, nisi omnis „illa opera, quae tali orationi impenditur, prorsus inutilia „est et spernenda.“* Quae ultimo loco legg. *οτι εν σφαιροις δοκουνσι* rationem indicant qua ducti athletae eiusmodi orationem spernere possint. *σφαιρα*, res gestae, quibus illi suam artis peritiam et constantiam declarant, opponuntur *τω λογω*. *δοκειν* vero haud raro ita adhibetur, ut sit: in aliqua re eminere, excellere (subint. *ειναι τι σ. προεχειν*.) Cfr. v. c. Herodianus l. 6. c. 1. p. 274. (T. III. ed. Irmisch.) Fischeri index Aeschin. sub h. v. — Pro *λεγου* cod. Cant. *λογων*. Verum et in antecedd. et in seqq. numerum singularem huius voc. adhibitum videmus. Perperam ed. Steph. *λεγον*.

15 *σφαιρομενεσθροι*. Se ipsis firmiores redduntur, i. q. maiorem ea quae natura iis inerat firmitatem lucrantur, novas vires accipiant.

16 *Εγωμεν τε και* etc. Mercurium, palaestrae inventorem (Horat. Odd. i. 10. in. ubi interpr. vid.) et Herculem, certaminum Olympicorum auctorem, qui ipse cum certamen Olymp. subeundo, tum aliis negotiis peragendis illustria roboris et fortitudinis specimina odiderat, ita colebant athletae, ut utriusque liberos, discipulos, imitatores se profiterentur; indigentes quippe pariter Mercurii prudentia et calliditate, quam Herculis robore et fortitudine. Cfr. Fabri Agonist. l. 1. c. 16. At cum idem Mercurius facundiae auctor exstitisset, Hercules vero in laboribus periculosis peragendis saepissime Minervam adiutricem habuisse putaretur, (quae ipsa fortitudini summam iungeret sapientiam, et cum aliarum omnium artium, tum earum, quae sermone uterentur, esset patrona) vel hac de causa non spernendam dicit athletis orationem exhortatoriam.

αὐτοχρημα

λόγος ἢ αὐτοχρημα λόγος· ὁ δὲ σὺν τῇ Ἀθηνᾷ πάντα κατὰρ-
θωσε τὰ ἐπιταχθέντα· ἢ δὲ τί ἂν ἄλλο εἴη, ἢ νῆς τε καὶ
λόγος;) καὶ ὁσημέραι δ' ἐπὶ ταῖς ¹⁷ γυμνασίαις ἐκάστοτε τοιά-
τες τὰς ἐπιτελειουμένους ἔχοντες αὐτοῖς.

γ'. Εἴτα διαφορὰν ἐρεῖς, ὅσα κρείττων ἔτος ¹⁸ (ὁ λό-
γος) ἐκείνων (εἰδέναι ¹⁹ καὶ ταῦτα)· ὅτι ὁ μὲν ἐκ ²⁰ τῶν
ἐπιτυχόντων· ἔτος δ' ἀπὸ τῶν δεδοκιμασμένων καὶ βίῳ καὶ
λόγῳ καὶ δόξῃ· καὶ ἐκεῖνος μὲν ἔδει τινί· ἔτος δὲ νόμῳ πό-
λεως καὶ δόγματι ἀρχόντων· κἀκεῖνος ²¹ οἷον ἐπιβόησις τις,
μηδὲν τῶν ἥχων διαφέρων· ἔτος δὲ μετὰ ²² ἐπαίνων καὶ ἀπο-
δείξεων παρακλήσεως. ²³ ὅτι ἀκόλεθον τοῖς περὶ τὸ τῆ σώμα-
τος

¹⁷ ἐπὶ ταῖς γυμνασίαις. αἱ γυμνασῖαι i. q. supra τα γυμνασῖαι
c. i. §. 6. Proprie: exercitationum gymnasticarum causa. —
Verba: καὶ ὁσημέραι δ' — ἔχοντες respondent superioribus:
οὐτὲς μὲν καὶ αὐτοὶ etc. et novum continent argumentum, quo
ea, quae in certaminibus publicis recitatur, oratio exhorta-
toria athletic commendatur. Solebant in gymnasiis plerum-
que ipsi paedotribae, s. gymnastae (qui corpora iuvenum
in palaestra exercebant) athletas brevi cohortatione excitare.
Vd. Fabri Agonist. l. 2. c. 31.

§. 3.

¹⁸ οὗτος ὁ λόγος. Vulgo leg. οὗτος ὡν ἐκείνων etc. exceptis codd.
Colb. et Cant. qui participium ὡν h. l. satis incommodum
recte omittunt. Pro ὡν edendum putavi ὁ λόγος, quod h. l.
desiderari nequit. Causa, cur illa exciderent, haud dubie
fuit similitudo litterarum vocc. οὗτος ὁ λόγος.

¹⁹ εἰδέναι καὶ ταῦτα. Si quis sensum aliquem ex his elicere vel-
lit, necesse est, vel addat, vel mente subintelligat δαί s. χεῖρ.
ita ut verba tanquam in parenthesi posita spectentur (sunt
autem et haec tenenda). Verum tantum abest, ut admoni-
tio, quae hac ῥησι continetur, h. l. vim aliquam habeat, ut
potius, ea omissa, omnis oratio rectius faciliusque procedat.
Hinc non inepte mihi suspicari videor, esse haec verba a
librariis perperam ex alio loco, qui infra legitur, in no-
strum translata. Additur enim in seqq. novum argumentum,
quod athletas, ut oratori ipsos cohortanti benevolas prae-
beant aures, movere debeat: εἰ ἀκολουθῶν etc. quae verba, si
vulgaris lectio teneatur, minime idoneam sententiam suppe-
ditant, (cum non pateat, unde voc. εἰ pendeat) sin ita scri-
batur: εἰδέναι δὲ καὶ ταῦτα, ὅτι ἀκολουθῶν etc non facile quem-
vis offendent. Novum, quod ibi proponitur, argumentum,
satis commode notari poterat formula: εἰδέναι δὲ καὶ ταῦτα
(id quoque scire oportet) sive suppleas: τοὺς ἀκούοντα (dicen-
tem) sive: τοὺς ἀκούοντας (audientes, ad quos pertinet ora-
tio). Quid latinus interpres de vero horum verbb. sensu et
nexu commodο iudicaverit (ita vert. „dein explicabis discri-
men, quanto hic illis praestet, qui haec noverit: hunc de
„vulgo esse; illum vero numerari inter celebres vita, ora-
„tione, ad gloria“) non ausim divinare.

alter eloquentiae fuit auctor, aut ipsa potius eloquentia, alter Minerva iuvante (quae nil differt ab eloquentia consilio iuncta) omnia sibi demandata feliciter peregit. Inde fit, ut in ludis Gymnicis quotidie adesse soleant, qui adhortando illos incitent.

§. 3. Explicabis deinde, quantopere his cohortationibus praestet oratio de qua agimus; quum illae quidem soleant ab hominibus ignotis fieri, haec a viris recitetur, quorum et vitae ratio et dicendi facultas atque fama sit explorata; illae consuetudine tantum obtineant, haec civitatis lege et magistratuum edictis impereant; illae sint acclamationes a sonis cassis parum diversae, haec laudationem habeat et demonstrationem cohorta-

20 επιτυχόντων. οι επιτυχοντες proprie dice. qui fortuito (casu) obveniunt, adsunt, tum homines vulgares, quales plerumque sunt casu aliquo loco congregati, quibus opponuntur homines electi, spectati, probati. Inde fit, ut omnino hoc nomine veniant ignobiles, ignoti. Sic πολεις επιτυχουσα de civitate obscura Xenoph. in Agesilao c. I. §. 3. Neque aliam h. l. obtinere vocabuli signif. docent quae opponn. δεδοκιμασμενοι και βιω κ. λογω κ. δοξη. Qui in ludis Gymnicis iuvenes paucis cohortabantur, paedotribae (quos intelligi docent verba §. 2. ex. obvia) non casu quidem aderant, (vd. not. 17.) sed ignoti plerumque homines, neque eloquentia, nec aliis virtutibus insignes.

21 οϊον (velut, quasi, vd. Vigerus de idiott. l. Gr. ed. Herm. T. I. p. 122. 23.) edendum putavi pro vulg. δι' ου quod sensu caret.

22 μετα σπαινων etc. Codd. Cant. et reg. I. vocabulum παρακλησις perperam iungunt sequentibus: ει ακολουθον etc. ita quidem, ut ille commate, hic puncto post αποδειξων interpungat. Inde colligit Hudsonus, voc. παρακλησις margini olim adscriptum in textum irrepsisse. Quod non placet. Quanquam enim, omisso voc. παρακλησις, sententia fere eadem manet: hanc autem orationem iunctam esse laudibus et demonstrationi; tamen antecedenti επιβοησις commode opponi poterat παρακλησις. Illos sermones, quibus paedotribae iuvenes in ludis Gymnicis cohortantur, ne dignos quidem existimat παρακλησιως nomine. Sunt enim brevissimae acclamationes, quae vix differant a sonis cassis, cum illa, quam noster commendari vult, παρακλησις argumentis idoneis utatur, et copiosius in laudatione (et certaminis, et fortitudinis, ad quam praestandam athletae excitantur) versetur.

23 οτι ακολουθον etc. de probabili loci lectione vd. n. 19. — ακολουθον τι ειναι τιμι saepe dic. quod aliquem facere oportet s. decet; v. c. Demosth. κατα Ολυμπιουωρον [(Vol. II. ed. Reisk. p. 1178.) et al.

σπεδάσκει

τος καλὸν ²⁴ σπεδάσκει, καὶ περὶ τὸ καλὸν τὸ ἐπὶ τῇ ψυχῇ
 σπεδάσαι καὶ μᾶλλον, ὅσω τιμιώτερον ψυχῇ σώματος, εἰ
 μὴ καὶ αὐτὰς ἀτιμώτας, ἀλλὰ τοῖς ἀσκήσασιν πειζομένους·
 ὅπερ εἰδὲ δυσχέραν τινὰ ἔχει, εἰδὲ πόνον, ἄλλως τε καὶ ἐπὶ
 συμφέροντι τῶν πειζόντων τῆς πειζῆς γινομένης. ²⁵ ὥσπερ γὰρ
 καὶ ἐν στρατοπέδῳ οἱ γνησιώτατοι, παρὰ τῶν στρατηγῶν λόγους
 ἀκούσαντες, μάλιστα φιλοτιμῶνται περὶ τὴν νίκην, ἔτω καὶ οἱ
 ἐπὶ τοῖς ἀγῶσι προτρεπτικὰς λόγους οἰκείως ἀναδεξάμενοι·
 μάλιστα γὰρ ὁρέγοντο τῷ περιγενέσθαι. καὶ ὅτι τοῖς ἐπαγγελ-
 λομένοις ²⁶ τὴν σωτηρίαν τῷ σώματος προσήκει καὶ ἀψευδεῖν
 ἐν τέτῳ. εἰ δὴ πᾶσι, καὶ τοῖς τῆς ἀπὸ τέτων δόξης τῆς ἡλ-
 τυγχανέσης, ὅμως ἐφίεται τέτῳ ἄλλως ²⁷ μὴδὲ ἀνάγκης ἔσης,
 πόσω μᾶλλον τὰς ἐπ' αὐτὸ τέτῳ ²⁸ παρόντας καὶ παραδεδωκό-
 τας ἑαυτὰς, καὶ τέτῳ ἐνέκεν ἐπὶ τούτῳ ²⁹ τοῖς γυμνασίοις
 χρησαμένους καὶ ὑπευθύνους ³⁰ ἑαυτὰς καταστήσαντας, πειζο-
 μένους φαίνεσθαι τῷ ἐπὶ τέτῳ ³¹ ὑπὲρ τῆς πόλεως καὶ τῶν ἀγα-
 νοθετῶν καὶ τῷ νόμῳ ³² προκαχειρισμένῳ; εἰ δὲ καὶ ἀγα-
 νοθέτης εἴη ὁ λέγων, πρὸς τέτοις, ἢ πρὸς ἀπάντων τέτων
 ἀρμεῖν εἰπεῖν, ὅτι διατίθεις τὸν ἀγῶνα ἐν ὥκνησεν ἀγωνι-
 στήν καὶ ἑαυτὸν ³³ καταστήται καὶ ὑποβαλεῖν τῇ τῶν ἀκρόν-
 των κρίσει, ἔνεκα τῷ ἀγῶνος, καὶ τῷ ἐνδοξοῦ καὶ μέγα καὶ
 περισπένδου τέτῳ γενέσθαι, πολλῷ δὴ πᾶ ἀναγκαιότερον
 αὐτοῖς

²⁴ το καλον του σωματος dici corporis robur et agilitatem, qua
 athletae polleant, contra το καλον το επι τη ψυχη (bonum,
 quod ad animum pertineat) ingenium artibus litterisque excul-
 tum, cuius specimen edat orator, omnis orationis series de-
 clarat. Iubentur athletae το καλον το επι τη ψυχη curare, ita
- 75 *συμπροσφείς*. Quae singulis illis antea constitutis athletarum generibus excitandis idonea esse monuerat, ea iam omnia complecti iubet oratorem, ita ut aperte significet, nemini certantium iustam suppetere ignaviae causam, sive vincendo iam inclauerit, sive paucas nullamve nactus fuerit coronam.

τοῦτον C(A. τει-
τον/ε)

καὶ

αἰσχροῦν, τὰς δὲ κατὰ τὸ καλόν, ὅτι τοῖς μὲν πολλὰς ἔχῃ
καὶ προνεμικῶσιν αἰσχροῦν τὸ ἡττηθῆναι τῶν μήπω νενικηκό-
των, τοῖς δ' ἄλλοις ἔντιμον, καὶ ἔδωκεν ὑπερβολὴν εἰς δόξης λόγον
ἔχον, ⁷⁶ τὰς νενικηκότας κρατῆται, καὶ δι' ἐνὸς εὐφάνε
προσλαβεῖν τὴν τέτων δόξαν. εἴτα πειρασόμεθα ⁷⁷ ἀναι-
ρεῖν, δι' ἃ ἐπὶ τὸ διαφθεῖρεσθαι τινες τρέπονται, τῷ αἰσχροῦ
καὶ ἀδόξῳ, ὅτι αἰσχροῦ χρημάτων προσδοῖαι τὴν νίκην, κατ'
ἀμφοτέρω τὰ πρόσωπα τὸ αἰσχροῦ προσάπτοντες, ⁷⁸ καὶ κα-
τὰ τὸ τῶν διδόντων, καὶ κατὰ τὸ ⁷⁹ τῶν λαμβανόντων, ὅτι
οἱ μὲν ⁸⁰ χρήματα ἀντὶ δόξης ἀνταλλάσσονται· ἐν ᾧ, οἷα μὲν
τὰ χρήματα, οἷα δὲ ἡ δόξα· τὰ μὲν πρόσκαιρα, ἡ δ' ἀθάνα-
τος· καὶ τὰ μὲν τύχη, καὶ χρόνος, καὶ πόλεμος ἀφαιλεῖ· ἡ
δ' ἀναφαιρέτος ὑπὸ τέτων· καὶ τὰ μὲν ζῶντα εὐφραίνει, ἡ
δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν ζηλωτὰς ἀποφαίνει· καὶ τὰ μὲν ἀπὸ
κακίας περιγίνεται, ⁸¹ ἡ δ' ἀπ' ἀρετῆς καὶ ἀνδραγαθίας. καὶ
ὅτι χεῖρας τῶν ⁸² προδοτῶν· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὰς ἄλλας
πωλῶσιν,

76. καὶ οὐδὲ ὑπερβ. εἰς δόξης λόγον ἔχον. Perperam vertit latinus
interpres: neque scidem excedit. Omnis et orationis series et
usus loquendi ostendit, hoc sibi voluisse scriptorem, glo-
riam athletarum, qui, cum nondum aut rarissime vicissent,
eos, quibus antea contigisset victoria, superent, esse tan-
tam, quanta vix maior possit cogitari; (quod formula no-
tissima: οὐκ ὑπερβολὴν εἶχει exprimitur.) εἰς δόξης λόγον i. q.
ratione habita gloriae, ut εἰς ἀρετῆς λόγον καὶ δόξης Demosth.
περὶ παραπρεσβ. (ed. Reisk. Vol. I. p. 335.)

77. εἴτα πειρασόμεθα — προσδοῖαι τὴν νίκην. Commate, quod
vulgo deest, interpungendum putavi post τρέπονται. Verba
enim: τῷ αἰσχροῦ καὶ ἀδόξῳ, omni orationis sensu efflagitante,
non (quod latinum interpretem fecisse video) verbo: τρέ-
πονται sed τῷ ἀναιρεῖν iungenda, ita ut sit i. q. κατὰ τὸ αἰ-
σχροῦ καὶ ἀδόξου. Turpitudine rei declaranda tolli vult id,
quod nonnullis, ut se corrumpi pariantur, persuadet (lucris
studium). τρέπεσθαι ἐπὶ τὸ διαφθεῖρεσθαι dic. ut τρέπεσθαι
πρὸς ὕβριν in Luciani diall. Deorum dial. 18. T. I. ed. Reiz.
p. 248. et τρέπεσθαι πρὸς τὰ βελτίω ib. in sompno T. I. p. 23.
τρέπεσθαι πρὸς τὸ δειπνόν Platonis Sympos. c. 3. ex. διαφθει-
ρεσθαι vero, quod saepissime universe de iis adhibetur, quo-
rum animus aliquo modo depravatur, h. l. (ut lat. corrumpi)
ad eos potissimum translatus videmus, qui certa mercedis
spe ducti turpia committant, ut Xenoph. Sympos. c. 5. ex.
et al. Explicatur enim seqq. ἀντὶ χρημ. προσδοῖαι τὴν νίκην.
Formulam προσδοῖαι τι (i. q. alibi προοίεσθαι) de iis dici soli-
tam, qui vel negligentia vel consulto aliquid perdant (vd. Dou-
naeus in praelectt. super Demosth. orat. de pace p. 175. ed.
Bock.) h. l. posteriori sensu accipi debere res ipsa compro-
bat. Transfertur enim ad athletas, qui, etsi nec virium in-
becillitate, nec artis inperitia prohibiti, quo minus victores
decederent, tamen pecunia corrupti victos se tradere male-

dem turpitudinis metu, hos spe gloriae excitanda, probantes, haud parum dedecere eos, quibus multae iam contigerint coronae, vinci ab iis, qui nondum vicerint; ceteris verò ita esse gloriosum, ut nulla possit maior esse gloria, eos, qui antea vicerint, superare, et una victoria obtinenda famam eorum sibi vindicare. Tum ea removere conabimur, quae nonnullos movent, ut corrumpi se patiantur, turpitudine rei declaranda, docebimurque, quam turpe sit, vendere victoriam, utriusque partis et emtorum et venditorum ratione habita. Nam hi quidem famam pecunia accepta vendunt (quo in argumento explicando ostendi oportet, quantum pecuniae praestet fama, cum illa sit temporaria, haec immortalis; illam facile auferant fortuna iniqua, tempora, bellorumque calamitates, haec eripi nequeat; illa vivos tantum oblectet, haec faciat, ut vel mortuis, quibus contigerit, invideatur; illa haud raro scelere, haec virtute tantum et strenuitate paretur). Unde peiores sunt illi proditoribus, (siquidem proditores alios, illi se ipsi vendunt)

bant. Simil. apud Pollucem in Onomast. III. §. 113. leg. ο ψυχην αν αργυριου προεμενος. Ad rem ipsam cfr. Pausanias qui in Ηλιακων l. 1. (l. 5. omnis operis) plura huius turpissimae fraudis exempla commemorat.

78 προσαπτοντες. προσαπτειν τι κατα προσωπων τι i. q. προσαπτειν τι προσωπω τι νιν, ut apud Dionysium Halic. περι λεκτικης του Δημοσθ. δεινот. c. 8. (T. VI. ed. Reisk. p. 975.) epist. ad Cn. Pompeium (ib. p. 770.) Vim formulae h. l. eam esse patet, ut de his dicatur, qui de homine quodam aliquid pronunciant (sive id laudando fiat, sive accusando) adnectentes quasi s. tribuentes homini id, quod de eo pronunciat. Alibi sensu proprio tribuendi et conciliandi leg. ut in Demosth. λογω ερωτικω (ed. Reisk. Vol. II. p. 1417.).

79 κατα το των λαμβανοντων. Articulum τε vulgo perperam abesse recte vidit Sylburgius.

80 Verbis: οτι οι μεν χρηματα etc. respondent quae infra legg. επετα και οι δοντες etc. Liceret pluribus exemplis probare, Graecos interdum ita loqui, ut, praecedente μεν, non δε, sed eius loco alia particula (v. c. επετα) sequatur, nisi ea de re iam satis copiose disputatum esset a Vigero l. l. (T. II. p. 536. 37.) et Herrmanno in adnott. ad Vig. (T. II. p. 800.)

81 περιγινεται. περιγινεσθαι απο τινος s. εκ τινος dicuntur, quae ex aliqua re nascuntur, s. inde redundant (et bono et malo sensu). Cfr. Demosthenes in προσιμοις δημηγορικαις, Vol. II. ed. Reisk. p. 1433.

82 και οτι χειρους των προδοτων etc. Laborat omnis hic locus e vulg. lect. perversissima singularum enunciationum dispositione, qua omnis orationis series perturbatur. Vulgo enim

διαφορῶν

λήλκας διαφόρων καταπαύσαντες τὰς πόλεις συνήγαγον, ὥσπερ εἰς μίαν πόλιν, τὴν πατρίδα πάντων, ὡς κοινῇ συνελθόντας θύειν καὶ ἐσθιάζειν, λ' ἔθνη ἀπάντων τῶν πρότερον ποιησαμένων· καὶ ἔταῦτα ἀπέχρησεν μόνον, ἀλλὰ καὶ θεάματα ⁴³ καὶ ἀκροάματα μυρία ἐπὶ μυρίοις πρόεθεσαν, ἐν εἰς ⁴⁴ ψυχὰς γὰρ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὠφέλειαν· διὰ μὲν τῶν μουσικῶν ἀκροαμάτων παιδεύοντες ἡμᾶς, ⁴⁵ διὰ δὲ τῶν γυμνικῶν συνασπῶντες εἰς τὰς πολέμους. καλὸν μὲν ἔν καὶ τοῖς ἐπιδημῶσι σπεύδειν περὶ τὴν θέαν, ⁴⁶ πολὺ δὲ κάλλιον, τοῖς ἀγανίζομένοις αὐτοῖς· τοῖς μὲν γὰρ πρόνκιμος ἡ τέρψις, τοῖς δ' αἰδάντος ἡ δόξα. καὶ παραχοῆμα μὲν γίνεται ἐκαστῷ τέτων εὐφημισθαι ⁴⁷ καὶ δακτυλοδισκτεῖσθαι ⁴⁸ (ἐπὶ τοῖς καλλιστοῖς, νικᾶν, στεφανῶσθαι, ἀναγορεύεσθαι) ⁴⁹ διὰ μίᾳς πράξεως καὶ νίκης οὐ μίᾳς πόλεως γενόμενον, ἀλλὰ σχεδὸν ἀπάσης τῆς οἰκμένης. ἕκαστος γὰρ τῶν παρόντων ⁵⁰ τὴν ἀρετὴν ἀποδεχόμενος τῇ εὐνοίᾳ ὡς πολλὴν αὐτῷ προσοικεῖται. ⁵¹ τὸ τοῦ Ὀμήρου δὴ τοῦτο· Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ τὴν πανή-

anteced. lin. προκαταστάσεως etc. Accedit ad sententiam nostram firmandam, quod noster in eadem re verbo simplici et c. l. §. i. usus est: κατεστησαν δὲ ὑπο πόλεων et infra §. 5. τις ὁ καταστήσας etc.

⁴³ θεάματα καὶ etc. Vix est quod moneam τα θεάματα gymnica, ακροαματα musica certamina innuere. Solet enim ακροαμα proprie dici de hominibus, qui vel canendo vel dicendo alios oblectant. ofr. Bachius ad Xenoph. Hieronem c. i. §. 14.

⁴⁴ De voc. ψυχάγωγια vd. c. i. §. i. n. 4.

⁴⁵ Suspitor, post γυμνικῶν excidisse θεάματων quod responderet praecedenti ακροαμάτων, nisi malis ακροαμάτων (pro quo in cod. Cant. depravatium ακροατῶν legitur) in αγωνιῶν [vel αγωνισμάτων] mutare, quod ad utrumque vocab. (et μουσικῶν et γυμνικῶν) commode possit referri.

⁴⁶ πολὺ δὲ κάλλιον. Quod in cod. Cant. ante κάλλιον additur καὶ otiosum puto.

⁴⁷ εὐφημισθαι h. l. de laetis acclamationibus spectantium dic.

⁴⁸ δακτυλοδισκτεῖσθαι. Simillimus est Luciani locus περὶ γυμνασίων ubi Solon ita loquens inducitur: καὶ τα αἶθλα, ὥσπερ ἐπ' ἀπὸ τοῦ ἐκτον, οὐ μικρά. οὐ γὰρ ἐπαινός, οὐ παρὰ τῶν θεατῶν καὶ τοῖς ἐπισημοτάτοις γενέσθαι, καὶ δεικνύσθαι τῷ δακτύλῳ ἀριζόν εἶναι τῶν κατ' αὐτοῦ δοκούντων. vd. Faber in Agonist. l. 2. c. II.

Verba: ἐπὶ τοῖς καλλιστοῖς — ἀναγορεύεσθαι ad Hudsono e codd. enotata quae in odd. desunt, addenda putavi, cum vix ac ne vix quidem probabile sit, scriptorem, ubi laudis ceterorumque praemiorum, quae victoribus contingere soleant, mentionem esset factururus, partim coronas (στεφανούς) partim praetionem publice renunciantem victoriam (ἀναγορεύεσθαι i. q. ἀνακηρύττεσθαι, et simpl. κηρύττεσθαι, vd. Fabri Agon. l. 2. c. II. c. 13.) silentio praeterisse. De verbis ἐπὶ τοῖς καλλιστοῖς, νικᾶν, manifeste corruptis probabili ratione emendandis

laudationem contineat, quippe qui, finē inposito bellis mutuisque contentionibus, civitates velut in unam urbem, communem omnium patriam conduxerint (dum eas unum in locum convenire iuberent, ut sacra peragerent, diesque festos celebrarent, oblitae omnium, quae antea accidissent); neque haec sufficere putaverint, sed infinitam praeterea spectaculorum et acroamatum non modo animū oblectantium, sed utilium quoque, copiam instituerint, musicis quidem acroamatibus nos erudituri, gymniciis vero certaminibus corpora ad bella gerenda exercituri. Unde decet peregre adveniantes studiose in ludis versari; multo magis vero ipsos certantes. Illis enim temporaria tantum contingit oblectatio, his gloria immortalis. Solet quippe confestim laetis acclamationibus praedicari, digitis monstrari, coronari, et a praecone victor pronunciari, qui una victoria reportanda non unius urbis, sed totius fere orbis terrarum civis factus est, (siquidem singuli praesentium fortitudinem eius probantes, benevolentia, qua eum complectuntur, velut civem sibi iungunt. Neque tantum in ipso conventu publico versantem (ut Homeri

verbis

diu cogitavi. Simplicissima ratio haec videtur, ut scribatur ἐπὶ τῇ καλλίστῃ νίκῃ (referendum ad antec. δακτυλοδείκταισθαι: digitis monstrari propter pulcherrimam s. honestissimam victoriam.)

49 δια μίας πράξεως etc. Perperam vulgo post νίκης commate interpungebatur. Nam res ipsa docet, verba δια μίας πράξεως καὶ νίκης cum seqq. arctius cohaerere, ita ut μία πράξις καὶ νίκη (non sine verborum usu) opponatur τῷ οὐ μίας πολέως, ἀλλὰ ἀπάσης τῆς οἰκουμένης γίνεσθαι. Post γενομένου (perperam enim cod. Cant. γενομένης) e seqq. subiit. πολιτῶν — οἰκουμένη interdum et Graecia omnis et imperium Romanum appellatur; vd. Demosth. de corona c. 15. ed. Harles. Polyb. 6, 48.

50 τὴν ἀρετὴν etc. Vulgo τῆς ἀρετῆς et mox αὐτοῦ legebatur. Genitivus (τῆς ἀρετῆς) si bene se habet, subintelligendum foret ἔνεκα et verbo ἀποδεχέσθαι notio excipiendi, admittendi (scil. victorem) tribuenda. At non recte patet quomodo quisque praesentium excipere dicatur victorem? Omnis difficultas tollitur mutando Genitivo in Accusativum ita ut ἀποδεχέσθαι sit laude dignum iudicare, (Isocratis Evag. enc. c. 2. Findeisen in ind.) Item propter verbum προσεικένευσθαι (aliquem sibi socium s. familiarem iungere, i. q. simpl. οἰκισθῆναι, Alciph. epist. 1. 3. ep. 70. et al.) pro αὐτοῦ edidi αὐτῷ.

51 τοῦ τοῦ ομήρου etc. Latino sermone una periodo comprehendenda putavi, quae in Graecis (paulo negligentius) duabus

ω. C. πανήγυριν θεὸν ὡς εἰσπορεύσιν· οὐ μόνον γὰρ, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν πανήγυριν ὅποι ἂν αὐτὸν ἴδωσι (μόνον). ⁵² καὶ ἀγωνιζομένων ταῦτα καὶ ἑκάστον ἀγῶνα· παύσαμένῳ ⁵³ δὲ παραμένοντι τὸν βίον σύμπαντα οἱ καρποὶ ἀπὸ τῆς νύκτος· τὴν περιουσίαν ⁵⁴ τοῦ βίου ἄφθογον παρέχοντες. μετὰ δὲ τὴν τελευταίην ἢ μνήμην ἀπὸ τῶν ἀνδριάντων ⁵⁵ καὶ τῶν εἰκόνων, εἰς τὸ ἀνάγχατον ἔχαιεν τὴν δόξαν, οὐκ ἐν ταῖς (μνήμας) σωζομένην μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν συγγραμμάτων ⁵⁶ συμπαραρένουσαν ἅπαντι τῷ χροῶν.

4. C. ε. Εἴτ' ἐπὶ τούτοις προσάξεις καὶ τὸν περὶ τῆς πόλεως λόγον, ὅτι καὶ διὰ τὴν πόλιν αὐτὴν σπουδασέον περὶ τὸν ἀγῶνα· σύμμετρος δὲ γινέσθω ὁ ἔπαινος, ἐπειδὴ οὐ περὶ αὐτοῦ νῦν πρόκειται· ἀφορμαὶ δ' εἰς τοῦτ' ἔσονται δὴ πρὸς ἡκαναὶ αἱ προειρημέναι ἐν ταῖς (περὶ) ⁵⁷ τοῦ πανηγυρικοῦ λόγου μεθόδοις. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ αὐτῆς τῆς πανηγύρεως ἐρεῖς ἐφεξῆς, καὶ πόθεν ἤρξατο, καὶ τίς ὁ κατὰσχίσας, ⁵⁸ καὶ τίνων θεῶν ἐπάγεται, ⁵⁹ καὶ τίς ὁ ἐπώνυμος αὐτῆς· καὶ ἔπαινος διὰ βραχέων

enunciationibus sic efferuntur: hoc est, (s. huc pertinet) quod apud Homerum legitur: ερχομενον δ' etc. neque solum (in ipso conventu incedentem, velut Deum adspiciunt, admirabundi. Haec enim post vbb. ου μονον γὰρ ex antecedd. subintelligi debent.) Quae ap. Homerum Od. 9, v. 173. de viro diserto dicuntur: ερχομενον δ' ανα αςυ θεον ως εισπορευσιν id noster ad certamina publica et victorem transfert.

⁵² Partic. ἂν post ὅποι, quae vulgo deest; e codd. Cant. et Colb. addendam putavi, cum indefinita obtineat loci significatio. — Quod post ἴδωσι vulgo add. μονον sensu idoneo caret, ortumque videtur ex antecedd. ου μονον γὰρ.

⁵³ Voc. δὲ post παυσαμένῳ (vulgo omissum) recte additur in codd. Colb. et Cant. — Aetatis senilis inbecillitas satis honesta causa detrectandi certaminis existimari solita.

⁵⁴ Suppetebat copia omnium, quae ad vitam sustentandam pertinent (vd. de hac voc. βιος signif. Perizonius ad Ael. varr. histt. 14, 32.) victoribus, quippe qui patriae civitatis sumptibus alerentur. Vd. Faber l. l. 2. c. 17. 18.

⁵⁵ ἀπο τῶν ἀνδριάντων etc. Statuae et imagines victoribus discerni solitae testibus Pausania l. 1. Plinio histor. natur. l. 34. c. 4. et aliis quos Faber l. l. attulit, l. 2. c. 20. Solebat tamen (monente Plinio l. l.) hoc observari discriminis, ut eikones, quae veram et integram referrent victoris effigiem, iis tantum, qui ter Olympiae vicissent, reliquis vulgares statuae contingerent. His monumentis breves inerant inscriptiones, quibus nomen victoris, patria, genus certaminum, quo vicissent, notaretur. (Habuerunt αναγκαττον τὴν δόξαν.)

⁵⁶ συγγραμμάτων. Malim equidem cum Fabro (l. 2. c. 20.) haec συγγραμματα vel ad commentarios, quibus ab Hellano-

verbis utamur) velut Deum intuentur, sed etiam finito conventu, ubicunque eum conspiciere liceat. Eidem, quamdiu certamina subit, cuiusvis certaminis talia contingunt praemia. Sin certare desierit, permanent venti fructus victoriae, abunde omnia, quibus vita indiget, suppeditantes. Mortui vero memoriam servant statuae et imagines, famam rerum gestarum litteris consignatam habentes, quae praeterea non tantum monumentis exstructis, sed descriptionibus quoque per omnem aetatem ab interitu defenditur.

§. 5. Addamus his encomium urbis, quo probeamus, propter ipsam urbem dignum esse certamen, cui opera impendatur. At modum debet haec laudatio servare, cum non primarium sit orationis consilium. Argumenta sufficient eadem, quorum mentio nobis facta de oratione Panegyrica disputantibus. Simili modo de ipso conventu publico deinceps verba facies, unde originem duxerit, quis fuerit auctor, quisnam Deorum panegyri celebretur, et nomen inde acceperit; ita ut
brevis

dicis (certaminum Olympicorum praesidibus et iudicibus) victorum nomina inscribi solent, vel ad poetarum carmina in laudem eorum composita (qualia fuere Pindarica) vel ad utrumque scriptio-num genus referre, quam ad inscriptiones illis statuis additas, quarum mentio iam antea iniecta. Vix enim h. l. (ubi de sempiterna victorum gloria disputatur) vel commentarii illi, vel carmina silentio poterant praeteriri. Quodsi ita statuatur, aequè patet, in antecedd. pro vulg. *μνημαῖς* (quae fama non tantum hominum memoria servatur) rectius legi *μνημασις* a latino interpr. verbis: non monumentis modo conservata, expressum (quae fama praeterea non his tantum monumentis, statuis et iconibus, servatur, sed etiam etc.).

§. 5.

57 *ἐν ταῖς (καὶ) τοῦ* etc. Neminem facile dubitaturum puto, quin *ἐν ταῖς μεθόδοις* e metonymia nostrae quoque linguae satis accommodata dici potuerit de loco, quo de his *μεθόδοις* disputatum fuerit. Quam vocabuli *μεθόδος* vim cum non satis intelligerent librarii, addiderunt haud dubie praepositionem *καὶ*, quae h. l. ideo suspecta, quod simpliciter potius dici soleat *μεθόδος λόγου τινος*.

58 Emendatio Wolfii et Sylburgii, codicibus quoque confirmata *κατασχῶς* non poterat non pro vulg. *κατασχῶ* in textum recipi, cum nonnisi activa huius verbi vis loco conveniat.

59 Lectio *σταγεται* in codd. obvia, quanquam vulgari omni sensu destitutae *ἀναγεται* omnino praeferenda, dubito tamen, num *πανηγυρίς* recte dicatur *σταγέσθαι* (institutui) neque potius vel *ἀναγεται* scribi debeat (ut Charitoni Aphrod. l. 3.

G

χέων διὰ τῶν αὐτῶν ἀφορμῶν τῶν ἐκεῖ παρὰδεδομένων. ἀναγκάειον δ' ἐνταῦθα γενόμενον καὶ σύγκρισιν ποιήσασθαι πρὸς τὰς ἄλλας ἀγῶνας. ἡ δὲ σύγκρισις ἔσαι καὶ ἀπὸ τῶν τῆ ἀγῶ-
νος, οἶον — ⁶⁰ ἀπὸ χρόνου, ὅτι ἀρχαιοτάτος· ἢ εἰ ⁶¹ νέος, ὅτι, ὅσον τῷ χρόνῳ ἀποδεῖ, ⁶² τοσούτον τῇ δόξῃ πρόσχει· καὶ ὅτι, εἰ νῦν περισπούδαστος ἔστι, πολλῷ περισπεδαστότερος ἔσαι λαβὼν τὸν χρόνον. εἰ θεὸς εἴη ὁ ἐπάννυμος, τὰ προσόντα τῷ θεῷ· ⁶³ ἢ εἰ τῶν ἡρώων τις, ὁμοίως τὰς πράξεις· ⁶⁴ εἰ (δ') ἐντάφιος, ὅτι καὶ αὐτὸς διὰ τὴν ἀρετὴν τῆ ἀγῶνος καὶ τῆς τέττε θέσεως ἡξιώθη. ἔτι καὶ τὴν πόλιν παράβλαβει πρὸς τὰς ἄλλας, ἀπὸ μεγέθους, ἀπὸ κάλλους, ἀπ' οἰκισθ, ἀπ' οἰκο-
δομήματων. ⁶⁵ εἴρηται δὲ καὶ ταῦτα ἤδη. τέτταν δὲ ῥηθέντων, οἰκιστάτα ἂν ἐπαχθεῖη ὁ πρὸς τὰς ἀθλητὰς λόγος κατὰ τὸν ⁶⁶ Θεκυδίδην. περὶ ⁶⁷ τοιαύτης ἂν πόλεως καὶ τοιούτου ἀγῶ-
νος πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι καὶ πάλαι ἐφιλοτιμήσαντο, καὶ ἐσπεί-
δασαν νικηφόροι γενέσθαι.

ε'. Ἐπειδὴ δὲ διάφορα τὰ πρόσωπα, τὰ μὲν ἐνδοξα, τὰ δὲ ἡττόν, καὶ τὰ μὲν ἀπὸ σεφάνων ⁶⁸ πολλῶν, τὰ δὲ
νῦν

c. 4. dic. ἐκκλησίαν ἀναγεῖν, quocum D' Orvillius in comment. p. 375. comparat formulam ἱερτὴν ἀναγεῖν in Herodoto obviam l. 2. s. 40. 48. 3. 79.) vel simpliciter ἀγεταί (Ael. var. hist. 9, 5. 'et al.).

⁶⁰ οἶον — ἀπο χρόνου etc. Recte vidit Wolfius, post οἶον ex-
cidisse vbb. ὅτι Ὀλυμπιασι. Ipsum quippe vocab. οἶον osten-
dit, attulisse scriptorem laudis a loco certaminis petendae
exemplum. Cuiusnam vero certaminum generis commemo-
ratio huic consilio aptior esse poterat, quam Olympici,
quod reliqua omnia dignitate superasse novimus?

⁶¹ ἢ εἰ νέος, ὅτι etc. perperam in ed. Steph. leg. ἢ ὅτι.

⁶² Pro vulg. ὑποδεῖ, quod ab h. l. alienum, e codd. Colb. et
Cant. edidi ἀποδεῖ.

⁶³ Vocab. si post ἢ e codd. mss. inserendum putavi, ubi sine
ἢ legitur.

⁶⁴ Quod vulgo legeb. ἐπιτάφιος sensu caret. Etenim cum Diis
heroibusque opponatur, patet, de iis iam dici, qui humi con-
diti sint, neque in Olympiis sedibus versentur. Ii vero ἐν-
ταφιοι potius quam ἐπιτάφιοι dici debebant. Quanquam enim
bene novi, vocab. ἐνταφιος apud bonos scriptores Graecos
non ad homines sepultos, sed ad ea referri, quae pertinerent
ad corpus sepulturae praeparandum, (quo sensu ἐνταφια in-
terdum ornamenta sepulcralia vocantur, vd. Perizonius ad
Aeliani varr. hist. 1, 16.) tamen minime inprobabile, serio-
ris aevi scriptorem vocabulo cognatam hominis sepulti-notio-
nem tribuisse. (Simile exemplum, quod ad usum vocab.
ἡλικία pertineret, notavi supra c. 6. §. 1. n. 11.) Verbum
inde ductum ἐνταφιαζειν (proprie praeparare corpus sepultu-

brevis addatur laudatio ex iisdem quae supra indicavimus, petita argumentis. Quo in loco ubi versamur, necesse est illud inter et alia certaminum genera comparatio instituat; quae nunc a loco ducenda, v. c. (quod Olympiae agatur) nunc a tempore, v. c. quod antiquissimum sit, aut, (si recens), quantum antiquitate reliquis cedat, tantum praestet gloria, et, si nunc quidem omnium studio dignum existimetur, multo dignius olim sit futurum. Item, si quis Deus cognomen inde acceperit, quaecunque ad eum pertineant, commemorabimus; si quis heroum, res ab eo gestas persequemur; sin aliquis eorum, qui sepulcro conditi fuerint, propter ipsius virtutes dignum habitum esse monebimus, cuius in honorem certamina instituerentur. Praeterea urbem quoque cum aliis comparabimus, magnitudinis, pulchritudinis, conditoris, aedificiorumque ratione habita. Quae omnia iam alibi indicata. His expositis commodissime subiungemus, Thucydidis exemplum sequuti, orationem, qua athletas cohortemur, monentes, iampridem alios multos exstitisse, qui, cum tanta esset et urbis et certaminis dignitas, de gloria certarent, et ad victoriam obtinendam contenderent.

§. 6. At cum illi inter se differre soleant, siquidem alii fama sunt conspicui, alii minus illustres; aliis multae

rae) Phavorinus diserte per ενδοριαζειν, φατειν explicuit. — Ante ενταφιος in vulg. lect. desideravi δε.

65 οικοδομηματων. Vulgo legeb. οικηματος, cum per se minus usitatum, tum ab hoc loco plane alienum. Quod enim Sylburgius monuit, accipi posse pro ιδιωμα: proprietas civitatis, vel pro οικοδομηματα, id vereor, ut unquam loquendi usu possit probari. Praestat, opinor, pro tali vocabulo aliud loquendi usu satis probatum substituere, quam ad incertas et contortas explicandi rationes confugere. Accedit, quod locus, ad quem noster in seqq. (ειρηται δε και ταυτα ηδη) provocat (c. 1. §. 3.), ubi δημοσιων οικοδομηματων mentionem fieri voluerat, ostendit, hic quoque οικοδομηματων scriptum esse.

66 Thucydidis historici nullam inveni orationem ad athletas habitam. Cuiusnam aliis Thucydidis scriptionem ante oculos habuerit, decernere non ausim.

67 Recepi codd. lect. τοιαυτης pro vulg. ταυτης, quam praeferi et res ipsa iubet et seq. τοιουτου αγωνος.

§. 6.

68 απο σεφανων. Vd. c. 2. §. 7. n. 61.

νῦν πρῶτον ἀρχόμενα, πειρασόμεθα ἕκαστον ἀπὸ τῶν οικειῶν
καὶ προσφύων προτρέψασθαι· ὅς οἶον, τὰς μὲν πολλὰς ἔχον-
τας σεφάνους, ὅτι καλὸν, μὴ ὅπως ⁷⁰ καταισχύῃναι τέρας,
ἀλλὰ καὶ προαεῖναι καὶ πλεῖς ἀποφύγειν· ⁷¹ συναύξεται γὰρ
τοῖς σεφάνοις καὶ ἡ δόξα· τὰς δ' ὀλίγας, ὅτι δεῖ μὴ τέτοις ἀρ-
κεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ⁷² βεβαιώσασθαι τέρας, ὅτι (καὶ) μετὰ
τῆς ἀληθείας, τῷ καὶ προῖκα ἐπαγωνίσασθαι, καὶ προσλαβεῖν
ἑτέρας· τὰς δὲ νῦν πρῶτον ἀρχομένους ⁷³· Ἀρχὴ δὲ τοι ἡμῶν
παντός· καὶ τοῖς ἡττημένοις πρότερον, καλὸν ἀναμάχασθαι,
ἵνα μὴ καὶ ⁷⁴ ψυχῇ καὶ σώματι, ἀλλὰ τύχῃ μᾶλλον, δοκᾷσι
τῇ ἡττῇ κεχερῆσθαι· εἴτα ⁷⁵ συμπροτρέψεις τὰς μὲν κατὰ τὸ
αἰσχρὸν,

69 Sylburgii emendationem προτρέψασθαι (postea codd. aucto-
ritate confirmatam) recepi pro vulg. προτρέψεσθαι, quod
propter futurum praec. πειρασόμεθα minus commode lege-
batur.

70 Bene vidit Sylburg. pro vulg. καταισχύῃν scribingendum esse
καταισχύῃναι, quem infinitivum seqq. ἀλλὰ καὶ προσεῖναι etc.
manifesto efflagitant. — μὴ ὅπως — ἀλλὰ καὶ i. q. usitatius
οὐχ' ὅπως — ἀλλὰ καὶ, i. e. οὐ μόνον οὐ, ἀλλὰ καὶ. Cfr. Vige-
rius de idiotismis l. Gr. T. I. p. 432. ed Herm. eiusdemque
nota T. II. p. 766.

71 ἀποφύγειν. ἀποφύγειν et in Medio ἀποφαινέσθαι τι saepe di-
cuntur, qui praeclare facta edunt. Cfr. Platonis Menex. c. 8.

72 ἀλλὰ καὶ βεβαιώσασθαι etc. Athletas, quibus paucae hucus-
que contigerint coronae, has iubet eo confirmare quod alia
certamina subeant, nova edant fertitudinis et peritiae speci-
mina, novasque sibi comparent coronas, si vel nulla sint
praemia (diversa a coronis) proposita. Quae postrema ut
recte intelligantur, monendum paucis, in iis certaminibus,
quae quatuor illis sacris (i. e. Olymp. Pythh. Isthm.
Nempe.) minus essent solennia, praeter coronas varii gene-
ris munera, v. c. vestes, vasa, arma, victoribus contigisse;
unde sacra illa certamina interdum ἀγωνῶν σεφανίων (certa-
minum, quibus proprium quasi esset coronae βραβεῖον) no-
mine venirent (etsi antiquiori aetate nec in iis deessent alia
praemia). Vd. Fabri Agonist. l. 2. c. 9.

Verba ὅτι μετὰ τῆς ἀληθείας (delendum enim puto otiosum
καὶ, quod vulgo poss. ὅτι ponitur) explicant τὸ βεβαιώσασθαι.
Confirmari poterant (stabiliri) paucae, quae athleta hucus-
que adeptus fuerat, coronae eo, quod novis certaminibus
ostenderet, se non turpiter emisit victoriam, sed *re verā* ob-
tinuisse (cfr. quae mox seqq. inde a verbis: εἴτα πειρασόμεθα
αναιρεῖν etc.). Brevior est oratio pro: ὅτι μετὰ τῆς ἀληθείας
ἐχούσι τοὺς σεφάνους s. ἐκράτησαν, (ut infra: τὸ γὰρ μὴ μετὰ
ἀληθείας κρατῆσαι.) — Eorum, quae seqq. vulgatam lectio-
nem: καὶ προῖκα τῷ ἐπαγωνίσασθαι etc. ita immutandam puta-
vi, ut ordinem perturbatum restituerem, ἐπαγωνίζεσθαι
quamquam ita adhiberi solet, ut de eo dicatur, qui alicuius
rei s. praemii obtinendi causa certamen subeat, tamen hoc

locum corruptit Sch. βεβαιώσασθαι τὰς τῶν. (omnem circa eas dubitationem removere, ne quis suspicetur, data
pecunia alios esse ab ipiis vinici passos esse, id est sensus vector: ὅτι καὶ μετὰ τῆς ἀληθείας καὶ προῖκα
τὸ ἐπαγωνίζεσθαι, βεβαιώσ. τὸ ἐπαγων. p. eodem hoc sensu ut. προῖκα infra β. γ. occurrit.

multae iam contigerunt victoriae, alii nunc primum certare incipiunt; singulos ita cohortabimur, ut argumenta ex iis petamus, quae ad singulos proprie pertineant, iisque conducant. Quibus multae iam contigerunt coronae, eos decere monebimus, non tantum cavere, ne illae dedecorentur, sed alias quoque plures addere, ut una cum coronarum numero fama augeatur. Qui paucas fuerint adepti, oportere eos non paucis esse contentos, sed eo, quod porro subeant certamina, (si vel nulla sit mercedis spes) et novas sibi comparent coronas, confirmare illas, et, re vera se vicisse, comprobare. Incipientibus certare dicemus, cuiusvis rei esse aliquod initium, ipsoque initio dimidiam rei partem contineri, et qui victi fuerint in iis, quae hucusque subterint, certaminibus, eos decere denno certare, ut fortuna potius quam animo et corpore superati esse videantur. Tum omnes simul cohortabimur, illos quidem

loco (a quo illam notionem alienissimam esse ipsum voc. *πρῶτα* ostendit) potius: *insuper certare*, signif. (quam temporis notationem praepositioni *ἐπὶ* in compositionibus tribui vix est, quod moneatur. Vd. Vigerus l. l. T. II. p. 620. et.)

In verbis: *προσλαβεῖν ἑτέρους* perperam a vulg. lect. rebedunt codd. Colb. et Cant. quorum ille καὶ λαβεῖν ἑτέρους, hic καὶ λαβεῖν ἑταίρους exhibet. Notio enim assumendi s. praeterea accipiendi, quam compos. *πρόσλαβειν* exprimit, loco nostro est accommodatissima.

- 73 ἀρξομένους scil. *ἑσθάνους λαβεῖν*. Vulgaris lectio ἀρξομένους non videbatur, Sylburgio praeunte, necessario in ἀρχομένους aut ἀρξαμένους mutanda. Sermo est de iis, qui, cum hucusque victi decesserint, nunc primum victoriae honores sibi comparaturi sunt.

αρχὴ δὲ τοι ἡμισυ παντός. Patet, et voc. ὅτι desiderari, et particulas δὲ τοι non habere, quo commode referantur. Unde conferenti mihi locum (quo idem de *αρχή* dicitur) c. 3. §. 1. *αρχὴ δὲ κρατίσιν, καὶ ἐξ ἀρχῆς τὰ πάντα· καὶ οὗτις ἡμισυ τοῦ παντός, ἢ το παν* etc. in mentem venit, excidisse ante *αρχή* δὲ τοι etc. verba: ὅτι πάντα ἐξ ἀρχῆς. Incommoda est lectio cod. Cant. *αρχὴ δὲ τι*.

- 74 *να μὴ καὶ ψυχῇ* etc. ne ignavi et timidi, aut debiles artisque gymnasticæ inperiti videantur. Non spernenda lectio cod. Cant. *ψυχῇ τε καὶ σώματι*.

- 75 *συμπροτρέφεις*. Quae singulis illis antea constitutis athletarum generibus excitandis idonea esse monuerat, ea iam omnia complecti iubet oratorem, ita ut aperte significet, nemini certantium iustam suppetere ignaviae causam, sive vincendo iam inclaruerit, sive paucas nullamve nactus fuerit coronam.

ἐπὶ τῇ C (A. τρεῖ-
τοντες)

καὶ

αἰσχροῦν, τὰς δὲ κατὰ τὸ καλὸν, ὅτι τοῖς μὲν πολλὰς ἔχοντι
καὶ προνεμικῶσιν αἰσχροῦν τὸ ἡττηθῆναι τῶν μήπω νενικηκό-
των, τοῖς δ' ἄλλοις ἐντιμον, καὶ εἰς ὑπερβολὴν εἰς δόξης λόγον
ἔχον, ⁷⁶ τὰς νενικηκότας κρατῆται, καὶ δι' ἐνός σεφάνη
προσλαβεῖν τὴν τέτων δόξαν. εἴτα πειρασόμεθα ⁷⁷ ἀναι-
ρεῖν, δι' ἃ ἐπὶ τὸ διαφθεῖρεσθαι τινες τρέπονται, τῷ αἰσχροῦ
καὶ ἀδοξῷ, ὅτι αἰσχροῦ χρημάτων προέσθαι τὴν νίκην, κατ'
ἀμφοτέρω τὰ πρόσωπα τὸ αἰσχροῦ προσάπτοντες, ⁷⁸ καὶ κα-
τὰ τὸ τῶν διδόντων, καὶ κατὰ τὸ ⁷⁹ τῶν λαμβανόντων, ὅτι
οἱ μὲν ⁸⁰ χρήματα ἀντὶ δόξης ἀνταλλάσσουνται· ἐν ᾧ, οἷα μὲν
τὰ χρήματα, οἷα δὲ ἡ δόξα· τὰ μὲν πρόσκαιρα, ἡ δ' ἀθάνα-
τος· καὶ τὰ μὲν τύχη, καὶ χρόνος, καὶ πόλεμος ἀφίλειν· ἡ
δ' ἀναφίρετος ὑπὸ τέτων· καὶ τὰ μὲν ζῶντα εὐφραίνει, ἡ
δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν ζηλωτὴς ἀποφάνει· καὶ τὰ μὲν ἀπὸ
κακίας περιγίνεται, ⁸¹ ἡ δ' ἀπ' ἀρετῆς καὶ ἀνδραγαθίας. καὶ
ὅτι χεῖρας τῶν ⁸² προδοτῶν· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὰς ἄλλας
πωλῶσιν,

⁷⁶ καὶ οὐδε ὑπερβ. εἰς δόξης λόγον ἔχον. Perperam vertit latinus
interpres: neque fidem excedit. Omnis et orationis series et
usus loquendi ostendit, hoc sibi voluisse scriptorem, glo-
riam athletarum, qui, cum nondum aut rarissime vicissent,
eos, quibus antea contigisset victoria, superent, esse tan-
tam, quanta vix maior possit cogitari: (quod formula no-
tissima: cum ὑπερβολὴν ἔχον exprimitur.) εἰς δόξης λόγον i. q.
ratione habita gloriae, ut εἰς ἀρετῆς λόγον καὶ δόξης Demosth.
περὶ παρατρυσθ. (ed. Reisk. Vol. I. p. 335.)

⁷⁷ εἴτα πειρασόμεθα — προσεσθαι τὴν νίκην. Commate, quod
vulgo deest, interpungendum putavi post τρέπονται. Verba
enim: τῷ αἰσχροῦ καὶ ἀδοξῷ, omni orationis sensu efflagitante,
non (quod latinum interpretem fecisse video) verbo: τρέ-
πονται sed τῷ ἀναιρεῖν iungenda, ita ut sit i. q. κατὰ τὸ αἰ-
σχροῦ καὶ ἀδοξόν. Turpitudine rei declaranda tolli vult id,
quod nonnullis, ut se corrumpi patiantur, persuadet (lucris
studium). τρέπεσθαι ἐπὶ τὸ διαφθεῖρεσθαι dic. ut τρέπεσθαι
πρὸς ὕβριν in Luciani diall. Deorum dial. 18. T. I. ed. Reiz.
p. 248. et τρέπεσθαι πρὸς τὰ βέλτιω ib. in sompio T. I. p. 23.
τρέπεσθαι πρὸς τὸ δειπνόν Platonis Sympos. c. 3. ex. διαφθει-
ρεσθαι vero, quod saepissime universe de iis adhibetur, quo-
rum animus aliquo modo depravatur, h. l. (ut lat. corrumpi)
ad eos potissimum translatus videmus, qui certa mercedis
spe ducti turpia committant, ut Xenoph. Sympos. c. 5. ex.
et al. Explicatur enim seqq. ἀντὶ χρημ. προσεσθαι τὴν νίκην.
Formulam προσεσθαι τι (i. q. alibi προῖεσθαι) de iis dici soli-
tam, qui vel negligentia vel consulto aliquid perdant (vd. Dou-
naeus in praelectt. super Demosth. orat. de pace p. 115. ed.
Bock.) h. l. posteriori sensu accipi debere res ipsa compro-
bat. Transfertur enim ad athletas, qui, etsi nec virium in-
becillitate, nec artis inperitia prohibiti, quo minus victores
decederent, tamen pecunia corrupti victos se tradere male-

dem turpitudinis metu, hos spe gloriae excitanda, probantes, haud parum dedecere eos, quibus multae iam contigerint coronae, vinci ab iis, qui nondum vicerint; ceteris vero ita esse gloriosum, ut nulla possit maior esse gloria, eos, qui antea vicerint, superare, et una victoria obtinenda famam eorum sibi vindicare. Tum ea removere conabimur, quae nonnullos movent, ut corrumpi se patiantur, turpitudine rei declaranda, docebimusque, quam turpe sit, vendere victoriam, utriusque partis et emtorum et venditorum ratione habita. Nam hi quidem famam pecunia accepta vendunt (quo in argumento explicando ostendi oportet, quantum pecuniae praestet fama, cum illa sit temporaria, haec immortalis; illam facile auferant fortuna iniqua, tempora, bellorumque calamitates, haec eripi nequeat; illa vivos tantum oblectet, haec faciat, ut vel mortuis, quibus contigerit, invideatur; illa haud raro scelere, haec virtute tantum et strenuitate paretur). Unde peiores sunt illi proditoribus, (siquidem proditores alios, illi se ipsi vendunt)

bant. Simil. apud Pollucem in Onomast. III. §. 113. leg. ο ψυχην αν αργυριου προεμενος. Ad rem ipsam cfr. Pausanias qui in Ηλιακων l. 1. (l. 5. omnis operis) plura huius turpissimae fraudis exempla commemorat.

78 προσαπτοντες. προσαπτειν τι κατα προσωπων τι i. q. προσαπτειν τι προσωπω τινι, ut apud Dionysium Halic. περι λεκτικης του Δημοσθ. δεινот. c. 8. (T. VI. ed. Reisk. p. 975.) epist. ad Cn. Pompeium (ib. p. 770.) Vim formulae h. l. eam esse patet, ut de iis dicatur, qui de homine quodam aliquid pronunciant (sive id laudando fiat, sive accusando) adnecentes quasi s. tribuentes homini id, quod de eo pronuntiatur. Alibi sensu proprio tribuendi et conciliandi leg. ut in Demosth. λογω ερωτικω (ed. Reisk. Vol. II. p. 1417.).

79 κατα το των λαμβανοντων. Articulum το vulgo perperam abesse recte vidit Sylburgius.

80 Verbis: οτι οι μεν χρηματα etc. respondent quae infra leg. σπειτα και οι δοντες etc. Liceret pluribus exemplis probare, Graecos interdum ita loqui, ut, praecedente μεν, non δε, sed eius loco alia particula (v. c. σπειτα) sequatur, nisi ea de re iam satis copiose disputatum esset a Vigero l. 1. (T. II. p. 536. 37.) et Herrmanno in adnott. ad Vig. (T. II. p. 800.)

81 περιγινεται. περιγινεσθαι απο τινος s. εκ τινος dicuntur, quae ex aliqua re nascuntur, s. inde redundant (et bono et malo sensu). Cfr. Demosthenes in προσιμοις δημηγορικαις, Vol. II. ed. Reisk. p. 1433.

82 και οτι χειρους των προδοτων etc. Laborat omnis hic locus e vulg. lect. perversissima singularum enunciationum dispositione, qua omnis orationis series perturbatur. Vulgo enim

5. C.
κακείνοι

83 πωλῶσιν, ἔτοι δὲ καὶ ἑαυτὸς· καὶ ὅμοιοι τοῖς πόρονοις 84 εἰσὶν, ἐπὶ τοῖς σώμασι τοῖς ἑαυτῶν λαμβάνοντες· 85 ἐκείνοι μὲν ἴσως καὶ δι' ἡλικίαν 86 ἐξαπατηθέντες, ἔτοι δὲ δι' αἰσχροκέρδειαν ἑαυτὸς ἐκδόντες. ἔπειτα καὶ οἱ δόντες τῷ μὲν δοκεῖν νενικηκασί, τῇ δ' ἀληθείᾳ ἐώνηται τὴν νίκην· καὶ ὅτι εἰ δόξαν κτῶνται, ἀλλ' αἰσχύνην. τὸ γὰρ μὴ μετὰ ἀληθείας κρατῆσαι, πρὸς αἰσχύνην μάλλον τῷ κρατήσαντι, 87 ἢ δόξαν. καὶ ὅτι εἰ καὶ λανθάνουσιν τὰς ἄλλας, ἀλλ' ἑαυταῖς συνίσασιν· καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις μὲν δοκᾷ κρατεῖν, παρὰ δὲ ἑαυτοῖς ἡττηνται. καὶ ὅτι εἰς ἡδονὴν ἐπὶ τῆς 88 τοιαύτης νίκης· καὶ ὅτι ὁ τῆς 89 αἰσχύνης ἑλεγχος αἰεὶ συμπάρεσιν αὐτοῖς τῆς ἐπονείδος νίκης. εἴτα ὅτι εἰς λανθάνουσι· ῥηδὶως γὰρ ὁρῶνται, καὶ ἐκ τῶν σωμάτων, 90 καὶ ἐκ τῶν γυμνασίων, καὶ ἐκ τῶν προγεννημένων ἀγώνων. ἐν ᾧ, τίνα τὰ ἐπὶ ταῖς, 91 μάσιγας, ὕβρις, αἰκίαι σωμάτων, ἃ δέλων καὶ ἐκ ἐλευθέρων· τὸ παρὰ τοῖς θεαταῖς βλασφημῆσθαι, 92 ἀντὶ τῆ ἐπαινεῖσθαι, κρο-

verba: καὶ τα μὲν ἀπο κακίας περιγίνεται, ἢ δ' ἀπ' ἀρετῆς καὶ ἀνδραγαθίας proxime excipiebant haec: ἔπειτα καὶ οἱ δόντες τῷ μὲν δοκεῖν νενικηκασί — καὶ ὅτι τῆς αἰσχύνης ἑλεγχος αἰεὶ συμπάρεσιν αὐτοῖς τῆς ἐπονείδος νίκης, quibus non οἱ λαμβάνοντες, (qui pecuniam accipiunt, i. e. victoriam vendunt) sed οἱ δόντες (qui pecuniam largiuntur emtores victoriae) notantur. Tum sequebantur verba: καὶ ὅτι χεῖρους τῶν προδοτῶν — οὗτοι δὲ δι' αἰσχροκέρδειαν ἑαυτοὺς ἐκδόντες quae non posse non ad τοὺς λαμβάνοντας, de quibus supra inde a vbb. ὅτι οἱ μὲν χρήματα etc. sermo fuerat, referri, res ipsa docet. His addebantur tandem, quae a vbb. καὶ ὅτι οὐδὲ λανθάνουσι usque ad finem capitis denuo de emtoribus victoriae monentur. Restitui eum singularem enuntiati. ordinem, quem res ipsa efflagitabat. — Pro προδοτῶν codd. Colb. et Cant. vitiose παραδοτῶν.

83 πωλοῦσιν edidi e eod. reg. i. pro vulg. ποιῶσιν, quod sensu caret.

84 ὅμοιοι τοῖς πόρονοις. πόρος h. l. (quod addita docent) propriam ipsius vim tenet, ita ut cinaedos denotet, (pueros et iuvenes, qui muliebria patiuntur, corpore quaestum facientes.) Vd. Salmasius de foenore trapezit. p. 141.

85 λαμβάνοντες. Sequenti ἐκδόντες magis convenire videtur lectio cod. Cant. λαβόντες.

86 δι' ἡλικίαν. Decipiuntur illi, ait, facile ea, quae puerilis et iuvenilis aetatis esse solet, inperitia. At, qui victoriam vendunt, lucri studio ducti, scientes volentesque peccant.

87 τῷ κρατήσαντι, ἢ δόξαν. Male in codd. δόξης.

88 ἐπὶ τῆς νίκης. Cum praep. ἐπὶ interdum ita genitivo iungatur, ut rem hominemve, ad quem pertineat id, quod fieri dicatur, significet, (Demosth. T. II. ed. Reisk. p. 1392. ἐπὶ παντὶ ἐπαινεῖς ποιησόμεαι) non videtur necessario cum Sylburgio ἐπὶ ταῖς τοιαύταις νίκαις scribendum.

vendunt) similesque cinaedis, dum corpore quaestum faciunt; quanquam cinaedi facile ipsa aetatis suae ratione decipiuntur, illi contra turpis lucri causa sese aliis tradunt. Emtores vero specie quidem vicerunt, at re vera emerunt victoriam, non gloriam sed turpitudinem sibi parantes. (Turpitudinem quippe potius, quam gloriam adfert victori, non re vera vicisse.) Neque, si vel alios lateant, ipsorum possunt effugere conscientiam; sed, dum vicisse vulgo putantur, ipsi victos se iudicant. Ac ne grata quidem est talis victoria, cum pudor damnans perpetuus iis adsit comes. Neque latent alios. Facile enim et corporis indoles et palaestra atque certamina, quae antea subierant, quales sint, ostendunt. Qua in re spectari oportet, quatenam inde sequantur. Flagra dico, et alia iniuriarum, quae corpori inferantur, genera, servis potius, quam liberis digna, spectat-

89 ο της αισχυνης ελεγχος etc. Quanquam verba: ο της αισχυνης ελεγχος per se spectata duplicem versionem admittunt, ita ut vel simpliciter de reprehensione turpiter facti vel accuratius de reprehensione qua ipse pudor, quem homo sentit, eum quasi damnat, intelligatur, (cum αισχυνη et de pudore, quem gignunt turpiter facta, et de ipsa facti turpitudine dicatur;) tamen posteriorem rationem huic loco propterea magis convenire existimo, quod manifesto ad illa respicitur: αλλ' εαυτοις συνισασιν, και παρα τοις αλλοις μεν δοκουσι κρατειν, παρα δε εαυτοις ηττηνται. Verba της επονειδισου νικης, quae, si quem sensum inde extricare velis, necesse est verbis: της αισχυνης, iungas, et per se languent, et ipso loco, quo leguntur, lectorem offendunt. Conieci inde, vel supra pro επι της τοιαυτης νικης scripsisse nostrum: επι της τοιαυτης επονειδισου νικης tum vero librarium negligentia haud insolita vocabulum επονειδισου excidisse et cum verbis της νικης in nostrum locum perperam esse translatum; vel enatam esse omnem ελξιν et glossemate verbis ο της αισχυνης ελεγχος explicandis adscripto.

90 εκ των σωματων etc. Cum ii, qui victoriam emunt, plerumque et corpore infirmiores et artis inperitiores esse soleant, (quod utrumque facile probant et exercitationes, quae in gymnasiis instituuntur, et alia, quibus antea victi decesserant, sollennia certamina) facile alii vel suspicabuntur, vel certo sibi persuadebunt, eos non re vera vicisse.

91 μαστιγης. Castigabantur interdum ii, qui contra leges agonisticas peccaverant, virgis των αλυτων s. μαστιγοφορων, iubentibus agonotheris. Vd. Cuiacii observat. 2, 13. Conferri potest, qui et de castigationibus illis, et de poenis pecuniariis (quas noster silentio praeterit) copiosius disputat Faber in Agonist. l. 1. c. 21. 22. 23.

92 βλασφημεισθαι. βλασφημειν h. l. est: conviciis s. male dictis proscindere ut apud Herod. II, 6, 20. et al.

πρῶτευσθαι, σεφανεύσθαι. ἐνίοτε δὲ καὶ ζημία κατὰ τὸ ἐκβάλλεσθαι ⁹³ καὶ ἐκ τῶν σκιδίων καὶ ἀγώνων· μέγιστον δ' ἐπ' ἐλευθερίᾳ Φρουρῆντας, εἰς τὰς τῶν δέλων τιμωρίας ⁹⁴ περιόρῃν αὐτὰς ἐμπίπτοντας· καὶ ἂν μὲν δέλον ⁹⁵ αἰσθάνωνται τινα τῶν ἀγωνιζομένων εἶναι, κατηγορεῖν αὐτὰ καὶ ὡς ἀνάξιον τῆ ἀγῶνος ἐκκρίνειν· αὐτὰς δὲ, τὰς παρὰ τῶν ἀθλοθετῶν ψήφους ⁹⁶ τῆς ἐλευθερίας λαμβάνοντας, τὴν τῆς δελσίας οἰκοῦν ⁹⁷ καδ' αὐτῶν Φέρειν.

ζ'. Ἐν δὲ τέτῳ τῷ τόπῳ γενομένης ἀναγκαῖον καὶ τῶν ἀρχαίων μνημονεύειν, καὶ παραδείγματα Φέρειν, ὅσοι ἐνδοξοί, οἱ μὲν, ὅτι αἰτήτηγοι, οἱ δὲ, ὅτι πλείστας νίκας ἤραυτο, οἱ δὲ, ὅτι εἰ καὶ ὀλίγας, ἀλλὰ τὰς ἐνδοξοτάτας, καὶ ὅτι πάσας προῆκα, καὶ ὅτι ἀπὸ σαφροσύνης, ἀπ' ἐγκρατείας, ἀπ' ἀσκήσεως, τοιῆτοι ἐγένοντο· καὶ ὅτι αὐτοῖς τοιῆτο ⁹⁸ συνέβη, ὅτι πολλοὶ ⁹⁹ καὶ ἱστέοι ἐνομίσθησαν, οἱ δὲ καὶ ὡς Θεοὶ τιμῶνται καὶ (τῶν) πάλαι.

ΚΕΦ.

⁹³ ἐκβάλλεσθαι. Cum ex omni et antecedenti et sequenti oratione conicere liceat, scriptorem hic quoque praesens tempus adhibuisse, ἐκβάλλεσθαι cum Sylburgio pro vulg. ἐκβάλεσθαι edendum putavi.

⁹⁴ εἰς τὰς τῶν δούλων τιμωρίας etc. Quaeritur, quonam referri debeant αἱ τιμωρίαι? Si cum latino int. eo referas, quod servi, qui ausi fuissent, athletis se immiscere, stadio ac certamine depelli solerent; obstat, quod non facile patet, quomodo id, quod prohiberentur servi, quo minus certamina subirent, potuerit recte τιμωρία appellari. Malim intelligere μασιγὰς illas, ὑβρεῖς, αἰκίας σωματων supra commemoratas, poenas servis potius quam hominibus liberis dignas. Verum si ita statuitur, patet, vel ipsius scriptoris negligentia, vel librariorum incuria factum esse, ut omnis enunciatio: μέγιστον — ἐμπίπτοντας ab iis verbis quibuscum proxime esset coniuncta: μασιγὰς — σεφανεύσθαι, interponendis aliis separaretur.

⁹⁵ καὶ ἂν μὲν δούλων etc. De servis in athletarum numerum non receptis vd. Faber in Agon. l. 3. c. 17. Locus noster (a Fabio l. l. cuius rationem tenendam putavi, bene emendatus) vulgo ita legebatur: καὶ ἂν μὲν δούλων αἰσθάνωνται τινα τῶν ἀγωνιζομένων εἶναι κατηγορίαν αὐτοῦ καὶ ὡς ἀναξίου τοῦ ἀγῶνος ἐκκρίνειν. Quae partim sensu carere, partim rationibus grammaticis adversari quisque me non monente intelligit.

⁹⁶ αἰσθάνωντο recte legi in codd. Colb. et Cant. pro vulg. αἰσθάνων res ipsa docet. Agonothetarum enim fuit, diligenter inquirere, num vel conditio servilis, vel vita anteacta eos, qui certamina essent subituri, removeri ἐκκρίνεσθαι inbeat. Inde recte possunt τὰς ψήφους ἐλευθερίας λαμβάνοντες appellari, quos athletae non recedere iusserant. ψήφος τῆς ἐλευθερίας, i. q. sententia, quae alicuius libertatem comprobat, (de qua

spectatorumque convicia, quae laudationes, plausus, coronarumque loco in eos congeruntur, itemque gravem, quam tales interdum faciunt, iacturam, dum stadiis ac certaminibus depulsi, qui olim libertate sua superbiebant, servorum suppliciis se vident obnoxios, et, cum ipsi accusarent, ac, tanquam indignum certamine vellent removeri, si quem servum inter certantes deprehenderent, iam se ipsi sponte damnant servitutis, quanquam libertatem eorum agonotheiarum suffragia comprobaverant.

§. 7. Quo in loco versantes decet veterum mentionem quandam inlicere, et eorum, qui victoria famam consecuti sunt, laudare exempla, ita ut alios invictos fuisse dicamus, alios plurimas adeptos esse victorias, alios paucas quidem, sed maxime gloriosas, omnesque ita, ut absque omni mercedis spe certarent, eosdemque temperantia, continentia, exercitatione tales evasisse, et contigisse iis, ut multi Diis fere pares haberentur, nonnullis iampridem vere divinus cultus exhiberetur.

CAPUT

not. voc. ψηφες cfr. Reiske in indice graecitatis Demosth. p. 808.)

97 οἰκοθεν καὶ αὐτῶν φερειν. Recepi verissimam Sylburgii emendat. pro vulg. οἰκοθεν αὐτὸν φερειν. (quod nemo facile intellexerit.) καὶ αὐτῶν ut legamus, suadet ipsa oppositio- nis lex. Quemadmodum ii, qui se ipsi propria iudicio, sponte, οἰκοθεν, servitutis damnant (servili poena dignos se existimant) opponuntur agonotheis, qui antea libertatem eorum suis suffragiis comprobaverant, ita καὶ αὐτῶν respon- det τῷ κατηγορεῖν καὶ ὡς ἀναξίον τοῦ ἀγῶνος ἐκκρίνειν, ἂν μὲν δούλον αἰσθάνωνται τίνα etc.

§. 7.

98 τοιοῦτο συνεβη. Male codd. Colb. et Cant. τοιοῦτον.

99 οτι πολλοι καὶ ἰσοθεοι etc. Idem testantur Lucianus περὶ γυμνασ. Horst. Od. 1, 1, 6. et alii, quos laudant Zeibich. in Athletā παραδοξω c. 1. et Faber in Agon. l. 2. c. 16. — Vulgata loci lect. licet omnino aliquo modo defendere, si modo τῶν ante παλαι omittas, et το ἰσοθεον νομίζεσθαι a τῷ ὡς θεον τιμασθαι ita distinguas, ut illud ad solam internam persuasionem, hoc ad agendi rationem, qua aliquis significet, se illos Diis equiparare, referatur. Ingenue tamen fateor, omnem orationem rectius mihi procedere videri, si ita legatur: οτι πολλοὶ καὶ ἰσοθεοὶ ἐνομίσθησαν ταῖς παλαι, (οἱ παλαι scil. οὗτοι ἰ. q. παλαιοι, vd. Thucydidis λογος επιτ. c. 35.) οἱ δὲ καὶ νῦν ὡς θεοὶ τιμῶνται. (Multos illorum olim Diis equi- paratos esse, nonnullis nostra quoque aetate divinum exhi- beri cultum.)

Περὶ ἐσχηματισμένων πρῶτον. ¹

α. Ἀγῶνας ² ἐσχηματισμένους παντάπασιν ἔφασιν εἴ-
ναι τινες, ἀλλὰ μέρη μὲν ἀγῶνων ἐσχηματίζεσθαι συνομολογεῖσιν
τὸ

Caput VIII.

§. I.

I Ipsam singularum huius capituli partium interpretationem priusquam adgrediamur, liceat de significatione formulatum σχήματα et λόγος ἐσχηματισμένος pauca quaedam praemittere. Vocabuli σχήμα (quod latino: *figura* respondet,) propria et universa notio haec erat, ut *quamvis rei formam et habitum exterio-rem significaret, inprimis vero ad hominis rerumque humanarum formam et habitum transferretur.* (Quo sensu de civitatis forma dic. ap. Aristotelem περὶ κόσμου I, 3. de vestimentis, vd. Irmischius ad Herodionum l. 1. c. 9. p. 348. de omni externa conditione hominis Platonis Menex. c. 22. Pauli Apost. epist. ad Philipp. 2, 7.) Inde sponte profecta notio eius, quod in forma externa aliquo modo emineat, a vulgari et simplici deflectat, et artem studiumque prodat. Ita σχήματα interdum (ut campos προσχήμα) de ornamentis externis dici ostendit Valquenarius ad Euripidis Hippolytum v. 373. p. 204. eodemque sensu verbum ἐσχηματίζεσθαι de clypeo figuris variis egregie ornato in Aeschyli septem contra Thebas v. 450. legitur. Add. Xenoph. Sympos. c. 2. §. 15. 16. Aristoph. εἰρήνη v. 323. ubi vocc. σχήμα et ἐσχηματισμός ad gestus saltantium translata videntur. His arctissime coniunctum puto eum harum formularum usum, quo de iis potissimum formis dicantur, quas aliquis vel dicendo vel apendo assumat, ut veram rei rationem, veramque mentem aliquo modo dissimulet. Cfr. Plato in Protagora: σοφισταὶ πλείους γῆς εἶναι εἰσιν, ἀλλ' ἐξαρνούνται, καὶ ἐσχηματίζονται ἀμαθείας εἶναι. Eustath. ad Homer. II. β. p. 185. add. Demosthenes de corona T. I. edit. Reisk. oratt. Grr. p. 288. in. (esse enim loco laud. σχήματος pro vulg. προσχήματος legendum infra ex ipso scriptore nostro evincere studebimus.) Quibus praemissis, de variis, quae apud rhetores graecos deprehendantur, vocabulorum: σχήμα, λόγος s. ἀγὼν ἐσχηματισμένος, σχηματίζειν etc. significationibus rectius iudicare licebit. Etenim cum σχήμα primum omnino de quavis rei forma diceretur, poterat qualicumque sententiae et enunciationis conformatio hoc nomine insigniri. Vd. Aristides περὶ λόγου πολιτικού p. 641. edit. Lond. ubi dic. τυπὸς λόγου, ἐν ᾧ συμβεβηκέναι τὰ ἐπισημάνεα. Quinctil. institt. oratt. 9, 1. (Eodem latiori sensu σχηματισμούς adhibitum puto Dionysio Halic. περὶ συνθέσεως ὀνομαστικῆν c. 8. p. 46. T. V. ed. Reisk.) Verum quemadmodum σχήματα alibi haud raro ad formas vulgari-
bus et simplicibus eminentiores transfertur, ita in oratione quoque dicitur σχήμα, (ut lat. *figura*) quicquid a vulgari et simplici sententiarum et enunciationum forma deflectit, quo facilius possit dicentis consilio satisfieri; cuius loquendi rationis exemplis cum

CAPUT OCTAVUM.

De orationibus figuratis commentatio prima.

§. I. Orationes esse figuratas sunt qui omnino negent, nec fieri posse contendunt, ut integrae causae hoc

antiquiorum quorundam tum seriorum rhetorum scripta abundant. Vd. v. c. Tiberius rhetor περι των παρα Δημοσθ. σχημάτων. Alexander rhetor περι σχημάτων της διανοίας και της λέξεως. Cic. orator c. 25. (Schirach ad h. l.) Quintil. institt. oratt. l. 2. c. 13. l. 9. ab in. et all. II. Solebant talium σχημάτων duo genera constitui 1) των της λέξεως, figg. verborum, 2) των της διανοίας, figg. sententiarum (quo in discrimine constituendo et exemplis illustrando fere omnes rhetores illi, ne Cicerone quidem et Quintiliano exceptis, vehementer a vero aberrarunt, cum non satis intelligerent, perpaucas esse verborum conformationes, quibus non simul insit mutata aliquo modo sententiae conformatio). Denique (malo enim lectores, qui de iis, quae modo de utraque illarum formularum significatione rhetorica disputata sunt, copiosius edoceri cupiunt, cum ad Cresollii theatrum rhetorum veterum etc. l. 4. c. 7. tum praecipue ad Ernestii lexica technologiae Graecae et Latinae rhetor. sub vv. σχημα, σχηματίζω, σχηματισμός, et: figura, ablegare, quam nimiae ubertatis crimen incurrere) cum intellexerimus easdem formulas haud raro ad eos transferri, qui ab eo, quod simplicius esset et naturae maxime conveniens, ita recedant, ut forma quadam assumenda veram mentem et rei rationem dissimulant; non mirum videbitur, quod σχήματα rhetoribus Graecis haud raro de artificii dicatur, quae oratores adhibeant, ut vel verecundiae causa, vel, quo facilius persuadeant audientibus, effugiantve reprehensionem et odium, verum orationis consilium aliquo modo occultent, sive id singulis locis fiat, sive per integras orationes (quae inde λόγοι s. αἰγῶνες σχηματισμένοι dicebantur). De variis talium λόγων σχηματ. generibus eorumque usu copiosius quam in aliis rhetorum libris factum vidi, praecipitur hoc capite VIII. et IX. At cum his comparare iuvabit Demetrium Phaler. de elocutione §. 305. sqq. edit. Fischeri. Hermogenem περι ευρεσεων T. δ. p. 75 76. ed. Ald. Apsinis ταχυν ρητορ. (quae extrema parte collect. Ald. continetur.) Quintil. institt. oratt. l. 9. c. 2. Julium Rufinianum de figuris sentent. Non multum differunt ab iis, quae apud nostrum leguntur, Hermogenis et Apsinis praecepta, nisi, quod uterque singulares quasdam talium orationum species in nostro libello neque c. 8. neque c. 9. separatim indicatas commemoraret, contra alias in nostris commentat. obvias omitteret. Uterque enim tres constituit λόγων σχηματ. species: a) τὸ κατὰ τὸ ἐναντίον, ὅταν τὸ ἐναντίον κατασκευάζομεν, οὐ λέγομεν, ubi iis, quae dicimus, contraria effici volumus, (cfr. nostrae comment. c. 8. §. 2. 3. 15. c. 9. §. 2. 5.) b) τὸ κατὰ τὸ πλάγιον, ὅταν μετὰ τοῦ κατασκευάζειν τὸ ἐναντίον, καὶ ἄλλο τι περὶ αὐτὴν ὁ λόγος, ubi partim contraria iis, quae dicimus, effici

τὸ δὲ ὅλας ὑποθέσεις ³ διὰ τὰς τῆς τρόπου τῶν λόγων περαινεσθῆαι, ἔχ' οἷον τ' εἶναι φασί. μὴ γὰρ δυνατόν εἶναι, μὴ σαφῶς ἀκούοντας τὰς ἀπρωαμένους συνιέναι, περὶ δ' ὁ λόγος ἐστίν· ἢ τὰς παλαιὰς κεχρησθῆαι ⁴ τῷ τοιαύτῳ εἶδει τῶν λόγων καὶ τῶν ἀγώνων. ἡμεῖς δὲ, καὶ ὅσοι τρόποι τῶν ἐσχηματιζμένων ἀγώνων, φράσωμεν, καὶ τῆς μεταχειρήσεως ⁵ αὐτῇ

„diendo multis me admonuit, usque dum prima legatione perfuncti rediimus. Unde ignorabam, Athenienses, donis eum corruptum esse et se ipsum vendidisse.“ Quam eximium his inest oratoris artificium! Ostendit enim omnes illos deceptos esse. Neque tamen confestim aperte hanc sententiam protulit: „quemadmodum vos, ita ego quoque deceptus sum“ sed, interpositis iis, quae de Philocrate agerent, se ipse accusavit, et specie simplicitatis artificii astutiam occultavit eo, quod dicere mallet: „ignorabam igitur Athenienses, eum donis fuisse corruptum, et se ipsum vendidisse“ quam: „ego quoque ignorabam.“ ne omne argumentationis artificium propterea adhibuisse videretur, ut rei tractationem ipsius consilio et utilitati accommodaret. Sic alia obtendens alia arte molitur Demosthenes, eodemque artificio in eadem oratione iterum iterumque ad finem usque utitur. Hoc tibi sit orationum figuratarum, quae alia obtendunt, alia arte moliuntur, exemplum e genere iudiciali depromptum.

§. 7.

burgii emendat. εζηπατησθῆς, ad quam propius accedit scriptura cod. Cant. εζηπατησθῆαι.

- 95 (αλλα) δια μεσου etc. Pertinere haec ad locum antea laud. προσελθων τοιουν — πρεσβειας vix est, quod moneam. — Quemadmodum antea, sensu iubente, voc. οὐκ post επηγαγε δ' inserendum putavi, ita in vbb. δια μεσου etc. ubi scriptor, quid potius fecerit Demosthenes, enarrat, praepos. αλλα ante δια perperam vulgo deerat.
- 96 αplotητος προσχηματι κλεπτων etc. Pro vulg. βλέπων quod omni sensu carere oculos incurrit, recepi lectionem cod. reg. I. κλεπτων (quod voc eadem celandi s. occultandi artificium callidum significat. §. seq. recurrit: κλεπτων το δοκειν συναγρευσιν βασιλει τι etc.) — πανουργια, astutia, prudentia (quae inest τη κατασκευη, artificiosae tractationi) h. l. sensu bono dicitur, ut in Aeliani varr. histor. 2, 40. Ita πανουργιαi voc. artificia oratoria in Dionysii iudicio de Lysia c. 15. p. 487. T. V. R. Ingenua illa et simplici confessione: equidem scire non potui, Aeschinem a Philippo corruptum esse, (αplotητι), dissimulat orator verum consilium, occultatque artificium, quod adhibuit, ut ostenderet, omnes Athenienses pariter quam ipsum ab Aeschine fuisse deceptos, neque cuiquam posse mirum videri, quod ipse olim longe aliter de Aeschine iudicaverit.
- 97 επιχειρημα οικειας διοικησεως. Quemadmodum supra §. 3. οικειαι προτασεις dicebantur argumenta, quibus orator suam comprobare posset sententiam; ita h. l. διοικησις οικεια est tractationis ratio, quae id agit, ut dicentis consilio satisfiat eiusque commodo consulatur. [Ad Genitivos illos suppl. ave-

ζ'. Συμβουλευτικῶν δὲ πάλιν αὐτὸς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν Συμμοριῶν 98 δι' ὅλα τὴν τοιαύτην τέχνην ἐξεργάζεσθαι. ἔχει δὲ ἕτως· οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ὠρμήμασι μὲν πρὸς βασιλέα 99 τῶν Περσῶν, τοιαῦτα τῶν ῥητόρων συμβουλευόντων, καὶ 100 ἐπαιρόντων αὐτὰς ἐκ τῆ ἐπαινεῖν τὰς προγόνους, καὶ μεμνησθαι τῶν πεπραγμένων πρὸς τὰς βαρβάρους ἔργων· πρὸς δὲ τὸν Φίλιππον, τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλέα, ὀκνᾷσι πολεμεῖν. ὁ δὲ Δημοσθένης αὐτὰ τὰ ἐναντία, πρὸς μὲν τὸν βασιλέα πολεμεῖν αὐτὰς οὐ βούλεται, πρὸς δὲ τὸν Φίλιππον βέλονται. ὁρᾷς δύο ὑποθέσεις ἐναντίας ἀλλήλαις; πῶς ἔν τῷτο ποιεῖ; διπλῶ γὰρ τῷ σχήματι χρῆται. πρὸς μὲν τὸν βασιλέα ἔφησι μὴ δεῖν 101 πολεμεῖν, ἀλλὰ μηδέπω πολεμεῖν· εἰ γὰρ ἀπλῶς ἐκέλευε μὴ πολεμεῖν, οὐκ ἂν αὐτῷ πρᾶσεῖχον τὸν νῦν, ὠρμηκότες πρὸς τὸν πόλεμον. ὁ δὲ Φησὶ μὲν πολεμεῖν δεῖν, ἐνδιδῶς αὐτοῖς, ὃ βέλονται· πρότερον δ' ἀξιοῖ παρασκευάζεσθαι, ἵν' ἀσφαλέστερος καὶ 102 δικαιοτέρος ὁ πόλεμος γένοιτο, τέχνην τῷτο ποιῶν. οἶδες γὰρ, ὅτι ἡ ἀναβολὴ ἐκλύσει τὴν ὀρμὴν. 103 καὶ εὐθύς γε κατὰ τὸ προοίμιον, 104 κλέπτων

κα.— επιχειρήματα sunt artificia, quibus oratores in causis suis probandis utuntur. Vd. Ernesti in lexico techn. Gr. rhet. sub h. v. επιχειρημα ἐξεργάζεσθαι dic. ut infra §. 7. in. τεχνην ἐξεργάζεσθαι. Pervertit sensum omnis orationis A. Schottus ita vertendo: „ne universum institutum domi natum et elaboratum videretur.“

§. 7.

98 περὶ τῶν Συμμοριῶν. Consilium huius orat. quo pertinuerit, e seqq. discimus. Habita est Olymp. 106 a. 3. (vd. Dionysii Hal. ep. I. ad Ammaeum §. 4. p. 724. ex. 25. in T. VI. ed. Reisk.) Causa, cur περὶ συμμοριῶν inscriberetur, in eo quaerenda, quod orator, cum Athenienses de apparatu bellico recte instituendo esset edocturus, multa de omni ratione τῶν συμμοριῶν tum perturbata restituenda et emendanda protulerit. συμμορίαι enim dicebantur Atheniensibus ordines civium eorum, qui cum divitiis ceteros superarent, primarias partes agere solebant in pecunia ad belli necessitates conferenda, et triremibus adornandis. Cfr. erudita Cl. Wolfii disputatio in prolegomenis orationi Demosth. adversus Leptinen habitae praemissis p. 95, sqq.

99 πρὸς βασιλέα τῶν Περσῶν. Percrebuerat fama, Artaxerxem Ochum Atheniensibus bellum esse illaturum.

100 ἐπαιρόντων. ἐπαιρεῖν a propria attollendi notione saepe ad tropicam hominem ad aliquid agendum impellendi transferitur, ut Demosth. pro corona p. 286. Xenoph. memorabb. I. 2, 9.

101 οὐ Φησὶ μὴ δεῖν πολεμεῖν. Perperam in codd. nostri οὐ Φησὶ leg.

102 δικαιοτέρος. Quāquam δικαίος haud raro latiori sensu ita dicitur ut signif. omnino ea, quae talia sint, qualia esse de-

§. 7. Suasorium genus quod attinet, idem Demosthenes per totam de classibus orationem idem artificium adhibet. Res ita se habet. Athenienses haud exigua quidem ira contra Persarum regem ferebantur, cum oratores bellum suaderent, et maioribus laudandis commemorandisque rebus olim adversus Barbaros gestis animos inpellerent; sed ad bellum contra Philippum, Macedoniae regem suscipiendum minus erant prompti et parati. Contraria statuebat Demosthenes, non Persarum regem, sed Philippum debellandum existimans. Videsne duo argumenta sibi contraria? Quanam ratione in his tractandis versatur? Duplici utitur figura. Non omnino negans Persarum regem esse debellandum, nunc tamen debellari non vult. Intelligebat enim, Athenienses, quorum animi inpetu ad bellum gerendum ferrentur, ipsi omnino neganti bellum esse contra regem gerendum, minime aures esse praebituros. Unde suscipi quidem bellum iubet, concedens iis, quod volebant, sed antea necessaria vult comparari, quo tutius iustiusque bellum geratur; quod non sine arte facit. Videbat enim, procrastinationem nimium inpetum esse fracturam. Et statim quidem in prooemio, ne ullo mo-

beant, s. quae ita comparata sint, ut, quae debeant, efficere possint, (Xenoph. Sympos. c. 4. §. 13. Cyrop. II, 2, 15.) ideoque omnino bellum *δικαιοτερον* vocari poterat, quod ita gerebatur, ut iis, qui suscepissent, omnia suppetere ad bellum feliciter gerendum necessaria; tamen locus Demosthenis, qui respicitur: (orat. nostrae p. 179. ed. R. Vol. I. *εὐ δὲ τούτων τειρομένων οὐτῶν νομίζω συμφερεῖν ὑμῖν τὴν ἀρχὴν τοῦ πολέμου τηρεῖν, ὅπως δίκαια γένησεται*.) usitatam potius vocab. *δίκαιος* notionem tenere nos iubet, sensumque ita constituere: ut *bellum iustius geri videretur*. Suadet enim Atheniensibus, ut bellum cum Persarum rege gerendum differant, usque dum reliqui Graeci omnes intellexerint, regem Persarum vere omnibus Graecis insidiari.

103 *ὅτι ἡ ἀναβολὴ* etc. Perperam cod. Cant. *βουλή* (consultatio) pro *ἀναβολῇ* exh. Non enim h. l. deliberare Athenienses iubentur de bello regi inferendo, sed rem procrastinare. — *λυεῖν* solvere haud raro est i. q. facere, ut aliquid esse designat, quo sensu *λυεῖν εἰρήνην* dic. Demosth. de pace c. 3. p. 63. ed. Beck.

104 *κατὰ τὸ πρόσμιον*. κατὰ h. l. eam vim obtinet, qua interdum adhibetur ad tempus signif. ut *κατὰ τὴν ἀρχὴν*, Aelian. varr. historr. l. 2. c. 11. vd. Vigerus l. 1. ed. Herm. Vol. II. p. 636: — *κλεπτῶν τὸ δοκεῖν* etc. De formula *κλεπτεῖν τι* (disimulare) vd. §. 6. n. 96. *συναγορεύειν τι* dicitur, qui dicen-

των τὸ δοσεῖν συναγορεύειν βασιλεῖ τι, Φησὶν· „ἐγὼ νομίζω, κοινὸν ἐχθρὸν ἀπάντων ¹⁰⁵ τῶν Ἑλλήνων εἶναι βασιλέα· οὐ μὴν διὰ ταῦτα παραινέταιμ' ἂν μόνοις ¹⁰⁶ τῶν ἄλλων ὑμῖν πολεμὸν πρὸς αὐτὸν ἄρξασθαι.“ ¹⁰⁷ Οὕτω μὲν ἐπέχει τὴν ὁρμὴν, τῇ αὐτῇ τέχνῃ ¹⁰⁸ Θεκυδίδῃ χρώμενος. καὶ γὰρ παρὰ τῷ Θεκυδίδῃ ¹⁰⁹ Ἀρχίδαμος, ὃν Φησὶν, ὁ Θεκυδίδης συνετὸν εἶναι καὶ σώφρονα, ἐπειδὴ ἑώρα τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τὰς Πελοποννητίους ὠρμημένους πρὸς τὸ πολεμεῖν τοῖς Ἀθηναίοις, ἐχὶ μὴ πολεμεῖν κελύει· ἦδαι γὰρ ἔπεισόμενους· ἀλλὰ, μηδέπω τῆτο ποιεῖν, ἀλλὰ πρότερον παρασκευάζεσθαι. ἔτω μὲν γὰρ, ὅπερ ἔφαμεν, ἐμποδίζει ¹¹⁰ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν ὁ Δημοσθένης ὁμοίως τῷ Θεκυδίδῃ, διδάσκει ¹¹¹ δὲ προσελθόντος τοῦ λόγου τὸν τρόπον τῆς παρασκευῆς, ἧς παρασκευασθείσης εὐτρεπῆς γίνεταί πόλεμος κατὰ Φιλίππου, καὶ ἔτιως ἐκότερος ¹¹² λόγος τεχ-
νι-

do aliquem defendit, s. commodo eius consulit. Vd. Demosth. or. περὶ Ροδίων, ἀλευθερίας p. 194. Xenoph. apologia Socr. §. 22. τι vero (ut centies.) pro κατὰ τι accip. unde non est, quod cum Sylburgio scribatur: τι Φησιν;

¹⁰⁵ ἀπάντων τῶν Ἑλλήνων. Vocabulum ὄντων, quod vulgo apud rhetorem nostrum additur, cum neque in Demosthenis libris appareat, neque infra c. 9. §. 10. (ubi idem locus adferunt) legatur, ac praeterea satis otiosum sit, delendum putavi. Ortum haud dubie ex antecedd. ἀπάντων τῶν.

¹⁰⁶ μόνοις τῶν ἄλλων ὑμῖν i. q. vobis non adiutis a reliquis Graecis. Eodem sensu μονος Genitivo iungitur in Ael. varr. historr. l. 9. c. 40. (v. Perizonius et Kühnius ad h. l.) et alibi.

¹⁰⁷ ἀρξασθαι. De form. αἰρῆσθαι πολεμὸν: bellum, suscipere, vd. Douinaeus in adnott. ad Demosth. or. de pace p. 156. 57. ed. Beck. Pro ἀρξασθαι c. 9. §. 10. leg. συναγεῖν. Quamquam non negaverim, recte dici posse πολεμὸν συναγεῖν: bellum inferre s. contra aliquem contrahere, (ut Φθονὸν τιμὴν συναγεῖν Demosth. contra Midiam p. 524.) veram tamen loci lectionem eam puto, quae et nostro loco exhibetur, et in omnibus Demosthenis libris exstat. Facile enim poterat auctor capitis 9. §. 10. Demosthenis verba minus accurate laudans erroris quodam συναγεῖν pro ἀρξασθαι substituere.

¹⁰⁸ τῇ αὐτῇ τέχνῃ etc. Male deest artic. τῇ in codd. rhetoris nostri,

¹⁰⁹ παρὰ τῷ Θεκυδίδῃ etc. Athenienses cum Olymp. 86. a. 2. Corinthios prope Potidaeam vicissent, Lacedaemonii, quorum auxilio tum gaudebant Corinthii, a legatis eorum persuasi bellum Atheniensibus inferendum decreverunt, neque aures praebuerunt Archidamo (regi), qui, vires Lacedaemoniorum tali bello gerendo minime sufficere ratus, bellum, dissuadebat. Locus Thucydidis exstat l. 1. p. 45. s. 80 sqq. edit. Hudson.

¹¹⁰ ἐμποδίζει i. q. supra ἐπέχει. Eadem notione prohibendi aliquem quo minus sententiae cuidam statim subscribat, leg. in Xenoph. memorabb. IV. 3i 9.

modo Persarum regis partibus studere videatur: „Per-
 „sarum regem, ait, quanquam communem esse omnium
 „Graecorum hostem existimo, nolim tamen propterea
 „vobis suadere, ut soli sine reliquorum auxilio bellum
 „contra eum suscipiatis.“ Ita cohibet inpetum, tali,
 quali Thucydes usus, artificio. Legitur enim apud
 Thucydidem Archidamus, quem ille virum prudentem
 ac sapientem fuisse perhibet, cum vidisset Lacedaemo-
 nios et Peloponnesios inpetu ferri ad bellum Athenien-
 sibus inferendum, non omnino negasse, bellum esse
 gerendum, (quippe qui praevideret, eos talia suaden-
 ti minime esse obtemperaturos) sed suasisse, ut bel-
 lum non prius susciperent, quam necessaria fuerint com-
 parata. — His, ut antea diximus, Demosthenes pariter
 quam Thucydides nimium inpetum cohibet. Tum ve-
 ro procedente oratione, de apparatu quo idonei reddan-
 tur bello contra Philippum suscipiendo, Athenienses
 edocet. Ita fit, ut Demosthenes utrique orationis con-
 silio (et prohibendi Athenienses quo minus nunc Per-
 sarum regem debellent, et admonendi eosdem, ut ope
 ap:

- 111 Vulgaris loci lectio: διδάσκει δὲ προελθεῖν τοῦ λόγου τὸν τρόπον
 ἧς παρασκευασθεῖς, εὐτρεπὴς γίνεται κατὰ Φιλίππου, scilicet omni-
 no caret. (Vix enim puto cuiquam placitum esse A. Schotti in-
 terpretationem latinam, ne plane congruum quidem vulgari
 lect. „docet autem, mores oratione esse potiores. Quo facto, pa-
 „ratus tendit adversus Philippum.“ Ad emendandum locum
 Sylburgius viam nobis munivit. Bene enim vidit, partim
 post τὸν τρόπον desiderari vocab. παρασκευῆς (ita ut παρασκευῇ
 dicatur παρασκευασθεῖς, eodem modo quo παρασκευῇ παρα-
 σευασμένος leg. in Dionysii Halic. epist. ad Cn. Pompeium c.
 6. p. 783. Vol. VI. ed. Reisk.) partim pro εὐτρεπὴς rectius scribi
 εὐτρεπὴς: paratus, s. instructus (vd. Hemsterhusius ad Luciani
 dialogos marinos T. II. ed. Bipont. p. 382.) quam lect. a latino,
 quoque int. expressam video. Neque tamen his ita emendan-
 dis omnes loci difficultates tolluntur. Etenim si εὐτρεπὴς o.
 Sylburgii mente ad Demosthenem referatur, non patet, quo-
 modo dici potuerit ipse Demosthenes, facto illo apparatu, in
 oratione sua paratus et instructus tendere adversus Philippum.
 Verum omnis, opinor, difficultas evanescit, si post γίνεται in-
 seratur voc. πόλεμος, suadente id, ne dicam efflagitante loco
 parallelo c. 9. §. 10. συμβουλή δὲ τῆς παρασκευῆς εὐτρεπὴς τὸν
 πόλεμον τὸν πρὸς Φιλίππον ἐργάζεται, itemque προελθεῖν in προ-
 ελθόντος mutetur. (vd. infra §. 9. προιοντος δὲ τοῦ λόγου ecc.)
- 112 ἐκτερεῖς λόγους. Vd. supra §. 3. καὶ τρόπον τινα διπλοῦν ἀγω-
 να ἀγωνίζονται. Eodem modo ex. hac §. dic. ἀγωνῶν ἐτερῶν
 προτεινομένων, ἑτερῶν συγκυριασκειζομένων.

νικῶς περαινεται τῷ Δημοδόκῳ, κῶ βασιλεῖ μὲν μηδέπω πολε-
μεῖν, τῇ δ' ἐπὶ βασιλεῖα παρασκευῇ ἔχειν χρῆσθαι κατὰ Φιλίππου.
ἔτω μὲν δι' ὅλα τὰ λόγους συμβουλευτικῇ ἑτέρα προτείνονται, καὶ
ἑτέρα κατασκευάζεται, καὶ ὑποθέσεις ὑποθέσει ¹¹³ συμπλέ-
κονται. ἔχαις δύο ταῦτα παραδείγματα ἀγώνων, ἑτέρων ¹¹⁴
προτεινόμενων, ἑτέρων συγκατάσκευαζομένων, τὸ μὲν δικανικῇ
αἰδούς, τὸ δὲ συμβουλευτικῷ.

ἦ. Ἐπεὶ μὲντοι συμβουλευτικῶν καὶ δικανικῶν ἐμνήσθημεν,
λάβε καὶ παρὰ Πλάτωνος παραδείγματα ἀγώνων πλειόνων συμ-
πεπλεγμένων, καὶ τρόπον τινὰ πάντων ¹¹⁵ μερῶν τῆς ῥητορικῆς
συναγομένων. ἡ Σωκράτης ἀπολογία τὴν μὲν πρώτῃν ἔχει, ὡς
τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ, ἀπολογία, ἔστι δὲ καὶ Ἀθηναίων κα-
τηγורία, (αἰ) ¹¹⁶ τοιοῦτον ἄνδρα εἰς δίκην ὑπάγαγον. καὶ
κέρυτται τὸ πικρὸν τῆς κατηγορίας τῷ ἐπικεικῇ ¹¹⁷ τῆς ἀπο-
λογίας. ἃ γὰρ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογεῖται, Ἀθηναίων κατηγο-
ρεῖ. δύο μὲν αὐτὰ συμπλοκαί. τρίτη δὲ, ὁ λόγος ἐστὶ Σω-
κράτης ἐγκώμιον, καὶ τὸ ἐπαχθὲς τοῦ λόγου ¹¹⁸ ἐπεσκιάσται
τῷ ἀναγκαίῳ τῆς ἀπολογίας. τρίτη αὕτη συμπλοκή. καὶ γε-
γόνاسι δύο μὲν δικανικῇ ὑποθέσει συνημμέναι, ἡ ἀπολογία
καὶ ἡ κατηγορία. μία δ' ἐγκωμιστικῇ, ὁ ἐπαινος ὁ Σωκρά-
τους. τετάρτη συμπλοκή. ἥπερ μεγίστη ὑπόθεσις τῷ Πλά-
τωνι. ἔχουσα συμβουλευτικῆς ἰδέας ¹¹⁹ δύνειμι, Φιλόσοφον
δὲ τὴν θεωρίαν. ἔστι γὰρ τὸ βιβλίον παράγγελμα, ὁποῖον
εἶναι δεῖ τὸν Φιλόσοφον. τοῦτο, ὡς μὲν ἐν ῥητορικῇ, συμβε-
λευτικῇ ἰδέᾳ. ὡς δ' ἐν Φιλοσοφίᾳ, δόγμα παραδιδόμενον. τοι-
ούτου

113 ὑποθέσει συμπλέκονται. Deest vocab. ὑποθέσει in codd.
Colb. et Cant. Poterat omnino simpliciter scribi: καὶ ὑποθ-
σεις συμπλέκονται, ut §. seq. ἀγώνων πλειόνων συμπεπλεγμένων
et μόχ: δύο ὑποθέσεις συνημμέναι.

114 Omnem orationem magis perspicuam evadere puto, si com-
ma vulgo post ἀγώνων positum tollatur. vd. n. 112.

§. 8.

115 πάντων μερῶν τῆς ῥητ. Tria rhetorices μέρη dicc. nostro
tria, quae rhetores Graeci et Latini constituebant, eloquen-
tiae genera, iudicialia, deliberativum, demonstrativum. ῥη-
τορικῇ enim h. l. ut apud Aristotelem artis rhet. l. I. c. . in c. 3.
in. l. 2. c. 1. aliisque locis non institutionem oratoriam sed
ipsam facultatem bene dicendi eiusque usum innuit. Usita-
tiór hac in re form. εἰδὴ τῆς ῥητορικῆς.

116 (αἰ) τοιοῦτον ἄνδρα etc. Pro vulg. αἰ, quod sensu idoneo
caset, vel οἱ vel ὅτι scribendum puto. — In seqq. vero non
est, quod pro vulg. ὑπάγαγον e cod. Cant. ἀπάγαγον scriba-
mus. Quanquam enim haud raro ἀπάγεσθαι dicuntur, qui
ad iudicem §. ad supplicia rapiuntur (adducuntur), vd. Sal-
masius de modo usurarum c. 17; tamen et simpl. ὑπάγειν et
εἰς δίκην ὑπάγειν: reum deferre, in iudicium vocare, non minus
recte et eleganter dicitur. Vd. Herod. 6, 72. Maximí Tyríi

apparatus bellici contra illum instructi Philippo potius bellum inferant) artificio usus recte satisfaciat. Sic per omnem hanc suasionem alia obtendit, alia artis ope molitur, ac diversa connectit argumenta. Cognovisti iam duo exempla orationum, quae alia obtendunt, alia simul machinantur, quorum alterum e iudiciali, alterum e deliberativo genere depromptum.

§. 8. At cum de orationibus deliberativis et iudicialibus dictum fuerit, accipe praeterea alia quaedam e Platonis libris deprompta exempla orationum, quae plura dicendi argumenta connectunt, et fere omnia rhetorices genera complectuntur. Socratis apologia defensionem quidem prae se fert, (quod ipsa inscriptio docet) continet vero simul accusationem Atheniensium, qui talem virum in iudicium vocare ausi fuerint. Cuius accusationis acerbitas defensionis aequitate ita occultatur, ut iisdem rationibus, quibus Socrates defenditur, Athenienses accusentur. Sic duo argumenta sibi iuncta vides. Accedit tertium. Eadem oratio complectitur laudationem Socratis, in qua si quid molesti inest, obumbratur quasi defensionis necessitate. Inde trium argumentorum existit coniunctio, quorum duo ad genus iudiciale pertinent (accusatio et defensio), unum ad demonstrativum, (Socratis laudatio). His iungitur quartum, quod Platoni omnium est gravissimum, et, quamquam argumenti generis deliberativi locum obtinet, tamen simul quaestionem philosophicam complectitur. **Osten-**

disertatt. diss. 18. §. 10. p. 355. ed. Reisk. ubi Reiskius merito inprobat emendationem Hemsterhusii, pro vulg. *υπαγοισιν* legi iubentis *απαγοισιν*.

117 τῷ ἐπισίκει. Vd. §. 3. n. 16.

118 'δὺο μὲν αὐταὶ συμπλοκαί. Non: duae sunt coniunctiones, (nam una modo apparet coniunctionis horum argumentorum ratio) sed: duo argumenta sibi invicem iuncta. Eodem sensu *μοχ* τρίτη et *τεταρτὴ συμπλοκὴ* tertium dic. et quartum reliquis iunctum argumentum.

119 τοῖς ἐπαχθεῖς — ἐπισκιάσται. Sententia loci haec est: cum vereretur (Plato) ne Socratis laudatione offenderentur Athenienses, qui illum supplicio dignum iudicaverant, caute et prudenter molestum et iniucundum, quod laudatio habere poterat, occultavit defensionis necessariae specie obtendenda. *ἐπισκιάζειν* enim ut al. *ἐπισκότειν* tropice dicuntur, quae rem hominemve aliquo modo occultant, et quasi umbra quadam obducunt. Vd. D'Orvillius ad Charit. p. 637. ed. Lips.

120 συμβουλευτ. ἰδέας δυνάμιν. Quanquam, inquit, *υπόθεσις* illa

οὗτον γὰρ εἶναι ¹²¹ τὸν Φιλόσοφον, ὅποιος ἐν τῇ ἀπολογίᾳ φαίνεται Σωκράτης. ταύτην τὴν κρᾶσιν τῶν τεττάρων ὑποθέσεων ζηλώσας ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου τῇν μίμησιν ἐξηγεῖται. ¹²² καὶ γὰρ ἀπολογία ἔχει ὑπὲρ ὧν κατηγορεῖται, καὶ κατηγορίαν ἐλέγχοντος ¹²³ τοὺς ἡδικοῦτας καὶ τῶν κακῶν αἰτίους, καὶ φανερώς ἐγκώμιον δεικνύντος ἐφ' οἷς ἀξίος ἐστὶ τοῦ σεφῆος, καὶ τὸ δόγμα, ὡς ἐν λόγῳ δικανικῷ καὶ πολιτικῷ, ¹²⁴ ὅποιον εἶναι ¹²⁵ τὸν πολιτικὸν ἄνδρα καὶ σύμβουλον ἀγαθὸν δεῖ. λέγει γοῦν αὐτὸς ¹²⁶ ἐν τῷ λόγῳ σαφῶς ¹²⁷ „ταῦτα καὶ τοιαῦτα πράττειν, Αἰσχίνη, τὸν καλὸν καὶ ἀγαθὸν πολίτην δεῖ.“

3. Ταῦτα μὲν δὴ σοι κατὰ Δημοσθένους καὶ Πλάτωνος, ἀλλὰ καὶ Θουκυδίδης δύο ὑποθέσεις συμπλέκει, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ¹²⁸ ἐπιτάφιῳ. τῆς μὲν γὰρ ἐγκωμιαστικῆς ἰδέας ἐστὶν ὁ ἐπιτάφιος, συμπλέκεται δ' ἰδέα συμβουλευτικῇ, ἢ γὰρ μάλ-

in oratione Platonis tantum valet, quantum generis deliberativi argumentum (ἰδέα συμβουλευτικῇ) tamen simul θεωρία est φιλόσοφος. *effr.* locus Hermogenis περιειρσεων T. 3. cap. περί προκατασκευῆς non longe ab initio: καὶ μὴν καὶ ἐν τῷ τῆς κατὰ πρεσβείας λόγῳ προκατασκευῆς ἔχει χωρὰν καὶ δύναμιν το λαλεῖν etc. — Patet, scriptorem haec ideo monere, ut probet, quod supra dixerat, esse hunc Platonis libellum παράδειγμα πάντων μερῶν τῆς ρητορικῆς συναγομένων.

¹²¹ τοιοῦτον γὰρ εἶναι *subint.* δεῖ s. χρῆ. — *Pto seq.* ὅποιος ἵνα le in codd. Colb. et Cant. ὅποιον leg.

¹²² ἐξηγεῖται. *De voc.* εκθερεῖν *vd.* §. 6. n. 82.

¹²³ ἐλέγχοντος *sc.* Δημοσθένους: *dum* Demosthenes eos vituperat, qui ipsi injuriam intulerant.

¹²⁴ καὶ πολιτικῷ. *Res ipsa iubet h. l. eam vocab. λογος πολιτικός notionem teneri, quae latiori illa orationis publicae ad civitatem pertinentis non potest non comprehendendi. Intell. oratio, quae tractat causam-civilem. vd. c. 6. §. 1. n. 12.*

¹²⁵ τοῦ πολιτικοῦ ἀνδρα, *ἀνὴρ πολιτικός, vir civilis dic. qui consilio et facto rempublicam iuvare potest studeatque. Quod cum antiqua illa aetate praecipua orationis ope fieri soleret, patet, quo iure voc πολιτικός ad oratores potissimum fuerit translatum. vd. Cresollii theatrum rhetorum vet. l. 1. c. 3.*

¹²⁶ λέγει γοῦν αὐτός. *Male deest αὐτός in cod. Cant. Adferuntur enim in seqq. ipsius Demosthenis verba, quae disertè comprobent id, quod scriptor antea monuerat, contineri oratione δόγμα: ὅποιον εἶναι etc.*

¹²⁷ Vulgo, commate posito post σαφως, locus ita legebatur: ταῦτα καὶ τοιαῦτα πράττειν Αἰσχίνην, τὸν καλὸν καὶ ἀγαθὸν πολίτην; unde latinus int. hanc sententiam extricare studuit: „refert, autem ipse in oratione sine ullis ambagibus, quae et qualia „faciat bonus ille et probus (ut iactat) Aeschines.“ Quae ratio quam contorta sit, parumque vulgari lect. conveniens, ocu-

Ostenditur enim hoc libello, 'qualem esse oporteat Philosophum. Quae disputatio rhetori quidem deliberationis, Philosopho autem decreti (dogmatis) nomine veniret, quod iuberet Philosophum talem se praestare, qualis in Apologia Socrates describatur. Haec quatuor argumentorum coniunctionem Demosthenes in oratione de corona imitatus est, quae partim defensionem oratoris crimina in ipsum congesta a se removentis complectitur, partim accusationem eorum, qui ipsum iniuria adfecerant, malorumque fuerant auctores, partim laudationem haud obscuram (docente oratore, cur ipse corona dignus sit) partim dogma (quatenus id inesse potest iudiciali et politicae orationi) quod eo pertinet, ut ostendatur, qualem esse oporteat virum civilem, et consilio utili rempublicam adiuturum. Dicit enim orator aliquo loco diserte: „haec et similia; Aeschines, „facere decet probum bonumque civem“

§. 9. Haec erant a Demosthene et Platone petita exempla. At Thucydides quoque duo connectit argumenta in oratione, quae funebris inscribitur. - Quamquam enim oratio funebris demonstrativo genere comprehenditur, iuncta tamen sibi habet, quae pertinent ad deli-

los incurrit. Veram lect. ipse Demosthenes nobis suppeditat, qui in orat. pro corona p. 327. (Vol. I. R. cum de suis consiliis decretisque exposuisset, Aeschinem his verbis alloquitur: ταυτα και τοιαυτα πραττειν, Αισχινη, τον καλον κατασον πολειην δει.

Omnem, quae hac § continetur, disputationem quod attinet, vereor ne rhetor noster in pertractandis his exemplis e Platone et Demosthene petitis nimium fuerit argutus. Quamquam enim negari non potest, et in Platonis Apologiam et in Demosthenis orationem laudatam praeter defensionem omnia illa incidere, quae a nostro ad κατηγοριαν, σταινον, θεωριαν Φιλοσοφον, s. δογμα referantur, tamen utraque scriptio minime eodem iure, quo loca antea §§ 5. 6. 7. allata exemplis orationum σχηματισμενων ετερα προταινοντων, σταγα κατασκευαζοντων accenseri poterat. Etenim neque Plato Socratem neque Demosthenes decretum Ctesiphontis de corona aurea ipsi praebenda defendendi consilium ita obtendit, ut aliud quid mente teneat, et arte consequi studeat. Uterque potius vere satisfacit consilio ipsi proposito, quod nullo modo dissimulaverat; neque tamen fieri id poterat, nisi ipsa rei natura ita iubente simul accusantem et laudantem ageret, ac praeterea immisceret quae ad θεωριαν Φιλοσοφον s. δογμα pertinerent. 128 ου τω επιγραφομενω επιτ. Vids, quae supra ad c. 6. §. 1. n. 13. de hac oratione funebri Periclea disputata sunt.

K

μᾶλλον ἐπαινῶ τοὺς τεθνεῶτας, ἢ τοὺς ζῶντας ἐπὶ τὸν πόλεμον παρακαλεῖ. τοῦτο μέντοι ἀναγκαίως ποιεῖ. ὁ γὰρ λέγων ἐπὶ τὸν ἐπιτάφιον Περικλῆς, ἀνὴρ τοῦ πολέμου αἷτιος, ἔτι μέντοι τριῶν ὄντων κεφαλαίων τοῦ ἐπιτάφιου, ἐπαινοῦ, θρήνου, παραμυθίας, τὸ ἐν τῶν κεφαλαίων ὑπερβαίνει, τὸν θρήνον· εὐ γὰρ συνέφερε τῷ συμβουλευτικῷ, οὐδὲ τῇ προτροπῇ, πρὸ θρήνευ· ὡς φησιν αὐτός ὁ Θουκυδίδης, λέγων ὡς, «διόπερ καὶ τοὺς ¹²⁹ τῶνδε νῦν τοκέας, ὅσοι πάρεστε, οὐκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον, ἢ παραμυθήσομαι.» ποιεῖ δὲ τὰτ' ἀναγκαίως· ἐπεὶ δὲ ἀρχομένου ¹³⁰ τοῦ πολέμου τὸν λόγον ποιεῖται· ὡς εἰ ἐθρήνησε τοὺς πρῶτους ἀποθανόντας, ἀδύμους ἂν ἐποίησε τὰς μέλλοντας πολεμεῖν. αὐτῇ μὲν δὴ τῆς διπλῆς ὑποθέσεως ἡ χρεια. πῶς δ' ἔμεινε τὰς κατασκευαί, καὶ πῶς μίξας αὐτὸς ὁμολογεῖ, Φέρε θεασώμεθα. ἡ γὰρ κρῆσις ἔστιν ἡ τέχνη τοῦ σχήματος ἐν τοῖς λόγοις. Κεφάλαιον ἐστὶ τὸ ἐγκωμίαι ὃ τὸ γένος λόγος. οἱ ἂν προτρέποντες εἰς τὰς πολέμους, τὰ τῶν προγόνων ἔργα διεξιόντες παρορμῶσι τὰς ἀκούοντας. ἔτω συνετέλεσεν ¹³¹ ὁ ἐπαινος τὸ γένος εἰς τὴν συμβελήν. πάλιν ¹³² αὐτὸ κεφάλαιον ἐστὶ ἐν τοῖς ἐγκωμίοις ἡ παραβολή, ¹³³ τὸ παρεξετάζειν τὰς ἐπαινεμένους ἐτί-
ροις τοῖς εὐδοκιμῶσιν. ἀλλὰ μὴν ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς λόγοις, ὅτι ῥᾶδιος ὁ πόλεμος ἐστὶν, ἐκ τῆς παραβαλεῖν τὰ τῶν οἰκείων ¹³⁴ τοῖς τῶν ἐνεντιῶν ἀποδείκνυται. χρώμενος ἔν τῷ τῆς παραβολῆς λόγῳ, καὶ τὸ ἐγκωμίων ὁμῶ καὶ τὴν συμβελήν παρίνει. ¹³⁵ τὸτο γὰρ ὑπέστη μὲν ἀποδείξειν ἀρχέ-
μενος ¹³⁶ τὸ λόγῳ ἐπὶ τέλει δὲ βαβαιέμενος, ¹³⁷ ὅπως καὶ
ἐ/αλ-

¹²⁹ διοπερ καὶ τοὺς etc. Leguntur Thucydidis verba l. 2. c. 44. in. p. 102. ed. Gottloeberi, qui in nota ad h. l. vulgarem lect. ὀλοφύρομαι (quam Stephanus seq. futuri παραμυθήσομαι causa in ὀλοφύρομαι mutari iubebat) recte, opinor, tuetur, provocando ad alios, qui huius enallages exempla attulerunt.

¹³⁰ ἀρχομένου τοῦ πολέμου. Eodem fere modo de causa, cur Pericles τὸν θρήνον omnino praeterierit, disputat Alexander rhetor περὶ ἐπιταφίων: ἀλλὰ καὶ (Θουκυδίδης) ἀπὸ τοῦ θρήνου τὸ πᾶσον ἐφυλάξατο διὰ τοῦ πολέμου τὴν χρεῖαν.

¹³¹ ἔτω συνετέλεσεν etc. Proprie: eo modo generis laudatio simul confert (facit) ad cohortationem peragendam.

¹³² πάλιν αὐτὸ κεφάλαιον etc. Voculam αὐτὴν (quae interdum particulae καὶ h. l. continuationem notanti iungitur, v. c. Ael. varr. hist. 3, 19.) e codd. recipiendam putavi pro vulg. ὅνν sensum minus commodum praebente

¹³³ ἡ παραβολή, — ἐπαινουμένους. De notione comparationis quae h. l. inest vocabulo: παραβολή, vd. c. 1. §. 2. n. 72. Vulgarem lect. τοὺς ἐπαινοὺς ut in τ. ἐπαινουμένους mutarem, suadebant seqq. ἡττοίς τοῖς εὐδοκίμοις.

¹³⁴ τὰ τῶν οἰκείων. οἰκείαις dicitur, qui ad patriam, civitatem

deliberativum. Non magis quippe defunetos laudat, quam vivos ad fortitudinem bellicam excitat. Neque aliter fieri potest. Ipse enim Pericles, qui orationem funebrem recitat, belli fuerat auctor. Jam cum tria sint cuiusvis orationis funebris primaria capita, laudatio, deploratio, consolatio; unum eorum, deplorationem, omnino praeterit, quippe quae suasioni et cohortationi minime conducere; id quod ipse Thucydides his verbis testatur: „Quapropter parentes eorum, quotquot adestis, non deplorabo magis quam consolabor.“ Neque aliter fieri potuit. Quum enim incunte bello recitaretur haec oratio, non potuisset non deplorandis primis eorum, qui bello perierant, animos ceterorum, qui pugnaturi erant, timidos reddere. Talem usum praestabat duorum argumentorum coniunctio. Age videamus, quomodo et miscuit argumentationes, et ipse id fuerit professus. Hac enim coniunctione orationum figuratarum artificium continetur. Inter primaria laudationis argumenta refertur generis commemoratio. Inde solent, qui milites ad bella fortiter gerenda cohortantur, rebus gestis maiorum laudandis audientes excitare, ita ut generis laudatione simul adhortandi consilio satisficiant. Aliud laudationum argumentum est comparatio, qua ii, quos laudamus, aliis hominibus illustribus conferuntur. Solet autem in suasionibus, nullam esse belli cuiusdam gerendi difficultatem, ita probari, ut, quae ad nostros pertineant, cum iis, quae hostium sint, comparentur. Quapropter comparatione adhibenda satisfacit orator et laudandi et suadendi consilio. Hoc enim di-

dicentis pertinent. Solebant oratores vet. animos civium ad bellum aliquod gerendum incitaturi comparando suae civitatis conditionem, opes, et praesidia ad bellum necessaria cum gentis hostilis opibus ostendere, esse, quod bellum animo forti et inpavido gerant. (cfr. Demosthenis orat. Olynthicas et Philippicas.) Pertinebat vero ad τα των οικειων inprimis virorum fortium copia, quales erant ii, qui in bello perierant.

135 παραινει. Ita e codd. edendum putavi pro vulg. παρηνει; cum admonendi notio, quae lect. vulg. exprimitur, ab hoc loco prorsus sit aliena. Suppl. ο ρητωρ.

136 αρχομενος του λογου. Participium αρχομενος interdum Genitivo ita iungi, ut sit i. q. εν αρχη similibus locis laudandis probavit Vigerus l. l. ed. Herm. Vol. I. p. 355. 56. n.

137 επι τολαι δε βεβαιουμενος etc. Malim ob antec. verbum

ἐν ἀλλόττει τὴν τάξιν τῶν κεφαλαίων, καὶ δείκνυσιν, ὅτι
 πρεσβύτερον ¹³⁸ ἢ τῷ ῥήτορι τὸ τῆς συμβαλῆς τῆ ἐγνω-
 μίας καὶ λόγος. Λέγει δὲ ὡς ¹³⁹ „ἀπὸ οἷας τ' ἐπιτηδεύ-
 „σεως ἡλθομεν ἐπ' αὐτὰ, ¹⁴⁰ καὶ τρόπων ἐξ οἷων μεγάλα
 „ἐγένετο, ταῦτα δηλώσας πρῶτον, εἶμι καὶ ἐπὶ τὸν τῶν-
 „δε ἔπαινον, νομίζων, ἐπὶ τε τῷ παρόντι ἐκ ἂν ἀπρεπῇ
 „¹⁴¹ λαχθῆναι αὐτὰ, καὶ τὸν πάντα ὁμιλον, καὶ ἀσῶν καὶ
 „ξένων, σύμφορον ¹⁴² εἶναι ἐπακῆσαι αὐτῶν.“ ταῦτα μὲν
 ἐπ' ἀρχῇ· προϊόντος δὲ τῆ λόγος ἀποδείξας καὶ κεράσας,
 ἐπάγει λέγων. „διό ¹⁴³ δὴ καὶ ἐμήκυνα τὰ περὶ τῆς πό-
 „λεως, διδάσκαλίκαι τε ¹⁴⁴ ποιῆμενος, μὴ περὶ ἵτα ἡμῖν
 „εἶναι τὸν αἰῶνα, καὶ οἷς τῶνδε μὴδὲν ὑπάρχει, καὶ τὴν
 „εὐλογίαν ¹⁴⁵ ἅμα ἐφ' οἷς νῦν λέγω φανεράν σημείοις κα-
 31-

finium uterq. μὲν legere βεβαιούται. Voc. βεβαιουν et βεβαιου-
 σθαι (Medii forma) a notione firmum et stabile reddendi
 aliquid (confirmandi) facile poterat ad eos transferri, qui
 dicerent facerentve, quod se dicturos aut facturos promi-
 sissent, dicta et promissa factis confirmantes. Quo sensu
 ut h. l. accipiamus, suadet antecedens uterq.

138 πρεσβύτερον i. q. potius, ut infra c. 11. §. 3. ubi τῷ κυριο-
 τερος iungitur.

139 ἀπὸ οἷας τ' ἐπιτηδεύσεως etc. Leguntur verba c. 36. p. 79.
 80. edit. Gottlob.

Vulgaris omnium Thucydidis librorum lectio: ἀπὸ δὲ οἷ-
 ας ἐπιτηδεύσεως ἡλθομεν ἐπ' αὐτὰ εἰ, quae in rhetoris no-
 stri ll. obtinet: ἡλθον ἐπ' αὐτὰ omnino praeferenda. Ete-
 nim si ἡλθον vera putetur loci scriptura, non possit nisi
 ad maiores Atheniensium referri hoc sensu: „quibusnam
 „institutis studiisque ad talia (talem civitatis potentiam
 splendoremque) pervenerint.“ Verum antecedd. docent, non
 tam de ea, quae olim fuerit, quam de ea, quae nunc sit,
 aucta et confirmata civitatis salute disputari. Unde lect ἡλ-
 θον librariorum potius, quam scriptoris errori originem de-
 bere videtur. — Vocab. ἐπιτηδεύσεις cum h. l. opponatur
 τοῖς κατὰ πολέμους ἐργοῖς quævis instituta complecti putō
 quæ ad veram civitatis salutem et dignitatem internam
 augendam atque conservandam plurimum faciunt.

140 καὶ τρόπων ἐξ οἷων μεγάλα ἐγένετο (scil. τὰ πραγματὰ
 ἡμῶν.) Vulgo apud rhetorem nostrum καὶ τρόπων, ἐξ ὧν
 leg. Quae lectio, si quam non omnino incommodam sen-
 tentiam inde extricare velimus, ita explicatur necesse est,
 ut ad voc. τρόπων ex antecedd. suppleamus: ἀφ' οἷων ἐπ'
 αὐτὰ ἡλθομεν: quibusnam rationibus (s. institutis) huc per-
 venerimus, unde (ἐξ ὧν) res nostrae crescerent (s. crescere
 possent.) At vix est, quod moneam, omnem hanc dicendi
 rationem tam incommoda laborare tautologia, ut neque
 Thucydides ita scripsisse, neque rhetor noster Thucydidī
 talia obtusisse putari facile possit. Omnis oratio rectius
 procedit, si partim οἷων retineas, partim comma in Thu-

dicendo se effecturum et initio orationis pollicitus fuerat, et sub finem praestat, ubi ipsum argumentorum ordinem immutat, ostenditque, cohortationem oratoris laude potiorē fuisse. Verba haec sunt: „quaenam „autem fuerint studia, quae civitatis administratio, quae „instituta, quibus ad tantam magnitudinem pervenire- „mus, id ubi primum indicavero, ad horum laudem me „convertam, cum mihi persuasissimum habeam, dece- „re talia praesenti tempore proferre, neque parum prod- „esse omni et civium et peregrinorum multitudini, ta- „lia audire.“ Haec initio dicit. Procedente vero ora- tione, re probata, inunctisque sibi invicem argumenta- tionibus, addit: „Quare in iis, quae ad rempublicam spectant, explicandis copiosior fui, dum docebam, no- bis non instare earumdem rerum certamen, quarum il- lis, qui talibus careant, et simul laudationem eorum, ad quos pertinet oratio mea, argumentis firmabam lu- cu-

cydd. quoque libris vulgo post ἡρώτων positum tollas. — Verba autem: καὶ μεθ' οἷας πολιτείας (quanam civitatis forma, s. conditione sc. ἡλθόμεν ἐπ' αὐτὰ quae vulgo apud Thucydidem verba: καὶ τρόπων ἐξ οἷων praecedunt, utrum scriptoris, an librarii culpa exciderint, non ausim certo constitnere.

141 οὐκ ἂν ἀρετῇ λεχθῆναι αὐτὰ. Vocab δὲν quod vulgo apud nostrum ante αὐτὰ additur, cum partim in Thucydidis libris pariter quam in seqq. ubi haec verba denuo adferuntur, desit, partim ob antec. οὐκ ἀρετῇ haud parum langueat, delendum putavi. Ortum haud dubie e glossemate brevi, quo illustraretur formula: οὐκ ἀρετῇ λεχθῆναι (i. e. ea non tanquam minus decetia nunc proferri, i. q. talia dici debere.)

142 συμφορὸν εἶναι etc. structura verborum haec est: καὶ συμφορὸν εἶναι (quod absolute dictum,) τὸν πάντα ὁμιλον καὶ ἄρῃν καὶ ξένων ἐπακούσαι αὐτῶν. Apud Thucydidem verba ita leguntur: ἑμφορὸν εἶναι, αὐτῶν ἐπακούσαι.

143 διο δὲ καὶ ἐμμήνῃ etc. Perperam apud nostrum vulgo leg. καὶ εἰ ἐμμήνῃ etc. quae neque sensum commodum praebent, neque cum scriptura vulg. in Thucydidis libris obvia (c. 42. in p. 95. 96. ed. Gottl.) conciliari possunt, ubi recte leg. διο δὲ καὶ etc. quibus haec enunciatio antecedenti civitatis laudationi adnectitur. — μῆνῃναι τι saepe dicc, oratores, qui in aliqua re commemoranda diutius versantur. cfr. eadem oratio c. 43. Menexenus c. 16. in.

144 διδασκαλίαν τε ποιοῦμεν. διδασκαλίαν ποιῆσαι i. q. διδασκῆναι.

45 καὶ οἱ τῶνδε μῆδ' ὑπάρχει. scil. Lacedaemoniis. Illi enim (ut Gottloeberi verbis utar) minores erant potentia et

των τὸ δοκεῖν συναγορεύειν βασιλεῖ τι, Φησὶν· „ἐγὼ νομίζω, κοινὸν ἐχθρὸν ἀπάντων ¹⁰⁵ τῶν Ἑλλήνων εἶναι βασιλέα· οὐ μὴν διὰ ταῦτα παραινέσταιμ' ἂν μόνοις ¹⁰⁶ τῶν ἄλλων ὑμῖν πολεμὸν πρὸς αὐτὸν ἄρξασθαι“ ¹⁰⁷ Οὕτω μὲν ἐπέχει τὴν ὁρμὴν, τῇ αὐτῇ τέχνῃ ¹⁰⁸ Θεκυδίδῃ χρώμενος. καὶ γὰρ παρὰ τῷ Θεκυδίδῃ ¹⁰⁹ Ἀρχίδαμος, ὃν Φησι, ὁ Θεκυδίδης συνετὸν εἶναι καὶ σώφρονα, ἐπειδὴ ἑώρα τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τὰς Πελοποννητίους ὠρμημένους πρὸς τὸ πολεμεῖν τοῖς Ἀθηναίοις, ἐχὶ μὴ πολεμεῖν κελεύει· ἦδει γὰρ ὁ πεισόμενος· ἀλλὰ μὴδέπω τῶτο ποιεῖν, ἀλλὰ πρότερον παρασκευάζεσθαι. ἔτω μὲν γὰρ, ὅπερ ἔφαμεν, ἐμποδίζει ¹¹⁰ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν ὁ Δημοσθένης ὁμοίως τῷ Θεκυδίδῃ, διδάσκει ¹¹¹ δὲ προελθόντος τοῦ λόγου τὸν τρόπον τῆς παρασκευῆς, ἧς παρασκευασθείσης εὐτρεπὴς γίνεται πόλεμος κατὰ φιλίππε, καὶ ἔτως ἐκῆτερος ¹¹² λόγος τεχ-

νι-

do aliquem defendit, s. commodum eius consultit. Vd. Demosth. or. περὶ Ροδίων ἀλευθρίας p. 194. Xenoph. apologia Socr. §. 22. τι vero (ut centies.) pro κατὰ τι accip. unde non est, quod cum Sylburgio scribatur: τι Φησιν;

¹⁰⁵ ἀπάντων τῶν Ἑλλήνων. Vocabulum ὄντων, quod vulgo apud rhetorem nostrum additur, cum neque in Demosthenis libris appareat neque infra c. 9. §. 10. (ubi idem locus adfertur) legatur, ac praeterea satis otiosum sit, delendum putavi. Ortum haud dubie ex antecedd. ἀπάντων τῶν.

¹⁰⁶ μόνοις τῶν ἄλλων ὑμῖν i. q. vobis non adiutis a reliquis Graecis. Eodem sensu μονος Genitivo iungitur in Ael. varr. histor. l. 9. c. 40. (v. Perizonius et Kühnius ad h. l.) et alibi.

¹⁰⁷ ἀρᾶσθαι. De form. ἀρᾶσθαι πολεμὸν: bellum suscipere, vd. Dounaeus in adnot. ad Demosth. or. de pace p. 156. 57. ed. Beck: Pro ἀρᾶσθαι c. 9. §. 10. leg. συναγεῖν. Quamquam non negaverim, recte dici posse πολεμὸν συναγεῖν: bellum inferre s. contra aliquem contrahere, (ut Φθονον τιμὴν συναγεῖν Demosth. contra Midiam p. 524.) veram tamen loci lectionem eam puto, quae et nostro loco exhibetur, et in omnibus Demosthenis libris exstat. Facile enim poterat auctor capitis 9. s. 10. Demosthenis verba minus accurate laudans errore quodam συναγεῖν pro ἀρᾶσθαι substituere.

¹⁰⁸ τῇ αὐτῇ τέχνῃ etc. Male deest artic. τῇ in codd. rhetoris nostri,

¹⁰⁹ παρὰ τῷ Θεκυδίδῃ etc. Athenienses cum Olymp. 86. a. 2. Corinthios prope Potidaeam vicissent, Lacedaemoniis, quorum auxilio tum gaudebant Corinthii, a legatis eorum persuasi bellum Atheniensibus inferendum decreverunt, neque aures praebuerunt Archidamo (regi), qui, vires Lacedaemoniorum tali bello gerendo minime sufficere ratus, bellum dissuadebat. Locus Thucydidis exstat l. i. p. 45. s. 80 sqq. edit. Hudson.

¹¹⁰ ἐμποδίζει i. q. supra ἐπείχει. Eadem notione prohibendi aliquem quo minus sententiae cuiusdam statim subscribat, leg. in Xenoph. memorabb. IV, 3; 9.

modo Persarum regis partibus studere videatur: „Persarum regem, ait, quanquam communem esse omnium „Graecorum hostem existimo, nolim tamen propterea „vobis suadere, ut soli sine reliquorum auxilio bellum „contra eum suscipiatis.“ Ita cohibet inpetum, tali, quali Thucydes usus, artificio. Legitur enim apud Thucydidem Archidamus, quem ille virum prudentem ac sapientem fuisse perhibet, cum vidisset Lacedaemonios et Peloponnesios inpetu ferri ad bellum Atheniensibus inferendum, non omnino negasse, bellum esse gerendum, (quippe qui praevideret, eos talia suadenti minime esse obtemperaturos) sed suasisse, ut bellum non prius susciperent, quam necessaria fuerint comparata. — His, ut antea diximus, Demosthenes pariter quam Thucydides nimium inpetum cohibet. Tum vero procedente oratione, de apparatu quo idonei reddantur bello contra Philippum suscipiendo, Athenienses edocet. Ita fit, ut Demosthenes utrique orationis consilio (et prohibendi Athenienses quo minus nunc Persarum regem debellent, et admonendi eosdem, ut ope
ap:

- III Vulgaris loci lectio: διδάσκει δὲ προελθεῖν τοῦ λόγου τὸν τρόπον ἢ παρασκευασθεῖς, εὐπρεπὴς γίνεται κατὰ Φιλίππου, senā omni no caret. (Vix enim puto cuiquam placituram esse A. Schotti interpretationem latinam, ne plane congruam quidem vulgari lect. „docet autem, mores oratione esse potiores. Quo facto, paratus tendit adversus Philippum.“ Ad emendandum locum Sylburgius viam nobis munivit. Bene enim vidit, partim post τὸν τρόπον desiderari vocab. παρασκευῆς (ita ut παρασκευη dicatur παρασκευασθεῖς, eodem modo quo παρασκευη παρασκευασμένος leg. in Dionysii Halic. epist. ad Cn. Pompeium c. 6. p. 783. Vol. VI. ed. Reisk.) partim pro εὐπρεπὴς rectius scribi εὐπρεπής: paratus, et instructus (vd. Hemsterhuisius ad Luciani dialogos marinos T. II. ed. Bipont. p. 382.) quam lect. a latino, quoque int. expressam video. Neque tamen his ita emendandis omnes loci difficultates tolluntur. Etenim si εὐπρεπὴς o. Sylburgii mente ad Demosthenem referatur, non patet, quomodo dici potuerit ipse Demosthenes, facio illo apparatu, in oratione sua paratus et instructus tendere adversus Philippum. Verum omnis opinor, difficultas evanescit, si post γίνεται inseratur voc. πόλεμος, suadente id, ne dicam efflagitante loco parallelo c. 9. §. 10. συμβουλή δὲ τῆς παρασκευῆς εὐπρεπὴ τοῦ πολέμου τὸν πρὸς Φιλίππον ἐργάζεται, itemque προελθεῖν in προελθόντος mutetur. (vd. infra §. 9. προιοντος δὲ τοῦ λόγου ecc.)
- III2 εὐκτερος λόγος. Vd. supra §. 3. καὶ τρόπον τινα διπλοῦν ἀγωνα ἀγωνίζονται. Eodem modo ex. hac §. dic. ἀγωνῶν ἑτέρων προτεινομένων, ἑτέρων συγκατασκευαζομένων.

νικῶς περαίνεται τῷ Δημοσθένει, καὶ βασιλεῖ μὲν μηδέπω πολε-
μαῖν, τῇ δ' ἐπὶ βασιλείᾳ παρασκευῇ ἔχειν χρῆσθαι κατὰ Φιλίππου.
ἔτω μὲν δι' ὅλα τὰ λόγῃ συμβουλευτικῇ ἕτερα προταίνεται, καὶ
ἕτερα κατασκευάζεται, καὶ ὑποθέσεις ὑποθέσεις¹¹³ συμπλέ-
κονται. ἔχεις δύο ταῦτα παραδείγματα ἀγώνων, ἑτέρων¹¹⁴
πρωτεϊνόμενων, ἑτέρων συγκατασκευαζομένων, τὸ μὲν δικανικῶς
αἰδούς, τὸ δὲ συμβουλευτικῶς.

ἢ. Ἐπεὶ μὲντοι συμβουλευτικῶν καὶ δικανικῶν ἐμνήσθημεν,
λάβε καὶ παρὰ Πλάτωνος παραδείγματα ἀγώνων πλείονων συμ-
πλεγμένων, καὶ τρόπον τινὰ πάντων¹¹⁵ μερῶν τῆς ῥητορικῆς
συναγομένων. ἡ Σωκράτης ἀπολογία τὴν μὲν πρότατιν ἔχει, ὡς
τὸ ἐπίγραμμα δηλεῖ, ἀπολογία, ἔστι δὲ καὶ Ἀθηναίων κα-
τηγορία, (αἰ)¹¹⁶ τοιοῦτον ἄνδρα εἰς δίκην ὑπήγαγον. καὶ
πέφυκται τὸ πικρὸν τῆς κατηγορίας τῷ ἐπικρατεῖ¹¹⁷ τῆς ἀπο-
λογίας. ἃ γὰρ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογεῖται, Ἀθηναίων κατηγο-
ρεῖ. δύο μὲν αὐτὰ συμπλοκαί. τρίτη δὲ, ὁ λόγος ἐστὶ Σω-
κράτης ἐγκώμιον, καὶ τὸ ἐπαχθὲς τοῦ λόγου¹¹⁸ ἐπικρατεῖται
τῷ ἀναγκαίῳ τῆς ἀπολογίας. τρίτη αὕτη συμπλοκή. καὶ γε-
γόνاسι δύο μὲν δικανικαὶ ὑποθέσεις συνημμέναι, ἡ ἀπολογία
καὶ ἡ κατηγορία. μία δ' ἐγκωμιαστική; ὁ ἐπαινος ὁ Σωκρά-
τους. τετάρτη συμπλοκή. ἥπερ μεγίστη ὑπόθεσις τῷ Πλά-
τωνι. ἔχουσα συμβουλευτικῆς ιδέας¹¹⁹ δύναμιν, φιλόσοφον
δὲ τὴν θεωρίαν. ἔστι γὰρ τὸ βιβλίον παράγγελμα, ὅποιον
εἶναι δεῖ τὸν φιλόσοφον. τοῦτο, ὡς μὲν ἐν ῥητορικῇ, συμβε-
ουλευτικῇ ιδέᾳ· ὡς δ' ἐν φιλοσοφίᾳ, δόγμα παραδιδόμενον· τοι-
οῦτον

113 ὑποθέσεις συμπλέκονται. Deest vocab. ὑποθέσεις in codd.
Collb. et Cant. Poterat omnino simpliciter scribi: καὶ ὑποθε-
σεις συμπλέκονται, ut §. seq. ἀγώνων πλείονων συμπλεγμένων
et μόχ: δύο ὑποθέσεις συνημμέναι.

114 Omnem orationem magis perspicuam evadere puto, si com-
ma vulgo post ἀγώνων positum tollatur. vd. n. 112.

§. 8.

115 πάντων μερῶν τῆς ῥητ. Tria rhetorices μέρη dico, nostro
tria, quae rhetores Graeci et Latini constituebant, eloquen-
tiae genera, iudiciale, deliberativum, demonstrativum. ῥη-
τορικὴ enim h. l. ut apud Aristotelem artis rhet. l. I. c. . in c. 3.
in. l. 2. c. 1. aliisque locis non institutionem oratoriam sed
ipsam facultatem bene dicendi eiusque usum innuit. Usita-
tior hac in re form. εἰδὴ τῆς ῥητορικῆς.

116 (αἰ) τοιοῦτον ἄνδρα etc. Pro vulg. αἰ, quod sensu idoneo
causet, vel αἰ vel εἰ scribendum puto. — In seqq. vero non
est, quod pro vulg. ὑπήγαγον e cod. Cant. ἀτήγαγον scriba-
mus. Quanquam enim haud raro ἀπαγεσθαι dicuntur, qui
ad iudicem p. ad supplicia rapiuntur (adducuntur), vd. Sal-
masius de modo usurarum c. 17; tamen et simpl. ὑπάγειν et
εἰς δίκην ὑπάγειν: reum deferre, in iudicium vocare, non minus
recte et eleganter dicitur. Vd. Herod. 6, 72. Maximi Tyrii

apparatus bellici contra illum instructi Philippo potius bellum inferant) artificio usus recte satisfaciat. Sic per omnem hanc suasionem alia obtendit, alia artis ope molitur, ac diversa connectit argumenta. Cognovisti iam duo exempla orationum, quae alia obtendunt, alia simul machinantur, quorum alterum e iudiciali, alterum e deliberativo genere depromptum.

§. 8. At cum de orationibus deliberativis et iudicialibus dictum fuerit, accipe praeterea alia quaedam e Platonis libris deprompta exempla orationum, quae plura dicendi argumenta connectunt, et fere omnia rhetorices genera complectuntur. Socratis apologia defensionem quidem prae se fert, (quod ipsa inscriptio docet) continet vero simul accusationem Atheniensium, qui talem virum in iudicium vocare ausi fuerint. Cuius accusationis acerbitas defensionis aequitate ita occultatur, ut iisdem rationibus, quibus Socrates defenditur, Athenienses accusentur. Sic duo argumenta sibi iuncta vides. Accedit tertium. Eadem oratio complectitur laudationem Socratis, in qua si quid molesti inest, obumbratur quasi defensionis necessitate. Inde trium argumentorum existit coniunctio, quorum duo ad genus iudiciale pertinent (accusatio et defensio), unum ad demonstrativum, (Socratis laudatio). His iungitur quartum, quod Platoni omnium est gravissimum, et, quamquam argumenti generis deliberativi locum obtinet, tamen simul quaestionem philosophicam complectitur. Osten-

disbertart. diss. 18. s. 10. p. 355. ed. Reisk. ubi Reiskius merito inprobat emendationem Hemsterhusii, pro vulg. *παγοις* legi iubentis *παγοις*.

117 τῶ ἐπισκεῖ. Vd. §. 3. n. 16.

118 δύο μὲν αὐταὶ συμπλοκαί. Non: duae sunt coniunctiones, (nam una modo apparet coniunctionis horum argumentorum ratio) sed: duo argumenta sibi invicem iuncta. Eodem sensu μοχ τρίτη et τεταρτή συμπλοκή tertium dic. et quartum reliquis iunctum argumentum.

119 το ἐπαχθες — ἐπισκιάσται. Sententia loci haec est: cum vereretur (Plato) ne Socratis laudatione offenderentur Athenienses, qui illum supplicio dignum iudicaverant, caute et prudenter molestum et iniucundum, quod laudatio habere poterat, occultavit defensionis necessariae specie obtendenda. *ἐπισκιάζειν* enim ut al. *ἐπισκιοῦν* tröpice dicuntur, quae rem hominemve aliquo modo occultant, et quasi umbra quadam obducunt. Vd. D'Orvillius ad Charit. p. 637. ed. Lips.

120 συμπλευεῖν. ἰδέας δυνάμιν. Quamquam, inquit, *υποθέσεις* illa

οὗτον γὰρ εἶναι ¹²¹ τὸν φιλόσοφον, ὅποιος ἐν τῇ ἀπολογίᾳ φαίνεται Σωκράτης. ταύτην τὴν κρᾶσιν τῶν τεττάρων ὑποθέσεων ζηλώσας ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου τῆν μίμησιν ἐξηγεῖται. ¹²² καὶ γὰρ ἀπολογίαν ἔχει ὑπὲρ ὧν κατηγορεῖται, καὶ κατηγορίαν ἐλέγχοντος ¹²³ τοὺς ἰδικοῦντας καὶ τῶν κακῶν αἰτίους, καὶ φανερῶς ἐγκώμιον δεικνύντος ἐφ' οἷς ἄξιός ἐστι τοῦ σεφείναι, καὶ τὸ δόγμα, ὡς ἐν λόγῳ δικανικῷ καὶ πολιτικῷ, ¹²⁴ ὅποιον εἶναι ¹²⁵ τὸν πολιτικὸν ἄνδρα καὶ σύμβουλον ἀγαθὸν δεῖ. λέγει γοῦν αὐτὸς ¹²⁶ ἐν τῷ λόγῳ σαφῶς. ¹²⁷ „ταῦτα καὶ τοιαῦτα πράττειν, Αἰσχίνη, τὸν καλὸν καὶ ἀγαθὸν πολίτην δεῖ.“

Ζ. Ταῦτα μὲν δὴ σοι παρὰ Δημοσθένους καὶ Πλάτωνος. ἀλλὰ καὶ Θουκυδίδης δύο ὑποθέσεις συμπλέκει, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ¹²⁸ ἐπιτάφίῳ. τῆς μὲν γὰρ ἐγκωμιαστικῆς ιδέας ἐστὶν ὁ ἐπιτάφιος, συμπλέκεται δ' ἰδέα συμβουλευτικῆ· ἡ γὰρ μᾶλ-

in oratione Platonis tantum valet, quantum generis deliberativi argumentum (ἰδέα συμβουλευτικῆ) tamen simul Socras est φιλόσοφος. efr. locus Hermogenis περιειρσεων T. 3. cap. περὶ προκατασκευῆς non longo ab initio: καὶ μὴν καὶ ἐν τῷ τῆς κατὰ ῥαπρεσβείας λόγῳ προκατασκευῆς εἴχει χωρὰν καὶ δύναμιν τοῦ λεγεῖν etc. — Patet, scriptorem haec ideo monere, ut probet, quod supra dixerat, esse hunc Platonis libellum παραδειγμα πάντων μερῶν τῆς ῥητορικῆς συναγχομένων.

¹²¹ τοιοῦτον γὰρ εἶναι subint. δεῖ s. χρῆ. — Pro seq. ὅποιος male in codd. Colb. et Cant. ὅποιον leg.

¹²² ἐξηγεῖται. De voc. ἐκφέρειν vd. §. 6. n. 87.

¹²³ ἐλέγχοντος sc. Δημοσθένους: dum Demosthenes eos vituperat, qui ipsi injuriam intulerant.

¹²⁴ καὶ πολιτικῷ. Res ipsa iubet h. l. eam vocab. λόγος πολιτικός notionem teneri, quae latiori illa orationis publicae ad civitatem pertinentis non potest non comprehendi. Intell. oratio, quae tractat causam civilem. vd. c. 6. §. 1. n. 12.

¹²⁵ τὸν πολιτικὸν ἄνδρα, ἀνὴρ πολιτικός, vir civilis dic. qui consilio et facto rempublicam iuvare potest studetque. Quod cum antiqua illa aetate praecipua orationis opus fieri soleret, patet, quo iure voc. πολιτικός ad oratores potissimum fuerit translatum. vd. Cresollii theatrum rhetorum vet. l. 1. c. 3.

¹²⁶ λέγει γοῦν αὐτός. Male deest αὐτός in cod. Cant. Adferuntur enim in seqq. ipsius Demosthenis verba, quae disertè comprobant id, quod scriptor antea monuerat, contineri oratione δόγμα: οἷον εἶναι etc.

¹²⁷ Vulgo, commate posito post σαφῶς, locus ita legebatur: ταῦτα καὶ τοιαῦτα πράττειν Αἰσχίνην, τὸν καλὸν καὶ ἀγαθὸν πολίτην; unde latinus int. hanc sententiam extricare studuit: „refert autem ipse in oratione sine ullis ambagibus, quae et qualia „faciat bonus ille et probus (ut iacet) Aeschines“ Quae ratio quam contorta sit, parumque vulgari lect. conveniens, ocu-

Ostenditur enim hoc libello, qualem esse oporteat Philosophum. Quae disputatio rhetori quidem deliberationis, Philosopho autem decreti (dogmatis) nomine veniret, quod iuberet Philosophum talem se praestare, qualis in Apologia Socrates describatur. Hancce quatuor argumentorum coniunctionem Demosthenes in oratione de corona imitatus est, quae partim defensionem oratoris crimina in ipsum congesta a se remoyentis complectitur, partim accusationem eorum, qui ipsum iniuria adfecerant, malorumque fuerant auctores, partim laudationem haud obscuram (docente oratore, cur ipse corona dignus sit) partim dogma (quatenus id inesse potest iudiciali et politicae orationi) quod eo pertinet, ut ostendatur, qualem esse oporteat virum civilem, et consilio utili rempublicam adiuturum. Dicit enim orator aliquo loco diserte: „haec et similia; Aeschines, „facere decet probum bonumque civem“

§. 9. Haec erant a Demosthene et Platone petita exempla. At Thucydides quoque duo connectit argumenta in oratione, quae funebris inscribitur. - Quamquam enim oratio funebris demonstrativo genere comprehenditur, iuncta tamen sibi habet, quae pertinent ad deli-

los incurrit. Veram lect. ipse Demosthenes nobis suppeditat, qui in orat. pro corona p. 327. (Vol. I R. cum de suis consiliis decretisque exposuisset, Aeschinem his verbis alloquitur: ταυτα και τειαυτα κραττειν, Αισχινη, τον καλον καταγον παλιον δει.

Omniem, quae hac § continetur, disputationem quod attinet, vereor ne rhetor noster in pertractandis his exemplis a Platone et Demosthene petitis nimium fuerit argutus. Quanquam enim negari non potest, et in Platonis Apologiam et in Demosthenis orationem laudatam praeter defensionem omnia illa incidere, quae a nostro ad κατηγοριαν, σκαινον, θεωριαν Φιλοσοφον, s. δογμα referantur, tamen utraque scriptio minime eodem iure, quo loca antea §§ 5 6. 7. allata exemplis orationum σχηματισμενων ετερα προτεινοντων, ετερα κατασκευαζοντων accenseri poterat. Etenim neque Plato Socratem neque Demosthenes decretum Ctesiphontis de corona aurea ipsi praebenda defendendi consilium ita obtendit, ut aliud quid mente teneat, et arte consequi studeat. Uterque potius vere satisfacit consilio ipsi proposito, quod nullo modo dissimulaverat; neque tamen fieri id poterat, nisi ipsa rei natura ita iubente simul accusantem et laudantem ageret, ac praeter ea immisceret quae ad θεωριαν Φιλοσοφον s. δογμα pertinerent. 128 εν τω επιγραφομενω επιτ. Vids, quae supra ad c. 6. §. 1. n. 13. de hac oratione funebri Periclea disputata sunt.

K

μᾶλλον ἐπαινεῖ τοὺς τεθνεώτας, ἢ τοὺς ζῶντας ἐπὶ τὸν πό-
λεμον παρακαλεῖ. τοῦτο μέντοι ἀναγκαίως ποιεῖ. ὁ γὰρ λέ-
γων ἐστὶ τὸν ἐπιτάφιον Παρικλῆς, ἀνὴρ τοῦ πολέμου αἴτιος.
ἔτι μέντοι τριῶν ὄντων κεφαλαίων τοῦ ἐπιτάφιου, ἐπαινοῦ,
θρήνου, παραμυθίας, τὸ ἐν τῶν κεφαλαίων ὑπερβαίνει, τὸν
θρήνον· εὐ γὰρ συνέφερε τῷ συμβουλευτικῷ, οὐδὲ τῇ προτρο-
πῇ, πρὸ θρηνεῖν, ὡς φησιν αὐτός ὁ Θουκυδίδης, λέγων ὅσα·
„διόπερ καὶ τοὺς ¹²⁹ τῶνδε νῦν τοκέας, ὅσοι πάρεσσι, οὐκ ὀλο-
φύρομαι μᾶλλον, ἢ παραμυθίσομαι.“ ποιεῖ δὲ τὰτ' ἀναγ-
καίως· ἐπειδὴ ἀρχομένου ¹³⁰ τοῦ πολέμου τὸν λόγον ποιεῖ-
ται· ὡς εἰ ἐθρήνησε τοὺς πρώτους ἀποθανόντας, ἀδύμους ἂν
ἐποίησε τὰς μέλλοντας πολεμεῖν. αὕτη μὲν δὴ τῆς διπλῆς
ὑποθέσεως ἡ χρεῖα. πῶς δ' ἔμισε τὰς κατασκευὰς, καὶ πῶς
μῆλας αὐτὸς ὁμολογεῖ, φέρε θρασυμέδαι. ἡ γὰρ κρᾶσις
ἔστιν ἡ τέχνη τοῦ σχήματος ἐν τοῖς λόγοις. Κεφαλαίων
ἐστὶ τὰ ἐγκωμία ἢ τὰ γένους λόγος. οἱ ἔν προτρέποντες εἰς
τὰς πολέμους, τὰ τῶν προγόνων ἔργα διεξιόντες παρορμῶσι
τὰς ἀκρόντας. ἔτω συνετέλεσεν ¹³¹ ὁ ἔπαινος τὰ γένους εἰς
τὴν συμβολήν. πάλιν ¹³² αὐ κεφαλαίον ἐστὶ ἐν τοῖς ἐγκω-
μίοις ἡ παραβολή, ¹³³ τὸ παρεξετάζειν τὰς ἐπαινεμένους ἐτέ-
ροις τοῖς εὐδοκίμοις. ἀλλὰ μὴν ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς
λόγοις, ὅτι ῥάδιος ὁ πόλεμος ἐστὶν, ἐκ τῆ παραβαλεῖν τὰ τῶν
οἰκείων ¹³⁴ τοῖς τῶν ἐναντίων ἀποδείκνυσθαι. χρώμενος ἔν
τῷ τῆς παραβολῆς λόγῳ, καὶ τὸ ἐγκωμίων ὅμῃ καὶ τὴν συμ-
βολὴν παραίναι. ¹³⁵ τῆτο γὰρ ὑπέστη μὲν ἀποδείξειν ἀρχί-
μενος ¹³⁶ τὴν λόγῳ· ἐπὶ τέλει δὲ βεβαιούμενος, ¹³⁷ ὅπως καὶ
ἐνελ-

¹²⁹ διοπερ καὶ τοὺς etc. Leguntur Thucydidis verba l. 2. c. 44.
in. p. 102. ed. Gottloeberti, qui in nota ad h. l. vulgarem lect.
ελοφύρομαι (quam Stephanus seq. futuri παραμυθίσομαι causa
in ολοφύρεσθαι mutari iubebat) recte, opinor, tucitur, provo-
cando ad alios, qui huius enallages exempla attulerunt.

¹³⁰ ἀρχομένου τοῦ πολέμου. Eodem fere modo de causa, cum
Pericles τὸν θρήνον omnino praeterierit, disputat Alexander
rhetor περὶ ἐπιτάφιον: ἀλλὰ καὶ (Θουκυδίδης) ἀπὸ τοῦ θρήνου
τὸ πᾶσον ἐφυλάξατο διὰ τοῦ πολέμου τὴν χρεῖαν.

¹³¹ εὐτὼ συνετέλεσεν etc. Proprie: eo modo generis laudatio
simul confert (facit) ad cohortationem peragendam.

¹³² πάλιν αὐ κεφαλαίον etc. Voculam αὐ (quae interdum par-
ticulae πάλιν h. l. continuationem notanti iungitur, v. c.
Ael. varr. hist. 3. 19.) e codd. recipiendam putavi pro vulg.
ἐνν sensum minus commodum praebente

¹³³ ἡ παραβολή, — ἐπαινουμένων. De notione comparationis
quae h. l. inest vocabulo: παραβολή, vd. c. i. §. 8. n. 72.
Vulgarem lect. τοὺς ἐπαινους ut in τ. ἐπαινουμένων mutarem,
suadebant seqq. ἑτέροις τοῖς εὐδοκίμοις.

¹³⁴ τὰ τῶν οἰκείων. οἰκεία dicit, qui ad patriam, civitatem

deliberativum. Non magis quippe defunctos laudat, quam vivos ad fortitudinem bellicam excitat. Neque aliter fieri potest. Ipse enim Pericles, qui orationem funebrem recitat, belli fuerat auctor. Jam cum tria sint cuiusvis orationis funebris primaria capita, laudatio, deploratio, consolatio; unum eorum, deplorationem, omnino praeterit, quippe quae suasioni et cohortationi minime conducere; id quod ipse Thucydides his verbis testatur: „Quapropter parentes eorum, quotquot adestis, non deplorabo magis quam consolabor.“ Neque aliter fieri potuit. Quum enim inaeunte bello recitaretur haec oratio, non potuisset non deplorandis primis eorum, qui bello perierant, animos ceterorum, qui pugnaturi erant, timidos reddere. Talem usum praestabat duorum argumentorum coniunctio. Age videamus, quomodo et miscuerit argumentationes, et ipse id fuerit professus. Hac enim coniunctione orationum figuratarum artificium continetur. Inter primaria laudationis argumenta refertur generis commemoratio. Inde solent, qui milites ad bella fortiter gerenda cohortantur, rebus gestis maiorum laudandis audientes excitare, ita ut generis laudatione simul adhortandi consilio satisficiant. Aliud laudationum argumentum est comparatio, qua ii, quos laudamus, aliis hominibus illustribus conferuntur. Solet autem in suasionibus, nullam esse belli cuiusdam gerendi difficultatem, ita probari, ut, quae ad nostros pertineant, cum iis, quae hostium sint, comparentur. Quapropter comparatione adhibenda satisfacit orator et laudandi et suadendi consilio. Hoc enim di-

dicentis pertinent. Solebant oratores vet. animos civium ad bellum aliquod gerendum incitaturi comparando suae civitatis conditionem, opes, et praesidia ad bellum necessaria cum gentis hostilis opibus ostendere, esse, quod bellum animo forti et inpavido gerant. (cfr. Demosthenis orat. Olynthicas et Philippicas.) Pertinebat vero ad τα των οικειων inprimis virorum fortium copia, quales erant ii, qui in bello perierant.

135 *παραίνεσι*. Ita e codd. edendum putavi pro vulg. *παράγει*; cum admonendi notio, quae lect. vulg. exprimitur, ab hoc loco prorsus sit aliena. Suppl. ο *ρητωρ*.

136 *αρχομενος του λογου*. Participium *αρχομενος* interdum Genitivo ita iungi, ut sit i. q. *εν αρχη* similibus locis laudandis probavit Vigerus l. l. ed. Herm. Vol. I. p. 355. 56. n.

137 *ατι ταις δε βεβαιουμενος* etc. Malim ob antec. verbum

ἐναλλάττει τὴν τάξιν τῶν κεφαλαίων, καὶ δείκνυσιν, ὅτι
 πρεσβύτερον ¹³⁸ ἦν τῷ ῥήτορι τὸ τῆς συμβαλῆς τῆ ἐγκω-
 μιατικῆς λόγος. Λέγει δὲ ὡς ¹³⁹ „ἀπὸ οἷας τ' ἐπιτηδεύ-
 „σεως ἡλθομεν ἐπ' αὐτὰ, ¹⁴⁰ καὶ τρόπων ἐξ οἷων μεγάλα
 „ἐγένετο, ταῦτα δηλώσας πρῶτον, εἶμι καὶ ἐπὶ τὸν τῶν-
 „δε ἔπαινον, νομίζων, ἐπὶ τε τῷ παρόντι ἐκ ἂν ἀκρεπῇ
 „¹⁴¹ λεχθῆναι αὐτὰ, καὶ τὸν πάντα ὁμιλον, καὶ ἀξῶν καὶ
 „ἐξένων, σύμφορον ¹⁴² εἶναι ἐπακῆσαι αὐτῶν.“ ταῦτα μὲν
 „ἐπ' ἀρχῇ· προϊόντος δὲ τῆς λόγος ἀποδείξας καὶ κεράσας,
 „ἐπάγει λέγων. „διὸ ¹⁴³ δὴ καὶ ἐμήμυνα τὰ περὶ τῆς πό-
 „λεως, διδασκαλίαι τε ¹⁴⁴ ποιῆμενος, μὴ περὶ ἵτα ἡμῖν
 „εἶναι τὸν αἰῶνα, καὶ οἷς τῶνδε μὴδὲν ὑπάρχει, καὶ τὴν
 „εὐλογίαν ¹⁴⁵ ἅμα ἐφ' οἷς νῦν λέγω φανεράν σημείοις κα-
 31-

finium uterq. μὲν legere βεβαιούται. Voc. βεβαιουν et βεβαιου-
 σθαι (Medii forma) a notione firmum et stabile reddendi
 aliquid (confirmandi) facile poterat ad eos transferri, qui
 dicerent facerentve, quod se dicturos aut facturos promi-
 sissent, dicta et promissa factis confirmantes. Quo sensu
 ut h. l. accipiamus, suadet antecedens uterq.

¹³⁸ πρεσβύτερον i. q. potius, ut infra c. 11. §. 3. ubi τῷ κυριο-
 τερος iungitur.

¹³⁹ ἀπὸ οἷας τ' ἐπιτηδεύσεως etc. Leguntur verba c. 36. p. 79.
 80. edit. Gottlob.

Vulgaris omnium Thucydidis librorum lectio: ἀπὸ δὲ οἷ-
 ας ἐπιτηδεύσεως ἡλθομεν ἐπ' αὐτὰ εἰ, quae in rhetoris no-
 stri ll. obtinet: ἡλθον ἐπ' αὐτὰ omnino praeferenda. Ete-
 nim si ἡλθον vera putetur loci scriptura, non possit nisi
 ad maiores Atheniensium referri hoc sensu: „quibusnam
 „institutis studiisque ad talia (talem civitatis potentiam
 splendoremque) pervenerint.“ Verum antecedd. docent, non
 tam de ea, quae olim fuerit, quam de ea, quae nunc sit,
 aucta et confirmata civitatis salute disputari. Unde lect ἡλ-
 θον librorum potius, quam scriptoris errori originem de-
 bere videtur. — Vocab. ἐπιτηδεύσεις cum h. l. opponatur
 τοῖς κατὰ πολέμους ἐργοῖς quævis instituta complecti putō
 quæ ad veram civitatis salutem et dignitatem internam
 augendam atque conservandam plurimum faciunt.

¹⁴⁰ καὶ τρόπων ἐξ οἷων μεγάλα ἐγένετο (scil. τὰ πραγματὰ
 ἡμῶν.) Vulgo apud rhetorem nostrum καὶ τρόπων, ἐξ ὧν
 leg. Quae lectio, si quam non omnino incommodam sen-
 tentiam inde extricare velimus, ita explicatur necesse est,
 ut ad voc. τρόπων ex antecedd. suppleamus: ἀφ' οἷων ἐπ'
 αὐτὰ ἡλθομεν: quibusnam rationibus (s. institutis) huc per-
 venerimus, unde (ἐξ ὧν) res nostrae crescerent (s. crescere
 possent.) At vix est, quod moneam, omnem hanc dicendi
 rationem tam incommoda laborare tautologia, ut neque
 Thucydides ita scripsisse, neque rhetor noster Thucydidē
 talia obtusisse putari facile possit. Omnis oratio rectius
 procedit, si partim οἷων retineas, partim comma in Thu-

dicendo se effecturum et initio orationis pollicitus fuerat, et sub finem praestat, ubi ipsum argumentorum ordinem immutat, ostenditque, cohortationem oratori laude potiorē fuisse. Verba haec sunt: „quaenam „autem fuerint studia, quae civitatis administratio, quae „instituta, quibus ad tantam magnitudinem pervenire- „mus, id ubi primum indicavero, ad horum laudem me „convertam, cum mihi persuasissimum habeam, de- „re talia praesenti tempore proferre, neque parum prod- „esse omni et civium et peregrinorum multitudini, ta- „lla audire.“ Haec initio dicit. Procedente vero oratione, re probata, inunctisque sibi invicem argumentationibus, addit: „Quare in iis, quae ad rempublicam spectant, explicandis copiosior fui, dum docebam, nobis non instare earundem rerum certamen, quarum illis, qui talibus careant, et simul laudationem eorum, ad quos pertinet oratio mea, argumentis firmabam lu-
cu-

cydd. quoque libris vulgo post *ἡρώτων* positum tollas. — Verba autem: *καὶ μεθ' οἷας πολιτείας* (quam civitatis forma, s. conditione sc. *ἡλθόμεν ἐπ' αὐτὰ* quae vulgo apud Thucydidem verba: *καὶ τρώων ἐξ οἷων* praecedunt, utrum scriptoris, an librariorum culpa exciderint, non ausim certo constitnere.

141 οὐκ ἂν ἀπρεπὴ λέχθηναι αὐτὰ. Vocab *δεῖν* quod vulgo apud nostrum ante *αὐτὰ* additur, cum partim in Thucydidis libris pariter quam in seqq. ubi haec verba denuo adferuntur, desit, partim ob antec. οὐκ ἀπρεπὴ haud parum langueat, delendum putavi. Ortum haud dubie e glossemate brevi, quo illustraretur formula: οὐκ ἀπρεπὴ λέχθηναι (i. e. ea non tanquam minus decentia nunc proferri, i. q. talia dici debere.)

142 συμφορὸν εἶναι etc. structura verborum haec est: *καὶ συμφορὸν εἶναι* (quod absolute dictum,) *τὸν πάντα ὁμιλον καὶ ἄγων καὶ ξένων ἑπακούσαι αὐτῶν*. Apud Thucydidem verba ita leguntur: *ἕμφορον εἶναι, αὐτῶν ἑπακούσαι*.

143 διὸ δὴ καὶ ἐμήκυνα etc. Perperam apud nostrum vulgo leg: *καὶ εἰ ἐμήκυνα* etc. quae neque sensum commodum praebent, neque cum scriptura vulg. in Thucydidis libris obvia (c. 42. in p. 95. 96. ed. Gottl.) conciliari possunt, ubi recte leg. *διὸ δὴ καὶ* etc. quibus haec enunciatio antecedenti civitatis laudationi adnectitur. — *μήκυνεν* τι saepe dicc, oratores, qui in aliqua re commemoranda diutius versantur. cfr. eadem oratio c. 43. Menexenus c. 16. in.

144 διδασκαλίαν τε ποιοῦμενος. διδασκαλίαν ποιησθαι i. q. διδασκειν.

45 καὶ οἱ τῶνδε μῆδεν ὑπάρχει. scil. Lacedaemoniis. Illi enim (ut Gottlocheri verbis utar) minores erant potentia et

Διῆας. τὸ γὰρ ¹⁴⁶ „ἐπὶ τε τῷ παρόντι ἐκ ἂν ἀπρεπῆ λεχθῆναι αὐτὰ.“ τῆς ἐγκωμιαστικῆς ἰδέας ἐστίν. τὸ γὰρ ¹⁴⁷ κεφάλαιον ἐγκωμία τόδε. „καὶ τὸν πάντα ὁμιλον, καὶ ἀσῶν, καὶ ξένων, σύμφορον εἶναι ἐπακῶσαι αὐτῶν,“ τῆς συμβουλευτικῆς ἰδέας ἐστὶ. κυριώτατον γὰρ ἐν συμβελῇ κεφάλαιον τὸ συμφέρον. ¹⁴⁸ „Διδασκαλίαν ποιέμενος μὴ περὶ ἴσα ἡμῖν εἶναι τὸν ἀγῶνα, καὶ οἷς τῶνδε μηδὲν ὑπάρχει,“ τῆς συμβελῆς ἀπόδειξιν ἔχει. τὸ δὲ „τὴν εὐλογίαν ἅμα ἐφ’ οἷς νῦν λέγω φανεράν σημείοις καθίσας.“ τῆς ἐγκωμίας δαίτυσαι ¹⁴⁹ τὴν ἰσχύον. τὴν δὲ κρᾶσιν αὐτῶν τὸ „ἅμα“ ὁλοῖ. ταῦτα σοὶ καὶ παρὰ Θουκυδίδε.

1. Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ἐν ὅλῳ δράματι λόγον ἐσχηματισμένον ¹⁵⁰ περαινέει, ἐν τῇ Μελανίπκῃ τῇ σοφῇ. κρᾶσι δὲ τὸ σχῆμα διπλῶν, τὸ μὲν αὐτῆς τῆς ποιητῆς. τὸ δὲ τῆς ὑποκειμένης προσώπου τῆς Μελανίπκης. συγγέγονεν Ἀναξαγόρα ¹⁵¹ ὁ Εὐριπίδης. δόγμα δ’ ἦν Ἀναξαγόρα, τὸ „ὁμῶς πάντα χρήματα.“ ¹⁵² μετὰ ταῦτα συγγενόμενος Σωκρά-

oribus, quam Athenienses, quorum iactura et longe maior erat, quam Lacedaemoniorum, si res ipsorum fractae fuissent. — Post ὑπάρχει additur vulgo apud Thucyd. ὁμοίως.

¹⁴⁶ τὸ γὰρ „ἐπὶ τε τῷ παρόντι etc. Ipse orator his verbis pariter quam iis, quae mox proferuntur, aperte praeficitur, se cohortationi laudem ita iunxisse, ut, dum laudaret viros illos pro patria mortuos eorumque maiores, ostenderet decere Athenienses potentiam dignitatemque civitatis, ad quam illi plurimum contulerint, fortitudine servare. Encomii significationem rhetor inesse vult verbis: ἐπὶ τε τῷ παρόντι etc. Existimabat orator, laudem omnis civitatis, institutorum, rerumque a maioribus gestarum minime abhorrere a consilio laudandi viros pro patria mortuos.

¹⁴⁷ τὸ γὰρ κεφάλαιον etc. κεφάλαιον dici patet laudationem illam civitatis maiorumque.

¹⁴⁸ διδασκαλίαν ποιούμενος etc. Ante haec verba excidisse suspicor vbb. τὸ μὲν, quibus responderent seqq. τὸ δὲ. Perperam ed. Steph. μὴ et codd. Colb. et Cant. καὶ ante διδασκαλίαν exhibent.

¹⁴⁹ ἐγκωμίου — ἰσχύον. ἰσχυς h. l. argumenta signif. quae vim quasi omnis disputationis continent i. q. antea ἀποδείξει. Unde interdum ἰσχυρίζεσθαι dicuntur qui rem comprobant.

Quod supra §. 8. ex. de exemplis e Platone et Demosthene allatis universe monui, de Thucydideo loco non minus valere existimo. Quamquam enim orator duo argumenta, laudationem et cohortationem, (quae ipsa rei natura erant coniunctissima) una eademque oratione tractavit; inter eas tamen orationes, quae aliud consilium specie obtendant, aliud (quod illius obtentu dissimuletur) vere consequi stu-

culentissimis.“ Illa enim „cum mihi persuasissimum habeam, decere talia praesenti tempore proferre“ pertinent ad laudationem, cum primum aliquod laudationis caput innuant. Quae sequuntur: „neque parum prodesse omni et civium et peregrinorum multitudini talia audire,“ pertinent ad suasionem, quippe cuius primum argumentum est utilitas. Verba: „dum docebam, nobis non instare eorundem rerum certamen, quarum illis, qui talibus careant“ suasionis probationem continent. Contra, quae adduntur: et simul laudationem eorum, ad quos pertinet oratio mea; argumentis firmabam luculentissimis“ indicant argumenta, quibus firmetur laudatio. Coniunctionem vero argumentationum declarat vocula; simul. Haec de exemplo e Thucydide deprompto.

§. 10. Verum Euripides quoque poeta per integram fabulam (eam dico, quae inscribitur Melanippe sapiens) tractat orationem figuratam. Duplex ibi est figura, alia, quam poeta, alia, quam persona loquens Melanippe adhibet. Versabatur enim Euripides cum Anaxagora, in cuius placitis hoc fuit: omnia olim fuisse con-

deant, referri illa nullo modo poterit (quod hic ipse locus §. 9. ex. examinatus testatur.)

§. 10.

15 παραίνει. Ita recte in codd. legitur, cum vulgo editum παρῆναι neque facilius h. l. intelligi possit, quam §. antec. ubi eandem lect. inconstantiam deprehendimus, neque loco parallelo c. 9. §. 11. conveniat, ubi sine ulla scripturae variet. haec leguntur: ἀλλὰ καὶ Εὐριπ. δι' ὅλων λόγων διοικήσεως σχῆμα παραίνει ἐν ὅλῳ δράματι etc. — Tragoediae Euripideae: *Melanippe sapiens* inscriptae nonnisi pauca ad nos pervenerunt fragmenta. De nostro vide quae docte et acute disputavit Valquenarius in diatribe in Euripidis perditorum dramatum reliquias (subiuncta eiusdem editioni tragoediae Eurip. *Hippolytus* inser. Lugd. Batav. 1760. 4.) p. 183. 84.

151 συγγεγονένῃ Ἀναξαγόρῃ. Euripidem, antequam cum Socrate familiaritatem contraheret, Anaxagorae Clazomenii consuetudine et familiaritate diligenter usum fuisse, eundemque vel seriori tempore nunquam non pie coluisse, etsi animum ad alia studia transtulisset, cum scriptorum aliorum testimonia (v. c. Ciceronis Tuscull. quaest. 3, 14.) tum plura ipsius Euripidis loca, quibus gnomae Anaxagorae haud obscure exprimuntur, abunde confirmant. vd. Valquenarius in diatribe laud. c. 4. p. 25. sqq.

152 οἰκου πάντα χρεμάτα. Eadem γῶμη c. 9. §. 11. his verbis traditur: πάντα ἐν πᾶσιν (ἢ, quod. voc. recte addi iubet Val-

κράτει, ¹⁵³ καὶ κρείττονος λόγῳ μετασχαῖν, ¹⁵⁴ ἀξιῶσας, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τὸν Ἀναξαγόρῃ λόγον μνήμης ἐν τοῖς δράμασιν, ¹⁵⁵ ἐξήγαγεν αὐτὸ τὸ δόγμα ἐν τῇ Μελανίπῃ τῇ σοφῇ. ἡ γὰρ ἀρχὴ τῆς λόγῳ ¹⁵⁶ (αὐτῷ) αἰνιττεται τὴν πρὸς τὸν διδάσκαλον εὐνοίαν. Φησὶ ¹⁵⁷ γὰρ ἡ Μελανίπῃ·

(καὶ) ἐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα,
(ὡς ἄρα νός τε γαῖα τ' ἦν μορφὴ μία.)

ὁ μὲν Εὐριπίδῃ σχηματισμός ἄτος· ὁ δὲ τῆς Μελανίπῃς
— ¹⁵⁸ (τίς) τὰ παῖδια ἐξέδθηεν εἰς τὰ τῷ πατρὸς βεφόρβια.

quænarîus in diatr. p. 46.) εἰτα ὑπερὸν διακριθῇ. Omnia, quæ nunc disposita et late dispersa videmus, olim in unum quasi acervum congesta rudemque fuisse et indigestam molem coniebat Cfr. Diog. Laërt. 2, 6 Aristot. Phys. A. 8, 1. ubi Anaxag. decretum ita laudatur: πάντα ἢν ὁμοῦ, εἰτα νῦν εἰλθὼν αὐτὰ διακρίσθη. Pluribus de eo disputatum est a Valquærnio diatr. c. 6. p. 45 sqq. et Ill. Caro in eruditissima comment. qua Anaxagoreæ Cosmotheologiae fontes indagantur, Lips. 1797 4. p. 7. sqq.

¹⁵³ Σωκράτει. Novimus, Socratem non modo ipsum ab illa subtiliori rerum a vita communi remotarum investigatione alienum fuisse, sed etiam familiares ipsius discipulosque inde avocare studuisse. Luce circumfundit verba nostra locus Xenophontis memorabb. 4, 7. §. 6. ὁλως δὲ τῶν οὐρανῶν, ἡ ἑκάστῃ ο ἰσὸς μηχαναταί, Φροντιστὴν γίνεσθαι ἀπετραπέν (sc. Σωκράτης), οὗτε γὰρ εὐρετα ἀνθρώποις αὐτὰ νομίζειν εἶναι, οὐτε χαρίζεσθαι. ἰσὸς αὖν ἡγεῖτο τὸν ζητοῦντα, ὃ σκεῖνοι σαφηνίσαι οὐκ ἐβουλήθησαν κινδυνεύσαι δ' αὖν εἰπὴ καὶ παραφρονῆσαι τὸν ταῦτα μεριμνῶντα, οὐδὲν ἦπτον ἡ Ἀναξαγόρας παραφρονῆσεν, ὁ μάλιστα Φρονήσας ἐπὶ τῷ τὰς τῶν θεῶν μηχανὰς ἐξηγεῖσθαι.

¹⁵⁴ κρείττονος λόγου μετασχαῖν. λόγος h. l. animi sententia, opinio dic. cfr. c. 9. §. 11, ἐπὶ τοῦτο ὑπορωτερον ἡγαγε τὸν λόγον.

¹⁵⁵ ἐξήγαγεν αὐτὸ τὸ δόγμα. Vulg. αὐτὸ contra Sylburgium qui αὐτοῦ scribendum coniecit, non immerito defendi posse videtur. Ipsum Anaxagoræ dogma (omnia olim in unum fuisse congesta) aperte protulit poeta, neque obscurius tantum inquit. Pertinent hæc ad versum Euripideum: ὡς οὐρανὸς τε γαῖα τ' ἦν μορφὴ μία, nostro loco in codd. et edd. omnibus desideratum, quem c. 9. §. 11 (ubi verba: Καὶ οὐκ ἐμὸς — παρα proxime excipit) addendum existimavi, cum ad rhetoris sententiam probandam necessario requiretur.

¹⁵⁶ αὐτῷ. Pro αὐτῷ quod h. l. commodè explicari nequit, malim vđ αὐτῆς (ut intelligatur Melanippes oratio) vel αὐτοῦ (sc. Euripίδου, quod referatur ad τὴν εὐνοίαν.)

¹⁵⁷ Φησὶ γὰρ ἡ Μελανίπῃ etc. Melanippe, de qua h. l. agitur, (fuerit enim plures eiusdem nominis foeminae) filia vel Desmontis, vel Aeoli, cum, incscio patrè, a Neptuno gravidâ facta esset, ac duos peperisset liberos, exposuit eos in-

coniunctissima. Postea quanquam Socratis familiaritate usus meliora fuerat edoctus, dignum tamen, ut mihi videtur, existimans Anaxagorae placitum, cuius mentio fieret in fabula, id ipsum protulit in fabula Menalippe sapiens inscripta. Et initium quidem sermonis innuit Euripidis erga praeceptorem benevolentiam. Sic enim loquitur Melanippe;

non hic meus, sed matris est meae sermo,

Unam fuisse olim et coeli et terrae formam“

Haec quidem est figura, qua ipse poeta utitur. Ea vero, quam Melanippe adhibet, his inest — — exposuit liberos conceptos inter patris armenta (s. altera est Melanippe)

ter patris armenta. Repertos ibi pater monstra esse credit (e bove concepta) comburique voluit. Quam liberorum necem sermone ad patrem habito, cuius particula h. l. laudatur, avertere studuit Melanippe, ita ut primum omnium philosophicis rationibus (vd. infra: καὶ οὕτω — φιλοσοφουσα) ostenderet, non esse monstri quid in rerum natura: (καὶ οὐκ ἔμος — μορφή μία. In his vocab. καὶ, (quod ab initio leg. ne metrum versuum iambicorum trimetrorum acatall. turbetur, cum Hudsono vel plane delendum, vel in κ' οὐκ mutandum. Verba: ὡς οὐρανὸς — μία quamvis causa ductus e. c. 9. §. 11. addiderim, docui supra n. 155. Haud parum vero depravatus omnis versus loco laud. in ed. Steph. ita legebatur: ὡς οὐρανὸς γαλατῆ μορφή; in codd. γαλατῆ μορφή. Emendationem loci a Sylburgio et Hudsono receptam, quam nos quoque secuti sumus, petitam esse e Diodoro Sic. l. I. docuit Canterus in varr. lectt. l. 2. c. 15. Quo Diodori loco omne fragmentum plenius ita laudatur:

ὡς οὐρανὸς τε γαῖα τ' ἦν μορφή μία:
ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων διχὰ
τίκτουσι πάντα κενεῶναι εἰς φάος
δένδρη, πέποινα, θήρας, οὐς δ' ἄλγη τρέφει
γένος τε θνητῶν.

Vd. Valquenarii diatr. p. 45. 46. — Ceterum causa, cur Melanippe matris mentionem iniiciat, haec profertur a nostro c. 9. §. 11. ἵνα μὴ ἀπιστῶνς ᾖ ἡ φιλοσοφία.

158 οὐ δὲ τῆς Μελανίππης etc. Vulgo verba sic disposita leguntur: οὐ δὲ τῆς Μελανίππης.

— τίς τὰ παῖδια

Ἐξίστηναι εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια;

quasi illa: τίς — βουφόρβια, ipsius sint poëtae verba a rhetore allata. Verum partim indigna sunt elocutione poëtica (cui neque usus vocab. παῖδια neque form. τὰ τοῦ πατρὸς recte convenit) partim metricis rationibus altero versu haesit facile quemvis offendunt. Neque ullo modo cum loco parall. c. 9. §. 11. conciliari possunt ubi (e vulg. lectione) Melanippe haec dicere perhibetur;

ὁ δὲ πατήρ, οἰόμενος εἶναι τὸτο τέρας, γνώμην ¹⁵⁹ ποιεῖται
κατα-

εἰ δὲ παρθένος
Φθαρῖσα γ' ἐξέθης τὰ παῖδια,
καὶ Φοβουμένη τὸν πατέρα, σὺ φόνον δράσεις;

Quae verba (liceat enim de his accuratius sententiam nostram in mediam adferre, priusquam de nostri loci lectione recte constituenda pluribus disputemus) quanquam minus sunt depravata, et ad sententiam expressam recte intelligendam tutiorem viam muniunt, tamen nondum omni vitio carere videntur, cum et idem, quo nostro loco offendebamur, vocab. *παῖδια* recurrat, et metrum iamb v. 2. et 3. manifesto sit depravatum. Neque ad has difficultates omnino tollendas sufficit, quod Barnesius voc. γ' inter *Φθαρῖσα* et *ἐξέθης* (hiatus vitandi causa; itemque τις post *ἐξέθης* inseri voluit, et otiosum καὶ ante *Φοβουμένη* deleri. Digniorem sane poeta elocutionem lucrabimur, si cum Valquenario in diatribe laud. p. 183. 84. locum ita in integrum restituamus:

εἰ δὲ παρθένος
Φθαρῖσα γ' ἐξέθηνεν εἰς βουφόρβια,
Φοβουμένη τὸν πατέρα, σὺ δράσεις φόνον;

Vocab. *παῖδια* (quod haud dubie ex anteced. poetae oratione nobis non servata subintelligi debebit, ubi vel *τεκνα* vel aliud poet. oratione dignum vocabulum legebatur) poterat forsane glossemate in textum irrepere et veram lect. *εἰς βουφόρβια* expellere. Ipsum autem *substant.* *βουφόρβια* (quod Valquenarius e nostro loco petiit) vocem esse Euripideae dictioni satis accommodatam docuit idem laudandis locis Eurip. Iphigeniae in Taur. v. 237. Alc. v. 8. v. 1031. Verum quam Valquenarii emendationem facile cuius subtilitate se commendaturam existimo, liceat tamen aliam de hoc loco coniecturam faciliorem, opinor, et simpliciorum commemorare, quam Cl. Hermannii, Praeceptoris carissimi acumini debeo. Facile enim licebit vulgarem lectionem omnis loci: *εἰ δὲ παρθένος — δράσεις*; servare, si modo aumamus, inesse verbis partim poetae ipsius, partim rhetoris verba, qui non omnem integrum Euripidis locum satis diligenter laudaret, sed περιφρασεῖ potius uteretur. Cui sententiae quin subscribat, non dubitabit, qui ex antecedd intellexerit, talem negligentiam in laudandis scriptorum locis conspicuam ab omni libelli nostri indole minime abhorrere. Haud dubie eos, qui antiquitus textum c. 9. §. 11. describebant, antecedens voc. *λαγνῇ* in hunc errorem induxit, ut verba: *εἰ δὲ παρθένος — δράσεις*; ab antecedd intervallo quodam separanda et ita disponenda esse putarent quasi mera Euripidis verba continerent. Haec de loco parall. monita sufficiant. Nostrum vero quod attinet, profecto longe facilius oculos incurrit, verba: *τις τὰ παῖδια ἐξέθηνεν εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια*; minime posse pro ipsius poetae verbis accipi. Etenim quae praecedunt *ο δὲ τῆς Μελαμπικῆς* (sc. *σχηματισμός*) ita comparata sunt, ut eluceat, scriptorem non confestim ipsa poetae verba voluisse laudare, sed ante omnia, qualis

lanippes, quae liberos conceptos inter patris armenta exposuit.) Pater vero, monstra esse ratus, quum com-
buri

esset ille Melanippes σχηματισμος, declarare. Quod haud dubie Valquenarium movit, ut Rhetorem scripsisse putaret: *οτι τις τα παιδια* etc. (hoc sensu: figura, quam Melanippe adhibet, haec est, quod dicat, forsitan aliquem liberos hos inter patris armenta exposuisse) Fateor tamen, vel hac ratione admissa rhetoris orationem iusto abruptiorem et obscuriorem videri. Etenim ut causa et ratio σχηματισμου recte intelligeretur, debuerat antea breviter commemorari, Melanippen, nescio patre, a Neptuno vitiatam liberos duos peperisse eisdemque inter patris armenta exposuisse. Accedit ad sententiam meam firmandam c. 9. §. 11. ubi eadem a rhetore his verbis enarrantur: *η δε Μελανίπη παιδευθη μεν υπο του Ποσειδωνος, γεγους δε ταυτη παιδια. εξεζηκει δ' αυτα εις τα του πατρος βουφορβια.* (De quo loco Valquenarius praeclare haec disputat: „vitiosum est παιδευθη. „Non longe recedit πλησθη μεν υπο του Ποσειδωνος. Ingenio- „sa est doct. Toupii coniectura in emendatt. ad Suidam III, „p. 20. qua legit παλιδευθη. Meo tamen iudicio ne Callima- „chenum quidem παιδουσα, tanquam insolens, adhibuisset „Dionysius. ut ille βουφορβια vocem servavit Euripidis, sic „et πλησθηναι, hac in re suspicor adhibitum Tragico de „Neptuno, qui puellam vitiatam inpleverit κυματος θροισπο- „ρου cuius γεμουσαν, εν ποσειδωνος δηλαδη, teste Eustathio ad „Od. 1. p. 371. 46. dixerat Alopen Euripides in Cercyone: „coelesti tumidus pondere venter erat, Ovid. Fast. 3, 42. „Eustath. Od. 6. p. 749. 6.“ Quod enim Sylburgius monuit, vulg. παιδευθη pro διαπαρθενυθη s. διακορευθη: stuprata est, accipi posse. vix cuiquam persuasurus est.) Sequuntur haec: *ο δε πατηρ ηγεται εν βοας ειναι και ως τερας βουλεται κατακαυσαι* etc. Inde haud temere mihi suspicari videor, post vbb. *ο δε της Μελανίπης* plura textu excidisse quae ad illa Melanippes fata pertinerent, ita ut haec tantum servarentur: *τα παιδια εξεζηκειν εις τα του πατρος βουφορβια.* Delendum igitur signum interrog. vulgo post βουφορβια positum. Vocab. *τις* vel a librario addi potuit, qui omnem locum lacuna quadam laborare obscurius sentiret, vel ex alio vocabulo depravato et mutilato enasci. — Aliam loci emend. idem, quem de prioribus conspiciere licuit, Cl. Hermannus mihi suppeditavit, ita scribendum ratus: *ο δε της Μελανίπης, ητις τα παιδια εξεζηκειν — βουφορβια.* (alter σχηματισμος est ipsius Melanippes, quae liberos exposuit inter patris armenta.) Qua sent. probanda omnino hoc lucrabimur ut facilius pateat, unde ortum sit vocab. *τις*, neque de lacuna illa cogitare debeamus (quanquam magis perspicuam evadere putaverim omnem rhetoris disputationem, si verba, quibus Melanippen a Neptuno gravidam factam breviter commemoraret, a rhetore addita fuisse censeamus, ut c. 9. §. 11.) — Plures locum vexatum emendandi rationes proponendas putavi, quo facilius lector in diversis sententiis ponderandis

κττακαῦσαι τὰ παῖδια· ἥ δὲ σῶσαι βελομένη τὰ τέκνα, ὅτι
μηδὲν ἐστὶ τὸ τέρας, ¹⁶⁰ Φιλοσοφεῖ. καὶ ἔτω τὴν αὐτῆς ¹⁶¹
χρεῖαν διοικεῖται ἐν παραινέσεως σχήματι Φιλοσοφῶσα.

ιδ. Ἡ δὲ γε κωμωδία ὅτι πολιτεύεται ¹⁶² ἐν τοῖς δρά-
μασι καὶ Φιλοσοφεῖ, ἥ τῶν ¹⁶³ περὶ τὸν Κρατῖνον καὶ Ἀρι-
στοφάνην καὶ Εὐπολιν, τί δεῖ καὶ λέγειν; ἥ γὰρ τοι κωμωδία
αὐτῇ, τὸ γελοῖον ¹⁶⁴ προσησαμένη, Φιλοσοφεῖ. Ξενοφῶν δὲ
(δ

proprio uti posset iudicio. — Ceterum nomen, opinor,
monabit, quod verba Melanippes c. 9. §. 11. obvia: εἰ δὲ
παρθένος — φρονὸν δρασεῖς; (quibus et ipsius poëtae et rheto-
ris verba inesse vidimus) nostro loco prorsus desiderantur.
Etenim duplex ille (ut rhetoris verbis utar) σχηματισμός
(poëtae atque Melanippes), cuius rationem ostendere voluit;
ad illa potissimum supra iam laudata: καὶ οὐκ ἔμμε — μω-
ρη μία, pertinuit, ubi partim poëta Anaxagorei decreti men-
tionem iniicit, partim Melanippe efficere studet, ut pater
liberos repertos neque monstra esse putet, neque comburi iu-
beat. Unde non erat, quod rhetor nostro loco illa: εἰ δὲ
παρθένος — δρασεῖς; adferret. Alia est ratio c. 9. §. 11.
ubi propterea laudantur, ut pateat, quomodo is, qui figu-
ra utatur, simul quodammodo solvere possit ac debeat σχη-
ματισμόν.

¹⁵⁹ γυνῆν ποιεῖται. γυνή h. l. est decretum. Vd. Taylor ad
Demosthenem T. II. p. 604. Solet autem vb. ποιεῖν et me-
dium ποιεῖσθαι tum quoque adhiberi, ubi de iis, quae ani-
mo versentur et agitentur, sermo est. ut μνημὴν ποιεῖσθαι,
Herod. I, 184. Nostra formula recurrit in Dionysii Halic. an-
tiquitt. Róm. l. 10 c. 58. p. 2146. T. IV. ed. Reisk. l.
9. c. 58. p. 1907. T. III.

¹⁶⁰ Φιλοσοφεῖ. vd. infra c. 11. §. 2. Φιλοσοφῆσαι τα τοῦ βίου
πραγμματα.

¹⁶¹ τὴν αὐτῆς χρεῖαν. Quod vulgo legebatur τὴν ἀρχήν, cum
ne ullam quidem idoneam explicationem admitteret, aucto-
ritatem cod. reg. I. sequutus in τὴν αὐτῆς mutavi. Simil.
c. 9. §. 11. ex. dic. οὕτω καὶ τὸ αὐτῆς πρᾶγμα λέγει ἐν σχήματι
συμβουλῆς.

Omnem locum Euripideum si quis accuratius inspiciat,
vereor, ne rhetor noster, dum cum σχηματισμόν, qui alia
obtenit, aliis vere consequi studet, duplici modo inesse
existimaret, denuo a vero aberrasse videtur. Nam primum
quidem, ipsius poëtae σχηματισμόν quod attinet, nolim qui-
dem negare, Euripidi (cuius fabulae fere omnes ita compa-
ratae esse solent, ut docendi quaedam consilium haud raro
minus clare eluceat) decretum Anaxagorae praeceptoris ante
oculos versatum fuisse, quum Melanippen ita dicentem in-
duceret: ἀλλ' οὐκ ἔμμε ο μωρὸς etc. Verum num *primarium*
consilium, quod poëta h. l. ita consequi voluerit, ut Melanip-
pen sui causa haec dicentem specie tantum obtenderet, ad
ipsius erga praeceptorem benevolentiam declarandam perti-

buri voluisset, illa (Melanippe) liberòs servatura, nulla omnino esse monstra, philosophicis rationibus comprobare conatur; et, quibus ipsa opus habet, ea dicendo sic efficere studet, ut admonitionis quae philosophicis rationibus nitatur, speciem adhibeat.

§. II. Comicam poësin (qualem Cratinus, Aristophanes, Eupolis tractavere) in fabulis proferre, quae ad reipublicae administrationem et Philosophiam pertineant; quid est, quod moream? Immo ipsa comoedia per se spectata ludicra et iocosa prae se ferens philosopha-

nuerit, alia est quaestio. Rhetoris nostri auctoritas omnino in eiusmodi rebus diiudicandis movere nos non poterit, si modo nobiscum reputaverimus; quam parum acute rhetores vet. discrimen constituerint, quod artem oratoriam inter et poëticam intercederet, et quam parum intellexerint, primum poëtae hoc nomine digni consilium nunquam posse nisi ad mentem pulchritudinis verae et ipsius causa placentis sensu inbuendam et ad ideas attollendam referri. — Multo minus huc pertinent, quae de σχηματισμῷ a Melanippe adhibito disseruntur. Etenim orationes figuratae, quae alia obtundunt, alia moliuntur, in eo elaborant, ut audientibus ea ipsa persuadeantur, quae orator quodammodo dissimulaverit. Vide quae supra a rhetore de omni illo genere λόγων σχημ. praecepta sunt.) At, quae Melanippe patri dicit (nulla omnino esse monstra, forsitan virginem quandam corruptam liberòs illos clam exposuisse, ideoque nefas esse eos comburere) eadem patri vere persuaderi vult, ita ut, quae non dicat, (se ipsius liberòs inter armenta exposuisse) omni cura dissimulet. Artificium inesse (quod, si placet, figurae nomine comprehendere licebit) non negabo; illud tamen λόγων σχηματ. genus, cuius illustrandi causa scriptor haec exempla attulit, minime hoc loco obtinet.

§. III.

162 πολιτεύεται. Tantam fuisse antiquiori aetate poëtis Graecorum comicis libertatem concessam, ut et viros, qui in civitate primarias partes agerent, et res gestas atque instituta, quae ad omnem rempublicam pertinerent, impune notarent, verbo indicasse sufficiat.

163 η των περι τον Κρατ. etc. Patet, periodum omnem antiquae comoediae Gr. liberioris significari, cuius principes fuerunt Eupolis (Olymp. 84.) Cratinus (Ol. 88.) Aristophanes qui eo ipso tempore usque ad Ol. 98. floruit. Pro vulg. lect. η (scil. κωμωδια) περι τον Κρατινον etc. usui loquendi Gr. minus accommodata recepi lectionem codd. Colb. et Cant. η των περι τον Κρατ. Nota vel tironibus periphrastica locutio ος περι τινα de persona ipsa adhiberi solita. cfr. B. Morus ad Longinum p. 89.

164 το γελοιον προσησαμεν. προεισσαι i. q. supra προτειναι, obtendere. vd. Demosth. de pace p. 62. pro corona p. 230.

(ὁ καλὸς), (ὅς) ἐν ¹⁶⁵ τῇ Παιδείᾳ βεβλόμενος τὰς ἀπὸ τῆς
 δῆμῳ τῶν Περσῶν ὁμοσκηθεὶς ποιῆσαι τοῖς ὁμοτίμοις, καὶ κά-
 λιν βεβλόμενος κοινὸν αἰῶνα ἀρετῆς τοῖς ἀρίστα στρατευσαμέ-
 νοις προτιθέναι, τοῖς τε ὁμοτίμοις διαλεγόμενος (ἐν Κύρῳ
 λόγῳ), ὡς αὐτοῖς χαριζόμενος, καὶ τοῖς δημοτικοῖς, ὡς
 ἀκρίτων προνοούμενος ἐν ἑκατέρῳ τῷ λόγῳ — περίημι λέ-
 γων.

Vol II. Reisk. Omnis enunciatio: ἡ γάρτοι κωμῳδία —
 προσήσασμένη quomodo ab antecedenti: ἡ δὲ γὰρ κωμῳδία — τι
 δεῖ καὶ λέγειν; differat, non patet, nisi, quae ibi legamus,
 ad antiquam tantum comoediam, quae nunc dicantur, (ἡ
 κωμῳδία αὕτη etc.) ad comoediam ipsam per se spectatum re-
 feramus.

De exemplis h. l. e. comoedia allatis eadem fere valent,
 quae supra de Euripidis σχηματισμῷ disputata sunt. Non
 magis esse puto Comici quam Tragicī poetae primarium con-
 silium (cui ipsum artis opus, velut praesidium inserire
 debeat) dogmata quaedam et praecepta proponendi; etsi ne-
 gari nequit, comoediam, dum leviori, quem excitet, Phan-
 tasiae lusu oblectet, simul docere.

165 Ξενοφῶν δὲ (ὁ καλὸς), (ὅς) ἐν etc. exstat locus laud. in
 Xenophontis Cyropaedia l. 2. non longe ab initio p. 54. 55.
 (editionis, quae e recensione Hutchinsoni cum selectis eius-
 dem notis prodiiit Lips. 1794. 8.) — Cyrus cum exercitu ad
 regem Medorum, Cyaxarem, profectus, qui illum contra
 Assyrium regem in auxilium vocaverat, quo feliciter succe-
 deret expeditio bellica, militibus gregariis δημοτικοῖς, ἢ
 τῷ δῆμῳ τῶν στρατιωτῶν, vd. l. 6. c. 1. §. 9.) qui levioribus
 tantum armis, telis iaculisque utebantur, et humiliora mi-
 nisteria praestabant, eorundem armorum usum, quae nobi-
 liores, ὁμοτίμοι, gererent (θώρακος, γρεῖου, μαχαίρας, σαγὰς
 εἶδος) concedi volebat, ut omnibus liceret ad parem fortitu-
 dinis bellicae laudem aspirare. Quem finem duabus con-
 cisionibus habendis consequutus fuisse narratur; altera ad
 τοὺς ὁμοτίμους, altera ad τοὺς δημοτικούς habita, ita ut com-
 moda, quae inde in utramque partem essent redundatura,
 commemoraret. Illos enim dicebat iam fortes habituros esse
 adiutores pugnaeque socios τοὺς δημοτικούς; his, quantum
 honoris dignitatisque inde sperandum esset, ostendebat.
 Laudatur idem locus c. 9. §. 12. (ubi tamen lectio et codd.
 et editi, haud parum depravata est.) Clarius ibi scriptor suam
 de hoc σχηματισμῷ sententiam explicat, Monet enim Cy-
 rum et in illa ad ὁμοτίμους et in altera ad δημοτικούς habita
 oratione εὐπρεπῶς esse loquutum. Fateor tamen, me non in-
 telligere, quo iure Cyri orati. inter eos, de quibus agitur,
 λόγους σχηματισμένους referri potuerint. Neque enim Xeno-
 phon harum orati. argumentum enarrans, neque Cyrus ipse
 verum mentis consilium aliquo modo dissimulat. — Jam de
 lectione loci videndum. — Omnis orationis structura e vul-
 gari lectione (quam, excepta vocula τε ante ὁμοτίμοις pro
 vulg. δὲ, ideo in textu typis inprimendo retinui, quod de vera

phatur. Apud Xenophontem vero Cyrum (in Cyropaedia) cum milites gregarios Persarum iisdem armis uti vellet, quae nobiliores gestarent, itemque fortissimos quosque certaminis virtute perficiendi participes fieri, ad utramque partem ita dixisse, ut et nobilioribus illis gratum quid facere et gregariorum commodis consulere videretur, ideoque in utraque oratione figura uteretur, nolo iam pluribus commemorare. (s. Apud Xenoph. vero Cyrus in Cyropaedia quomodo, cum milites — participes fieri, ad utramque partem ita dixerit, ut et — uteretur, nolo iam pluribus commemorare.) Idem nar-
rat

eiusdem emendatione non auderem certi quid et immutabile pronuntiare) commode intelligi nequit, cum partim desideretur verbum finitum, unde articulus *ὅς*, qui ab initio legitur, pendeat. partim quo referri debeant verba *παρρημὶ λέγειν* et illa: *ἐν ἑκατέρῳ τῷ λόγῳ* non pateat. Tolli sane videntur hae grammaticae difficultates eo, quod pro *ὅς* vel *ὅτι* vol *ὥς* (quamnam ratione) scribamus, et post *ἐν ἑκατέρῳ τῷ λόγῳ* voc. *σχηματίζεται* aut simile quid excidisse sumamus. (Unde sententia loci, si *ὅτι* pro *ὅς* legatur, haec evadat necesse est: Xenophontem autem, egregium illum scriptorem, in Cyropaedia, cum milites gregarios Persarum iisdem armis uti vellet, quae nobiliores gestarent, itemque fortissimos quosque certaminis virtute perficiendi participes reddi, Curi oratione usum s. sub Cyri persona dicentem ad utramque partem ita dixisse, ut et nobilioribus illis gratum quid facere et gregariorum commodis consulere videretur, ideoque in utraque oratione figura uteretur, nolo iam copiosius commemorare, sin *ὅς* in *ὥς* mutetur, hoc modo constituenda: Xenophon autem, egregius ille scriptor, quomodo in Cyropaedia, cum — participes reddi, Curi Oratione usus ad utramque partem ita dixerit, ut etc.) Fateor tamen, me haud parum in eo haerere, quod, lectione ita constituta, Xenophon, dum enarraret, Cyrum id efficere voluisse, ipse id efficere voluisse dicatur; cuius sententiae nulla plane idonea causa apparet.

Videamus, num quid auxilii adferat locus parallelus c. 9. §. 12. ubi haec exstant: *καὶ παρὰ τῷ Ξενοφῶντι, πάλιν ἃ τῇ παιδείᾳ καὶ τῇ ἀναβάσει εὐρήσεται* (ita enim pro vulg. *εὐρήσεται* propter seqq. accusativos *σχηματισμένους λόγους* scribi debere recte vidit Sylburgius; cfr. c. 11. §. 1. *Φάσιν πρὸς ὑμᾶς*.) *σχηματισμένους λόγους.* βούλεται γὰρ τοὺς δημότας τὰ ἴσα ὅπλα λαμβάνειν τοῖς ὁμοτιμοῖς; καὶ ἑκατέρους διαλέγεται *εὐκράτως* τοῖς μὲν, ὥς τιμῶν αὐτοῦς τοῖς δὲ, ὥς συναγωνισαῖς καὶ συσχολασῖς; καὶ τὸ ἑκατέρων οὕτω διαίκεται. (Ubi perperam vulgo: *τα ἴσα ὅπλα λαμβάνειν, καὶ τοῖς ὁμοτιμοῖς ἑκατέρους διαλ.* quae eo modo, quem in textu describendo secuti sumus, recte distingui voluit Hudsonus, quocum tamen non putaverim καὶ ante τοῖς ὁμοτιμοῖς inserendum. Neque facilius probari poterat, quod vulgo post *συσχολασῖς* addebatur, καὶ ἀγωνιζόμενος in codd. pluribus sine καὶ expressum et a

γὰρ ἐν 166 δὲ τῇ Ἀναβάσει ὑποπτεύσει μὲν οἱ στρατιῶται, ὡς ἐπὶ βασιλέα ὁ εὐχολος εἶπεν, καὶ ἐν ἐπὶ ἐπεσθαι Κύρῳ βέλονται. ὁ δὲ Κλέαρχος ἐν τοῖς στρατιώταις δημηγορεῖ, ὑπισχνόμενος μὲν ἐψασθαι τοῖς στρατιώταις πανταχόθεν, ἐν δὲ τῷ λόγῳ κατασκευάζων τὸ ἀναγκαῖον εἶναι μένειν, μιμνήσκων τὸν Ὀμήρου 167 Φαίηκα. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐν ταῖς λιταῖς προ-

Wolke in συναγωνιζόμενος mutatum, quod certe συναγωνιζόμενος esse debuit. Ortum haud dubie e glossemate τῶν συναγωνισαί. Quae verba possint quidem primo obtuitu, quae nostro loco e vulgari lect. de Xenophontis consilio dicuntur, confirmare videri, cum vbb. βουλαί γὰρ non liceat ad alium, quam ad Xenophontem referre. Verum, ut largian, potuisse talem de Xenophontis loco sententiam (miram sane) a scriptore nostro proferri; id certe minime concedam, potuisse eundem prorsus silentio praeterire, esse has orationes Cyro a Xenophonte tributas. His rationibus ductus non dubito, quin post βουλαί γὰρ verba: ἐν τῇ παιδείᾳ ὁ Κύρος eodem modo excidisse putem, quo in iis quae mox sequuntur: καὶ ἐν τῷ περὶ παραπροσβείας verba: ὁ Δημοσθένης s. ὁ ῥήτωρ excidisse nemo facile negare poterit (ita ut ipse Cyrus potius, quam Xenophon, id efficere voluisse dicatur, quod verbis: τοὺς δημοτὰς τὰ ἴσα σπλά etc. continetur) Inde patet, nostri loci c. 8. §. 11. obvii vulgarem lect. et, quae inde prodeat, incommodam sententiam conferendo loco illo parali ea quam res ipsa efflagitare, ratione emendato magis redargui, quam confirmari. Ut verbo dicam, puto locum nostrum ea emendatione indigere, quae, nisi in libro tantopere depravato adhiberetur, omnino iusto audacior posset videri. Suspiceo partim in verbis; ὁ καλὸς post Ξενοφῶν δὲ (quae statim primo obtuitu perlustranti locum non possunt non incommoda videri, cum talis Xenophontis laudatio h. l. satis otiosa sit, ipsumque epitheton καλὸς scriptoris laudationi parum conveniat) latere depravatum ὁ Κύρος; partim pro Ξενοφῶν scribendum esse παρὰ Ξενοφῶντι. Verba autem: ἐν κύρου λόγῳ (quae infra leguntur) ex interpolamento quodam enata videntur, profecto forsitan ab iis, qui, cum lectionem depravatam Ξενοφῶν de ο καλὸς sequerentur, significaturi essent, quod ab ipso scriptore non significatum viderent) pertinere haec ad orationem Cyro a Xenophonte tributam. Quae si admittantur, omnis locus ita se habebit: παρὰ Ξενοφῶντι δὲ ὁ Κύρος, ὡς (s. ὅτι) ἐν τῇ παιδείᾳ βουλόμενος τοὺς ἐν τοῦ δήμου — τοῖς τε ὁμοτίμοις διαλεγόμενος, ὡς αὐτοῖς χαρίζομενος — προνοούμενος, ἐν ἐκτέρῳ τῷ λόγῳ σχηματίζεται (s. σχῆμα ποιεῖται) παρήμην λέγειν. Duplicem loci interpretationem in versione latina exhibendam putavi, cum dubius haererem, num auctor ὡς an ὅτι scripserit. —

Restant pauca de singulis monenda. δημοστέος dicuntur qui eadem σκυρα (arma) gestant. Tam late enim patuit vis vocabuli σκυρες, ut ad arma quoque, omnemque apparatus

rat in libro, qui de Cyri expeditione agit, milites, qui suspicarentur, expeditionem adversus regem suscipi, Cyrum sequi amplius noluisse, Clearchum vero coram militibus concionem habuisse, qua, etsi polliceretur, se eos, quocunque sint abituri, secuturum, tamen simul artificiose probaret, discedere eos non oportere, imitatus Phoenicem Homericum. Hic enim in precibus, quibus Achillem adit, speciem prae se fert probantia Achil-

bellicum transferretur. vd. Reiskii index graecit. Demosthenes sub. v. σκευός et σκευή. — Verborum: καὶ καλὴν βουλευμένην ἀγωνὰ ἀρετῆς τοῖς ἀρίστοις ὑπαγεσθαι μενοῖς προτίσταναι interpretatio, quam latinus int. exhibet, „atque iterum dum cupit commune virtutis praemium bellicosissimo cuique statuere, non satis convenit usui vocabuli ἀγων. Intell. potius ipsum certamen viriute (fortitudine) perficiendum (τῆς ἀρετῆς) cuius omnes qui virtute bellica gaudeant, (sive ad ἐμποτικούς, sive ad ἐδημοτικούς pertinuerint) participes fieri voluit Cyrus (vd. supra not.) Vd. e. 9. §. 12, ubi Cyrus dicitur διαλέγεσθαι τοῖς δῆμοις ὡς συναγωνισαῖς etc. — προτίσταναι τὸν ἀγῶνα constituere certamen eodem sensu apud Aelianum verr. histet. 2. 41. et al. legitur. — Pro παρήμι cod. Cant. male exh. παρήμι.

166. ἐν δὲ τῇ Ἀναβάσει etc. Exstat Clearchi oratio laudata in Xenoph. anabasi l. 1. c. 3. (Vol. II. ed. B. Thiemii p. 17. sqq.) — Dario Notho, Persarum rege mortuo, cum filius natus maior Artaxerxes regno potitus fuisset, Tissaphernes satrapa Cyrum natu minorem (parti cuidam Persiae praefectum) apud fratrem Artaxerxem criminatus fuerat, quasi huic insidiaretur. Cui temere fidem habens Artaxerxes Cyrum capite plectendum comprehendit: mox tamen, matris precibus intercedente, libertatem et praefecturam ei reddidit. Liberatus Cyrus se omnino e fratris potestate exempturus eiusque regnum occupaturus, copiis militaribus claus instructis, in Asiam superiorem tendit, consilium Pisidas debellandi obtendens. At cum in Ciliciam pervenisset, milites contra ipsum regem Artaxerxem se duci suspicati, ulterius progredi nolabant. Ibi Clearchus (Lacedaem. exul, qui in Cyri commodum copias in Chersoneso coegerat) oratione illa ἐσχηματισμένη iis, quibus praeerat, militibus, qui in eo erant, ut reverterentur, meliora persuadere studuit.

167. τὸν Ὁμήρου Φοινικᾶ. Quod et h. l. et in iis quae seqq. ex Homericis potissimum carminibus multa adferuntur λόγων ἐσχηματ. exempla, nemini mirum videbitur, qui meminerit, Homerica carmina Graecis cum aliarum omnium artium scientiarumque, tum poetarum omnium rhetoricesque elementa complecti visa esse. Qua in re profecto seniores rhetores haud raro omnem modum excessere, ita tractantes divini poetae opera, quasi oratorem potius, aut magistrum quendam rhetorices, quam epicum manu versarent. Lectu dig-

προτείνεται τὴν ὑπόθεσιν τῶν λόγων τοῦ Ἀχιλλέως, ὡς οὐ δυνατόν αὐτῷ μένειν, ἂν ἐκεῖνος ἀπείη, ¹⁶⁸ ἀλλὰ παντως ἐφόμενος τῷ Ἀχιλλεῖ. τὰς δ' αἰτίας λέγων, δι' ἧς οὐκ ἂν ἀπολειφθῇ τοῦ Ἀχιλλέως, ὅτι χρή μένειν τὸν Ἀχιλλεῖα, κατασκευάζει· τῷ μὲν δοκεῖν δεικνύς, καὶ ἥς προφάσεις οὐ μένετόν ¹⁶⁹ αὐτῷ, ἔργῳ δ' ἀπαιτῶν τὰς χάριτας, ἧς εἰς τὸν Ἀχιλλέα κατέβητο, ¹⁷⁰ θρέψας καὶ παιδαύσας, Ἀγαμέμνονι δὲ χάριν φέρων τῷ λόγῳ. καὶ ὅτι ταῦτα διανοόμενος, τὸ σχῆμα τῶν λόγων ἐποίησατο, αὐτὸς Ἀχιλλεὺς ἐκδιδάσκει. ὅπερ Ὀμήρῳ ἔθος. ¹⁷¹ καὶ ὅστις ἄλλος μετεχειρίσατο τὸ εἶδος τοῦτο, παρ' Ὀμήρου μαθὼν τοῦτο ποιεῖ, τὸ ἐν ταῖς τῶν ἀποκρινομένων ῥήσεσι τῶν προσιπόντων τὰς τέχνας διδάσκειν. λέγει τοίνυν ὁ Ἀχιλλεὺς. ¹⁷²

Μή μοι σύγγχει θυμὸν ὀδυρόμενος καὶ αἰχμῶν,
Ἀτρεΐδῃ ἥρωϊ φέρων χάριν. —

ὁρᾷν

nissima, quae de illo carminum Homericorum usu disputat Schlegelius in aureo opere: Geschichte der Poesie der Griechen und Römer, p. 80. sqq.

καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐν ταῖς ληταῖς etc. Phoenix, educator Achillis, cum Aiace et Ulysse ab Agamemnone ad Achillem iam pridem Agamemnoni graviter succensentem et belli societatem detrectantem ablegatus, persuadere studuit Achilli, ut iniuriarum ab Agam. sibi illatarum oblitus Graecos contra hostiles Troianorum copias defenderet. Oratio Phoenicis leg. Il. l. 9. v. 434—601. — Latinus interpres recte verba: καὶ γὰρ ἐκεῖνος — Ἀχιλλεὺς ita explicuit: „etenim ille in suis „cohortationibus prae se fert, assentiri se argumento orationis Achillis.“ Achilles enim sub finem orationis antea ad Ulyssem habitae v. 427. 28. 29. haec dixerat:

Φοῖνιξ δ' αὖθις παρ' ἡμῖν μένων κατακοιμηθῆται
ἔφρα μοι ἐν νηεσσι Φίλῃν ἐς πατρίδ' ἔκηται
ἄνριον, ἣν ἐθέλῃσιν· ἀνάγκη δ' ὅτι μιν εἴω.

Phoenix igitur, dum initio orationis ostendit, se abiturum Achillem sequi constituisse, iis, quae ille dixerat, consentire videri vult, quo facilius sibi animum eius conciliet.

¹⁶⁸ ἐν ἐκεῖνος ἀπείη Recte puto vulgarem lect. contra Sylburgium, ἀπείη scribi iubentem defendi posse. Abeuntem Achillem confestim sequendi consilium exprimit.

¹⁶⁹ οὐ μένετόν αὐτῷ. Ita pro vulg. αὐτῷ scribendum putavi, ne quae oriretur ambiguitas. Ipse enim Phoenix, cur sibi neutiquam manendum sit, abeunte Achille, ostendit.

¹⁷⁰ ἧς — κατέβητο. Καταβιβασθαι εἰς τινα εὐεργεσίας s. χάριτας (χάριτες enim haud raro beneficia potius, quam gratias pro iis habendas aut agendas et referendas signif. vd. B. Morus ad Isocratis Panegy. c. 16. p. 44.) de iis dicitur, qui hac mente beneficia in aliquem conferunt, ut ille vicissim suo tempore animum gratum significet. vd. D' Orvillius ad Chact. p. 448. 49. ed. Lips. —

Achilleam orat, dum dicit, se non posse remanere, si Achilles abierit, promittitque se utique sequenturum Achillem. Verum, dum causas exponit, cur ab Achille separari nequeat, artificiose probat, Achilli non esse abundum ita ut specie quidem ostendat, quibusnam de causis ipsi remanere non liceat, re vera autem pro beneficiis in Achillem, quem educaverit institueritque, collatis gratias sibi velit referri, et Agamemnoni placere studeat. Hoc potissimum consilio figura in dicendo usum esse, ipse docet Achilles. Est enim Homeri pariter quam omnium, qui idem orationum figuratarum genus tractantes Homerum praeceptorem secuti sunt, consuetudo, artificia eorum, qui antea locuti sunt, respondentium sermonibus declarandi. Verba Achillis haec sunt:

„Ne mihi turbes animum flens et moerens, Atridae heroi gratificans.“

Vide

Quae de Homeri loco disputantur, non ita possunt intelligi, quasi omnis Phoenicis oratio sit *εσχηματισμένη*. Quamquam enim hac priori orationis parte non aperte prodit dicens consilium, sed in eo tantum elaborat, ut suum erga Achillem amorem declarando et beneficia quae in illum contulerit commemorando Achillis animum ad obsequium ipsi praestandum promptum reddat paratumque; tamen v. 492 sqq. aperte proficitur, quid ab Achille fieri cupiat. cfr. c. 9. § 14.

171 *σπερ Ὀμηρῳ εἶδος — μαθῶν*. Non est, quod a vulgari huius loci lect. cum cod. Cant. recedamus, qui pro Ὀμηρῳ exh. Ὀμηρου, itemque *ἐπιχειρίσας* et *παρ' Ὀμηρῳ μαθῶν*. Verum omnia, quo vulgo post *μαθῶν* interpungebatur, post *εἶδος* *τοῦτο* ponendum putavi, ut verba: *παρ' Ὀμηρου μαθῶν τοῦτο ποιεῖ* arctius coniungerentur. Omnis enim orationis series docet, rhetorem hoc loco non tam omne, de quo disputetur, orationum figuratarum genus quam hoc singulare artificium sermonibus respondentium *σχήματα* eorum qui antea verba fecerint, detegendi ad Homerum auctorem voluisse referre.

172 Exstant haec loco Il. laud. v. 608. sqq. At, quo facilius omnis rhetoris nostri disputatio intelligatur, liceat omnem locum transcribere:

*μη μοι συγχει Συμὸν ὀδυρόμενος καὶ ἀχέων,
Ἀτρεΐδῃ ἥρωϊ Φέρων χάριν· οὐδέ τί σε χρὴ
τὸν Φιλέειν, ἵνα μὴ μοι ἀπέχθῃαι Φιλέοντι.
καλὸν τοι σὺν ἐμοὶ τὸν κῆδεϊν, ὃς κέ με κῆδῃ·
ἴσον ἐμοὶ β.σίλευε, καὶ ἡμῖσιν μείρεο τιμῆς.*

συγχειν Συμὸν confundere (perturbare) mentem solet Homero de adfectus vehementia dici.

ὄρξ, ὡς τὴν τέχνην ὁ μαθητὴς τοῦ διδασκάλου ἀπακλύψαι, δεικνύς, ὅτι συνῆκεν, ὡς πάντα εἰς χάριν Ἀχαιέωνος λέγεται, καὶ ἐπὶ τῷ τὸν θυμὸν μαλάξαι τοῦ Ἀχιλλέως. εἴτ' ἐπειδὴ χάριτας οὕτω κατελογίσατο ὁ Φοῖβε, ἵνα μὴ δοκοῖ ἀχάριστος εἶναι, ¹⁷³ καὶ αὐτὸς πλαγίως ἀποκύνεται τὴν αἰτίαν.

Ἴσον ἐμοὶ βατίλευε, καὶ ἡμῖν αἶψο τιμῆς.

ιβ. Ταῦτα ¹⁷⁴ μὲν παραδείγματα, ἕτερα προτείνοντος τοῦ ῥήτορος. ὑπολείπεται δὲ ἡμῖν ὁ λόγος ὁ περὶ τῶν τὰ ἐναντία λεγόντων οἷς βούλονται ἐπειδὴ ¹⁷⁵ οὗτος ὁ λόγος τὸ τελεώτατον σχῆμα ἐστὶ. πρότερον δὲ δεῖξωμεν παρὰ Ὀμήρῳ καὶ τὰ ἄλλα σχήματα, ¹⁷⁶ ἃ ὑπεθέμεθα. ¹⁷⁷ ἦν δὲ τὰ δα,

¹⁷³ ἀχάριστος εἶναι, καὶ αὐτὸς etc. Perperam vulgo commis, quod nos post εἶναι posuimus, ante πλαγίως legebatur. Etenim cum antea minime sermo fuerit de alio quodam ἀχαρίστῳ, non video quomodo dicere potuerit rhetor: ne ipse etiam ingratus videretur. Contra bene se omnia habent, si vbb. καὶ αὐτὸς sequentibus: πλαγίως etc. propius iungantur. Quemadmodum Phoenix beneficia in Achillem congesta eo consilio commemoraverat, ut tacite ostenderet, oportere ipsi Achillem obsequium praestare; ita Achilles, dum promittit, se vel dimidiam regni partem non denegaturum Phoenici, tecte (πλαγίως, vd. §. 2.) significat, non esse, quod ipse ingratus erga illum videatur, etiamsi monitis eius nunc non obsequatur, cum ad alia longe maiora ei praestanda promittus sit paratusque. Vd. c. 9. §. 14. ex. Diluit igitur argumentum (αιτίαν) quo Phoenix usus fuerat. Medium απολυσθαι i. q. simplex λυεῖν, refutare, de quo vd. Ernesti in lex. technol. Grr. rhet. sub h. v. —

Ceterum facile quivis largietur, poetam epicum, dum Achillem sic dicentem induceret: μη μοι συγχέει θυμὸν οἷς. indolem et mores Achillis servandos potius quam artificium Phoenicis detegendum curasse. Vd. Cl. Heynii nota T. V. edit. p. 621. 22. §. 12.

¹⁷⁴ ταῦτα μὲν παραδείγματα. Cod. Cant. τα παραδείγματα.

¹⁷⁵ ἐπειδὴ οὗτος ὁ λόγος etc. Ea oratio, s. id genus orationum, ubi iis, quae dicimus, contraria efficere volumus, appellatur perfectissimum σχῆμα, quippe quod non sine maxima oratoris arte perfici potest. Quanam idonea causa ductus Sylburgius divisit syllabis ἐπὶ δὴ vel ἐπὶ δ' et mox ἔχει pro ἐστὶ scribendum putaverit, non video. Seductus forsitan versione Schotti, quae tamen cum vulgari lect. commode potest conciliari: „quandoquidem haec dicendi ratio schema continet absolutissimum.“

¹⁷⁶ πρότερον δὲ δεῖξωμεν etc. Vulgaris verborum interpunctio et lectio: πρότερον δεῖξωμεν παρὰ Ὀμήρῳ, καὶ ἄλλα σχήματα ὑπεθέμεθα. (cuius sententia haec evaderet: primum autem exemplis Homer. carminum adhibitis haec docebitur, aliasque in medium adferemus oratt. figurat. species) minime

Vides, quam ratione discipulus magistri artificium detexerit, dum ostenderet, se probe intellexisse, omnia (a Phoenice) eo consilio proferri; ut, quae Agamemnoni grata sint, fiant; et Achillis ira leniatur. Tum, quia Phoenix beneficia in Achillem congesta enumeraverat, utitur et ipse (ne ingratus videatur) argumentum illud refutaturus obliqua oratione.

„Tu mecum (inquit) regnes parilem sortitus honorem.“

 „fortitudinis expertem; haec autem omnia sciunt
 „Argivorum et iuvenes, et senes, Tibi vero e duo-
 „bus alterum dedit Saturni filius versuti, sceptri qui-
 „dem dignitatem concessit, qua omnibus antecede-
 „res; fortitudinem denegavit, quod utique inpe-
 „rium est maximum. Stulte, itane omnino putas
 „filios Achivorum inbelles esse et fortitudinis expertes,
 „uti dicis? Utique abi, si tibi ipsi animus inpetu
 „ad redeundum fertur, patet tibi via, navesque tibi
 „prope mare stant, quae te a Mycenis secutae
 „sunt,

seidis usus ei attulerit, (quo sensu *χαρις* apud Aelianum varr. historr. 13. 33. et al. leg.) vel de beneficio Achilli a Jove praestito, quod ad Briseidem pertineret (vd. c. 8. §. 11. et supra n. 20.) Priorem tamen rationem ideo praefendam putavi, quod ad verba Homérica: *αγαθὴν δὲ γυναῖκα περ ἐν Φιλοτῇ μίσγεται* propius accedat, suaviusque modum declarat, quo rhetor auxilii a Jove praestiti commemoratio- nem (ὅτι ἐπημυνεν αὐτῷ etc.) ex illis univ. monitis sibi elicere posse videretur. — Voc. *καὶ ποτὶ μνησθῆναι* facile potest abesse. Defendere tamen licebit, si ad sententiam referas in verbis antec. *ὅτι οὐ χρεὶν αὐτὸν τοῦτον* latentem: oportere eum non uni doloris, quo Patrocli caedes ipsum adfecerit, sensui et cogitationi esse intentum, sed etiam etc.

23 τῷ (καὶ) συναναπαύσασθαι etc. Uncinis inclusi vocab. *καὶ* quod h. l. non habet, quo referatur.

24 σαφαστερον δ' εἶδες etc. i. q. σαφαστερώς δε εἶδες τοῦτο etc. — Cit. c. 8. §. 13. ubi idem locus eodem consilio laudaba- tur et examinabatur, omissis verbis: *εἰ δὲ τοι αὐτὸ Συμῆς — εἰσεκὲς περ Τροίην διαπερσόμεν, ἰτεμque ἱῖς, quae mox seqq. συν νηυσὶ Φίλην εἰς πατρίδα γαίαν.*

Ἄλλ' ἄλλοι μενέετι καρηνομόωντες Ἀχαιοί,
 Εἰσέκε περ Τροίην διαπέρτομεν· εἰ δὲ καὶ αὐτοί,
 Φευγόντων σὺν νηυσὶ Φίλῃν ἐς πατρ' ἑὸν γαῖαν·
 Νῶϊ δ', ἐγὼ Σθένελός τε, μαχησόμεθ', εἰσέκε τέμνωρ
 Ἰλίσ εὐρωμεν· σὺν γὰρ θεῷ εἰλήλεσμεν.

ἔτος ὁ λόγος, ἂν μὴ τι ἕτερον διοικῆται, ἢ λέγει, ²⁵ παντά-
 πασιν ἀτοπός ἐστι καὶ ἀτχήμων· τὸ γὰρ ἐν κακοῖς ἐπιτίθε-
 σθαι ²⁶ τῷ βασιλεῖ καὶ λοιδορεῖσθαι, ἀπρεπέσσον. καὶ ἔοι-
 κέ ²⁷ πως ὁ Διομήδης ὁμολογεῖν, ὅτι ἀτοπώτατον πρᾶγμα λέ-
 γει· προοιμιάζεται γὰρ παραιτούμενος καὶ εὐπρεπῶς χρῆται
 τῷ λόγῳ· ὅτε μὲν αὐτῷ ὠνείδιζεν ὁ Ἀγαμέμνων, ἤνεγκεν
 εὐπρεπῶς, καὶ τῷ Σθένελῳ ἀποκρινομένῳ ἐπετίμησε·

²⁸ Τέττα σιωπῇ ἦσο, ἐμῷ δ' ἐπιτίθεο μῦθῳ.

Οὐ γὰρ ἐγὼ νεμεσῶ Ἀγαμέμνονι, ποιμένι λαῶν,
 Ὅτρυνοντι μάχεσθαι εὐνήμιδας Ἀχαιῆς,

νῦν δ' ἀναμιμνήσκειται καὶ μνηστικῶς· εἰ δέ τις Φαίη, ἐπει-
 δὴ ἤρϊσεν, θάρσει· τοσάτῳ μᾶλλον ὑβριστικώτερος φαίνε-
 ται, εἰ τῇ τύχῃ ἐντροφῆ. ἀλλ' εἰδέναι χρὴ, ὅτι αὐταὶ αἱ
 λοιδορίαι αἱ πρὸς Ἀγαμέμνονα χρυτὸς ³⁰ ἦν τῷ Ἀγαμέμνονι.
 ἐν γὰρ σχήματι τῷ ἀγάναντεϊν πρὸς αὐτὸν; συναγορεύει·
 καὶ βεβλόμενος παραινεῖσθαι τοῖς ἀριστεῦσι μένειν καὶ μὴ ἀπαλ-
 λάττεσθαι, ἐν ἐν σχήματι παραινεσθῶς λέγεται, ἀλλ' ἐν
 ὀργῇ τῇ πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα σχήματι, ³¹ (καὶ) ἐτόλμησε
 τοιαύτην γνώμην καταδέσθαι εἰς μέσον, ἥδη γὰρ ἡ λοιδορία
 ἐπὶ τῷ ἔρχεται·

Δαιμόνι, ἔτω περ μᾶλα ἔλπεαι υἱᾶς Ἀχαιῶν

Ἀπτολέμους τ' ἔμεναι καὶ ἀνάληιδας, ὡς ἀγορεύεις;

α

²⁵ η λέγει. Malim cum Sylburgio ἢ λέγει, cum modus sub-
 iunctivus ab h. l. omnino alienus videatur.

²⁶ ἐπιτίθεσθαι τῷ βασιλεῖ. ἐπιτίθεσθαι τινι propr. adoriri ali-
 quem s. invadere, patet h. l. de conviciis dici.

²⁷ Καὶ εοικε πως — χρῆται τῷ λόγῳ. Omnis locus vulgo ita
 se habebat: καὶ εοικε πως ὁ Διομήδης ὁμολογεῖν, ὅτι εὐπρεπῶς
 χρῆται τῷ λόγῳ· προοιμιάζεται γοῦν παραιτούμενος, καὶ ἀτοπώ-
 τατον πρᾶγμα λέγει· quae vix cuiquam enunciationum ordi-
 nem diligentius spectanti placitura arbitror. Nam pri-
 mum Diomedes non confitetur, se ita dicere, ut decorum
 servet, sed vere hoc agit, dum libertatem, qua animi sen-
 tentiam pronūciaturus sit, verbis: σὺ δὲ μὴ τι χολωθῆς
 excusat. Confitetur potius (tacite), se ea dicturum, quae
 facile possint a loco aliena et indecora videri. Neque mi-
 nus facile sentitur, quam parum apte illa inter se cohae-
 rant: προοιμιάζεται γοῦν — καὶ ἀτοπώτατον etc. Quae cum
 ita sint, non immerito alium verborum ordinem in textum
 receperisse mihi videor.

„sunt, permultae. Sed alii manebunt Achivi co-
„mantes, usque dum Troiam everterimus. Sin et
„ipsis placuerit, fugiant cum navibus in terram pa-
„triam dilectam. Nos vero, ego Sthenelisque pug-
„nabimus, usque dum excidium Ilii perfecerimus.
„Favente enim Deo venimus.“

Quae quidem oratio inepta plane est et indecora, nisi alia arte elicere studeat, quam quae proferat. Indecentius enim, regem calamitate pressum conviciis invadere et obiurgare. Ac videtur quodammodo ipse Diomedes confiteri, se ineptissima dicere, cum deprecando praefetur, et sermonem ita conformet, ut decorum servetur. Etenim alio tempore probra quibus ipsum Agamemnon inceserat, decore tulerat, adeoque Sthenelum illi respondentem his verbis vituperaverat:

„Mi Sthenele tacitus sede, meoque pare sermoni;
„minime enim succenseo Agamemnoni, pastori po-
„pulorum, cohortanti ad pugnandum bene ocreatos
„Achivos.“

Nunc vero in mentem illa revocat, memoremque iniuriae acceptae sese ostendit. Quodsi quis dicat, Diomedem ideo tam confidenter loqui, quod virtute bellica inclaruerit, tanto contumeliosior videbitur fortunam nimium superbiens. Tenendum vero, probra illa, quibus Agamemnonem inceserat, non potuisse non auro illi cariora esse. Etenim, dum Agamemnoni specie indignatur, eidem patrocinator, admoniturusque Graecorum principes, ut mancant, neque discedant, ita haec eloquitur, ut minime cohortantem agat, sed indignantem Agamemnoni, qui talem sententiam proferre ausus fuerit. Iam enim ulterius procedit obiurgatio, addendis his:

„Stulte, itane omnino inbelles esse putas et fortitu-
„dinis expertes Achivorum filios, ut dicis?“

Quae

28 τέτρα σιωπή etc. Eadem legimus c.18. §. 13, omissis tamen verbis: στυννοντι μαχεσθαι.

29 υπερβητικωτερος. Codd. Cant. et Colb. υπερβότερος exhh. (sensu non mutato.)

30 χρυσος ην voc. χρυσος haud raro ad omnem rei cuiusdam hominisve praestantiam significandam transtertur. Ita adiect. χρυσεός de homine dicitur in Alciphronis epist. 3, 17. 69.

31 (και) ετολμησα etc. Haud parum displicet vocab. και. Sen-

α³² γὰρ ἔδει συμβουλευόντα πείθειν (μένειν,) ταῦτα λέγει ὡς ἀγανακτῶν, εἰ ἀξιοὶ (μένειν) αὐτοὺς (ὡς Φεύγοντας), προτείνεται³³ γὰρ — εἰδ' ἢ ἐπίτασις, τῷ. Σὺ πορεύου, καὶ οἱ ἄλλοι μυνῶσιν. εἰ γὰρ ἀξιοὶ συμβουλευεῖν μένειν, ἀλλ' ὡς πεπεισμένοις³⁴ διαλέγεται. εἶτα φοβόμενος, μὴ εἰδῶι, καὶ αὐτοῖς συγχωρεῖ³⁵ Φεύγειν. ἔτος ὁ σχηματισμὸς ἐστὶ τῷ ἄλλα λέγοντα ἄλλα διοικεῖν.

ε. Τὸ δὲ τὰ ἐναντία οἷς λέγει διοικεῖσθαι, ἐν τῇ ἀγανακτικῇ ἐστὶ δημηγορίᾳ τῇ Ἀγκυμένονος.⁶ καὶ τηρητέον, ὅτι ἐν κινδύνοις οἱ σχηματισμοὶ εὐρίσκονται. ὁ γὰρ Ἀγκυμένων ἀπόρως ἔχει ἐκτραυῖσαι τὰς Ἑλλήνας, καὶ προτείνει αὐτοῖς τὴν ἀπορίαν.³⁷

Ἄλλ' ἄγετ' αἶ κέν πᾶς θωρήξομεν υἷας Ἀχαιῶν.

Πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσομαι, ἢ θέρμις ἐστὶ,

Καὶ Φεύγειν σὺν νηυσὶ πολυκλήϊσι κελεύσω.

Τῷδε δ' ἄλλοθεν ἄλλος ἐρητύειν, ἐπέεσσιν.

καὶ

sentia enim a latino int. expressa: atque ita (scil. σχημάτε ὁργῆς usus) animi sui sententiam exprimere ausus est, quanquam a disputationis serie non omnino abhorreret, tamen partim otiosa est partim ex ipsa hac vulg. lect. elici recte nequit. Debuerat rhetor, si haec erat moniturus, vel simplicius ita scribere: ἀλλ' ἐν ὁργῇ — σχηματὶ ἐτολμήσε — εἰς μέσον, vel: ἀλλ' ἐν ὁργῇ — σχηματὶ, καὶ οὕτως ἐτολμήσε etc. Veram lectionem (a me latine expressam) hanc puto: ὅτι ἐτολμήσε τοιαυτὴν etc. ita ut ἐτολμήσε non ad Diomedem Graecis, ut maneat, persuasurum, sed ad Agamemnonem, qui reditum suaserat, referantur, et causam ὁργῆς explicent.

32 α γὰρ ἔδει — ὡς Φεύγοντας. Haud parum esse hanc vulgarem loci lectionem depravatam vix est quod moneam, cum vocab. μένειν neque priori loco (πείθειν μένειν) habeat, quo recte referatur, neque posteriori (εἰ ἀξιοὶ μένειν αὐτοὺς etc. ubi de Agamemnone reditum suadente agitur) ullo modo intelligi queat, ac praeterea ultima ὡς Φεύγοντας omnem orationis structuram haud parum turbent. Haud dubie res ipsa hanc fere loci lect. versione nostra expressam efflagitat: α γὰρ ἔδει συμβουλευόντα πείθειν, ταῦτα λέγει ὡς ἀγανακτῶν, εἰ ἀξιοὶ πείθειν αὐτοὺς Φεύγειν. Simil. c. 8. §. 13 καὶ ὡς ἀγανακτῶν, εἰ οἰεταί — αποκλείν. Facile autem poterat voc. μένειν e glossemate profectum, (quo explicaretur, quidnam opportuerit Diomedem συμβουλευόντα πείθειν) et post πείθειν in textum irrepere, et male repetitum post ἀξιοὶ veram lect. πείθειν expellere. Item ὡς ante Φεύγοντας haud dubie ex antec. ὡς ἀγανακτῶν enatum.

33 προτείνεται etc. Haec verba cum vulgo absque sensu una continua serie ita legg. προτείνεται γὰρ εἰδ' ἢ ἐπίτασις etc. Sylburgius semicolon post γὰρ poni voluit. Verum ne sic quidem recte patet, quo pertineat προτείνεται. Excidisse puto post προτ. verba, quas breviter significarent id, quod

Quae enim suadendo (iis) persuadere debebat, ea profert velut succensens Agamemnoni, quippe qui Graecos ad fugam capiendam perducere constituerit. Primum enim haec proponuntur — — tum intentio sequitur oratoria quae inest verbis; tu quidem abeas, ceteri manebunt. Non enim suadere vult Graecis, ut maneat, sed velut ad persuasos verba facit. Postea vero, metuens ne cedant Agamemnoni, ipsis quoque reditum permittit. Haec est figura, qua, dum alia dicimus, alia dicendo efficiamus.

§. 5. Tertium figurae genus, quod contraria iis, quae dicuntur, efficere studet, obtinet in illa maxime necessaria Agamemnonis concione. Observari omnino velim, solere figuras inveniri, ubi pericula urgeant. Dubius enim haeret Agamemnon, quomodo Graecos in aciem educat, cuius rei difficultatem ipse his verbis significat:

„Verum agite, curemus, ut quo pacto armemus
„Achivorum filios. Primus autem ego verbis tentabo,
„prouti fas est, et fugere eos cum navibus multo-
„rum transtrorum iubebo. Vos autem verbis eos
„cohibete, aliunde alius.“

Cau.

ab Agamemnone proponeretur, et haud dubie ad verba: δαίμονι, οὕτω που etc. respicerent. — επιτασίς est intentio oratoria, quae rem auget, et maiori vi atque gravitate enunciat. vd. Ernesti in lex. techn. Gr. rh. sub h. v.

34 ἀλλ' ὡς πεπεισμένοις etc. Dativum casum pro Genitivo, qui vulgo legob. πεπεισμένων exhiberi iubebat verbum διαλεγεται.

35 συγχωρεῖν Φεγγεῖν. Dum reditum iis permittit, (εἰ δὲ καὶ αὐτοὶ, Φεγγόντων etc.) simulque addit, se tamen Sthenelumque fortiter esse pugnaturus si vel omnes reliqui discesserint, acerbo notat rei turpitudinem. — Pro συγχωρεῖν in ed. steph. male leg. συγχωρεῖν.

§. 6.

36 Idem exemplum (Il. l. 2. v. 72. sqq.) eodem consilio supra c. 8. §. 15. laudatum et examinatum.

37 τὴν ἀτορίαν. Vulgo ἀτορίαν quam script. secutus latinus int. verba ita reddidit: „rei absurditatem ipse praetendit“ quasi Agamemnon loco, qui in seqq. adfertur, ipse significet, absurdam esse et ineptam omnem orationem, nisi σχηματισμένως intelligatur. Verum eum Agamemnonis verba tale quid minime innecere viderem, levi mutatione ἀτορίαν edendum putabam, sequentibus pariter quam antecedentibus: ο γὰρ Ἀγαμέμνων ἀτορῶς ἔχει etc. bene accommodatum.

καὶ τῆς διαπίρας ἡ αἰτία φανερά τῷ (συνέχοντι),³⁸ ὅτι, ἐπειδὴ ὁ Ἀχιλλεύς³⁹ ἀφέστηκε τῷ Ἑλληνιῷ, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ τεύεται. ἦν δὲ ἡγεμὼν πάντες τῷ στρατεύματι. Ζητεῖ, πῶς ἂν δίχα Ἀχιλλέως ἐξέλθοιεν. καὶ εἶδε τὰς Ἑλλήνας ὀργιζομένους ἐπ' Ἀχιλλεῖ, καὶ φοβέσθαι, μὴ ἄρα, ἂν κελύσῃ, εἴ τι πακίσωσιν,⁴⁰ τὰς (ὁὗτος) —

Ἄλλ' ἄγετ' αἱ κέν πως θωρήξομεν υἱὸς Ἀχαιῶν.

καὶ⁴¹ τὸ

Πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσθαι, ἣ θέμις ἐστὶ,
Καὶ φεύγειν σὺν νηυσὶ πολυκλήσιν κελύσσω:

καὶ

³⁸ τῷ συνέχοντι. Explicationem huius formulae Sylburgius ad h. l. e technologia Graecorum rhetor. petiit, ubi το συνεχον de eo dicitur, quod accusationem praecipue contineat, et teneatur (vd. Ernesti in lex. saepe laud. sub h. v.) ita ut sententia (ab ipso Sylburgio non accuratius indicata) haud dubie haec evadat: causa explorationis manifesta redditur eo, quod firmamentum rei continet (scil. Agamemnonem, cum Achilles ab exercitu discessisset, bellicae societatem detrectaret, qui dux esset omnis exercitus, meditari, s. quaerere, quomodo Graeci adduci queant, ut sine Achille in aciem prodeant.) Vereor tamen, ne, si haec ratio probeatur, omnis omnino oratio reddatur obscurior et artificiosior. Non facile enim licebit sub illo firmamento cōsae (si usum vocabuli rhetoricum sequaris) aliud quid intelligere, quam rationem, quā Agamemnon in oratione illa εσχηματισμένη, de qua agitur, turpitudinem fugae ita declararet, ut Graecis contraria persuadere conaretur (vd. c. 8. § 15. inpt. sub finem). Verum quanquam inde omnino hoc intelligi debebat, consilium orationis ab Agamemnone habitae eo spectasse, ut Graeci redeundi consilium missum tacere persuaderentur, tamen accuratior cognitio causae, cur Agamemni omnem rem eiusmodi σχηματι, neque simplici oratione perficiendam putaret, quae verbis: ὅτι, ἐπειδὴ — Ἀχιλλεύς ἐξέλθοιεν inest) aliunde potius (ex omni rerum antea gestarum historia) erat petenda. Malim igitur τῷ συνέχοντι pro Dativo Participii verbi συνεchein (Masculini generis) accipere, eique notionem mente aliquid comprehendendi (intelligendi) tribuere, (expressam glossemate margini cod. reg. I. adscripto: τῷ νόῳ ἔχοντι) nisi praepliceat, cum Hudsono eodem sensu scribers τῷ συνίοντι. Unde duas loci expliandi rationes (versione nostra lat. expressas) nobis suppeditari vides, prouti τῷ συνέχοντι vel absolute dictum putes (ei, qui intelligit talia et recte diiudicat, prudenti) vel propius cum seqq. ὅτι, ἐπειδὴ ὁ Ἀχιλλεύς etc. iungas. Latinus interpret: „intelligenti manifesta apparet experienti ratio.

³⁹ ἀφέστηκε. Codd. lectionem ἀφέστηκε, sensu efflagitante sine mora in textum recepi pro eo, quod vulgo in edd. exstat ἐφέστηκε. Eandem secutus lat. interpret, qui ita vertit: „cum Achilles a Graecorum exercitu se subduxisset,

Causa huius explorationis facile patebit intelligenti, Agamemnonem ideo, quod Achilles, qui nunc esset omnis exercitus, relicto exercitu belli societatem detrectaret meditari, (quaerere quomodo adduci possent Graeci, ut sine Achille pugnam inirent (s. causam huius explorationis qui prudenter de his iudicat, facile videbit inde esse petendam, quod Agamemnon, cum Achilles — detrectaret, meditaretur, quomodo — inirent.) Noverat enim Graecos propter Achillem (iniuria adfectum) ipsi indignari, verebaturque, ne, illo absente, obsequium essent denegaturi, si in aciem prodire eos iusserit. —

„Verum agite, curemus, ut quo pacto armemus
„Achivorum filios.“

et quae sequuntur:

„Primus autem ego verbis tentabo, prout par est: et
„fugere eos cum navibus multorum transtrorum
„iubebo.“

sin

46 τούτου ὄντος. Quamquam vulg. lectio τούτου ὄντος omnino cum latino int. et Syburgio ita explicari potest: cum hoc ita sit, s. ita se habeat, (ut alibi τούτων παρσχόντων) aptius tamen loco nostro putaverim et propius ad rem pertinentem, quod Hudsonus coniecit τούτου (sc. Ἀχιλλεύως) ὄντος s. ἀπόντος. —

41 καὶ το — κελύσω. Fateor, me neque formulam καὶ το h. l. recte intelligere, (cum in antecedd. nihil omnino habeat, unde pendeat) neque omnino causam idoneam perspicere, cur verba Homeri. πρῶτα δ' ἔγνων — κελύσω iterum fuerint allata. Quamquam enim in commentariis rhetoricis, qui tironibus maxime scripti sint, quaedam disputationis abundantia (cuius exempla in nostris commentariis minime desiderantur) omnino excusationem admittit, ea tamen, quae verba repetat minime ad rem, de qua nunc agatur, pertinentia, ferri nequitiam potest. Nostro loco, ubi Agamemnon dubius haesisse dicitur, quomodo tandem Graeci adduci possent, ut sine Achille in aciem prodirent, sufficiebat lectorem iterum ad verba Homeri. ἀλλ' ἄγετ' — Ἀχαιῶν (quibus animi dubii ac suspensi haud obscura inest significatio) ablegasse. Quae seqq. πρῶτα δ' ἔγνων etc. ad ipsam potius consilium pertinent, quod Agamemnon in hisce rerum angustiis cepit. Quid, si statuas, post τούτου ἀπόντος hanc fere ῥῆσιν textu excidisse? Huc enim spectat, s. hoc significat illud (scil. dictum Agamemn. ἀλλ' ἄγετ' etc.) verba autem: καὶ το πρῶτα δ' ἔγνων etc. mox ab aliena manu ex initio huius sectionis perperam esse adiecta?

0

καὶ εἰάν τις προτείνῃ ἡμῖν, ὅτι ἔτυχάνει τῆς προκίρσεως Ἀγαμέμνων, ἀλλ' ἀποπειρώμενος κινδυνεύει ἡττᾶσθαι, καὶ αὐτυχῶς χρῆται τῷ λόγῳ· ὁρμήκασι γὰρ εἰς τὰς πατρίδας· ἄγνοε, ὅτι Ἀγαμέμνωνος τέχνη αὕτη ἐστὶ, τὸ ὁρμῆσαι αὐτὸς. ἔγερ οἶσται τῇ ἀποκείρα τῶν λόγων καθεξῆς· αὐτὸς. ἀλλὰ τίς ἡ τέχνη; ἐπειδὴ ἀγανακτᾷσιν ὑπὲρ Ἀχιλλέως, ἐν ἐνδοκύνονται δὲ τὴν ἀγαράκτησιν, ἕως ἄν χρεῖα ⁴³ γένηται ἐξοδὸς, βάλεται αὐτὸς ἀποβρῆξαι ⁴⁴ τὸν θυμὸν, καὶ Φανερώς γενέσθαι ὀργιζομένους, καὶ ὑπὸ τῶν ἀρίστων κατασχεθῆναι· τῷτό σοι ⁴⁵ καὶ γίνεται. Φαίνονται ἐτοίμως ἀπίνυτες εἰς τὰς πατρίδας· Ὀδυσσεὺς δὲ καὶ Νέστωρ κατέχουσιν αὐτὰς. ταῦτ' ἔν ὃ Ἀγαμέμνων ἀποπειρώμενος, Φανερώς τῷ σχήματος τὴν διδασκαλίαν παίδευσί. τὰ γὰρ ἐναντία οἷς βέλεται λέγει. ⁴⁶ ἔστι δὲ ἡ μέθοδος τῶν τῶν λόγων θαυμαστὴ τις καὶ ἄποπος· τὰς γὰρ ἐν λόγοις ῥητορικοῖς κακίας, ταύτας αὕτη ἡ ἰδέα ἀρετὰς ἀναφαίνει. εἰσὶ δὲ κακίαι λόγων ῥητορικῶν, τὴν τ' εὐδιάλυτα λέγειν, καὶ τὸ ἀντίτροφα· ὦν τὸ μὲν ἀσθενείας· τὸ δὲ καὶ κινδύνου. δι' ἀμφοτέρων πορεύεται ὁ Ἀγαμέμνων αἰκνός. ὥσπερ γὰρ ὅταν τις, ἂν βέλεται, λέγῃ, ἔχρη αὐτὸν ὑπεραντίοις ἔπεισι χρῆσθαι, ἔτ' εὐδαιτύοις, ἔτως ὅταν τις ὦν λέγῃ τὰ ἐναντία βέληται, ἀνάγκη αὐτῷ τὴν κακίαν, τὴν ἐκ ⁴⁷ τῶν λόγων, ἀρετὴν ἐνταῦθα ποιήσασθαι· εἰ δὲ μὴ, συμβήσεται αὐτῷ ἐναντιώτῃ ⁴⁸ περιπεσεῖν, (ἀλλ') ἔτι ⁴⁹ πεί-

42 καθεξῆς αὐτοῦ. Perperam ed. Steph. καθεξῆς.

43 εἰς ἃν χρεῖα γένηται ἐξόδου. Non assecutus est sensum huius ῥήσεως lat. interpres, qui ita vertit: „dones discedendi „urgeret necessitas.“ ἐξόδος non est militum in patriam fugientium, sed eorum, qui expeditionem bellicam suscipiant, pugnam inituri. Sensum ita constituendum puto: int' illexerat Agamemnon, Graecos ipsi propter Achillem iniuria adfectum clam indignari, et ad reditum esse propensos, ab incedendo novo certamine alienos, neque tamen hanc indignationem prius esse prodituros, quam pugnam cum Troianis inire iuberentur. Inde, quo facilius cum iis, velut indignantibus, palam agere eorumque studia manifestius cognoscere liceret, ipse ἐσχηματισμένως reditum suadebat. Iam enim omnes reditum parando, ac a bello continuando esse alienissimos, palam declarabant, licebatque Nestori et Ulyssi palam eos obiurgare et ad pugnam cohortari.

44 ἀποβρῆξαι τὸν θυμὸν. Cavendum, ne quis hanc formulam eo sensu adhibitam putet, quo interdum Latinis dic frangere iram pro: flectere, coercere. Nam quae scriptor add. καὶ Φανερούς γενέσθαι ὀργιζομένους, manifeste ostendunt, frangere s. rumpere iram h. l. eum potius dici, qui animi adfectum celatum antea manifesto declararet; et quasi erumpi patiat. Comparari potest omnis locutio cum simili: ῥη-

Sin quis obiiciat nobis, Agamemnonem non consequi finem propositum, sed tentamine illo maximum subire periculum causam perdendi et infeliciter hoc sermonis genere uti (cum Graeci magno impetu reditum paraverint); ignorat profecto, eo ipso spectasse artificium dicentis, ut magno impetu reditum pararent. Non speraverat enim, fore, ut tali exploratione retineantur. At quamam in re versatur orationis artificium? Cum Graeci propter Achillem offensum Agamemnoni indignarentur, neque tamen indignationem suam prius possent palam facere, quam necessitas expeditionis bellicae instaret, crumpi volebat (Agamemnon iram eorum indignantesque palam fieri, et a principibus retineri, id quod factum videmus. Promptos enim paratosque ad redendum se ostendunt, sed ab Ulysse et Nestore retinentur. Haec igitur dum Agamemnon tentat, haud obscure tradit omnem huius orationum generis disciplinam. Dicit enim contraria iis, quae fieri vult. Est autem mira quaedam et fere absurda talium sermonum ratio. Nam quae in artis oratoriae operibus vitia putantur, ea hoc sermonum genus virtutum loco habet. Vitium putatur, uti argumentis, quae ab adversario vel redargui facile possint, vel retorqueri; cum illa quidem causam dicentis infirmam reddant, haec adeo periculi plena sint. Utroque genere Agamem-

νοναι Θωήην: voce magna et intenta uti, de qua vd. Ernestius ad Aristoph. nubes v. 3-6. edit. Herm.

45 τούτο σοι καὶ γίνεται. σοι, ut alibi, abundat. Vd. Vigerus l. l. ed. H. Vol. I. p. 163. 64. Errori haud dubie debetur lectio cod. reg. I. τούτο τοι etc: cum partic. τοι aliis potius iuncta adhiberi soleat.

46 ἐστὶ δὲ ἡ μέθοδος etc. Vd. c. 8. § 3.

47 τὴν κακίαν τὴν ἐκ τῶν λόγων (quae oritur e sermonibus) i. q. simpl. κακίαν τῶν λόγων.

48 ἐναντιώσει περιτεσεῖν etc. In repugnantiam incidit orator (sibi, consilio suo ipse repugnat) qui eiusmodi figura tam imprudenter utitur, ut, quae dicat, non quae arte efficere voluerit, persuadeat (περιτεσεῖν imprimis de iis dici, quae in pericula et calamitates incident, res notissima. vd. Reiskii index Graecit. Demosth.) cfr. c. 8. §. 3. ubi orator dicebatur υποκίπτειν εἰς ἐναντιώσεις, qui, dum hoc orati. figuratum genere utitur, sibi ipso repugnare videtur audientibus.

49 ἀλλ' ἐπὶ πείσαι οὐχ ἂ βούλεται. Recte vidit Sylburgius, scribendum esse vel: ἀλλὰ τε πείσαι, οὐχ ἂ βούλεται, eveniat, ut alia omnino audientibus persuadeat, non, quae volue-

πεισσαι ἐχ' ἃ βέλεται. τὸτο μὲν ἔν καὶ οἱ μελετῶντες ⁵⁰
 ἴσασιν. ὅταν γὰρ τις προσέλθῃ τῇ βελῇ ⁵¹, ἀξίων ἀπο-
 θανεῖν, εἰδὲς αὐτὸν ἀποθανεῖν βέλεται, ἀλλὰ τὰ
 ἐνχυτῖα βέλεται ὧν λέγει· καὶ οἱ τὰ δῶρα πα-
 ρὰ τῶν Φίλων ἀπωθέμενοι, βελομένοι δέξασθαι, λέγουσι
 μὲν τὰ ἐναντῖα, πράττεισι δὲ τὰ ἐναντῖα. δεῖ ἔν ἡμᾶς δι-
 δάξαι, πῶς μὲν λέγει εὐδιάλυτα καὶ ερεφόμενα· τὸ δὲ μέ-
 γιστον, πῶς ἔλαθε τὸτό ποιῶν· ἐπεὶ συμβήσεται, ἂν ⁵² κα-
 τὰΦωρος ἡ τέχνη γένηται, καὶ τὸν ἀκροῦντα ἀντιτεχνάζειν
 καὶ ἀντισχηματίζειν, προσποιόμενον πείθεσθαι καὶ συγχω-
 ρεῖν. ὅτι μέντοι εὐδιάλυτα λέγει, ἐκεῖνο σημεῖον·

— ὅς πρὶν μὲν μοι ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν
 Ἴλιον ἐκπέρσαντ' εὐτείχεον, ἀπονέεσθαι.

εἰ τοίνυν ὑπέσχετο καὶ κατένευσε, περιμενετέον.

Νῦν δὲ κακὴν ἀπάτην βελεύσατο, καὶ με κελεύει
 Δυσκλέα Ἄργος ἰκέσθαι —

πάλιν ἀντιλαβὴν ἔχει· ἐ γὰρ δεῖ Δυσκλέα ἀπιέναι. ταῦτα
 μὲν εὐδιάλυτα· ἐκεῖνα δὲ σαφῶς ερεφόμενα·

Δισχρὸν γὰρ τότε γ' ἐσὶ καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι,

Μὰψ ἔτω τοιόνδε τοσόνδε τε λαὸν Ἀχαιῶν

Ἄκρηκτον πόλεμον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι·

ταῦτα Φανερώς ὁ ⁵³ ἀντιλέγων ἐρεῖ·

Δισχρὸν γὰρ τότε γ' ἐσὶ καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. ⁵⁴

πῶς ἔν δικαίῃ; ὅτι μὲν γὰρ εὐδιάλυτα λέγει καὶ ερεφόμενα,
 δῆλον·

rit) vel: ἀλλ' οὐκ ἐτι πείσαι, ἃ βούλεται (eveniet, ut non am-
 plius persuadeat, quae voluerit persuadere.)

⁵⁰ οἱ μελετῶντες. Audientes, qui rem accuratius perpendunt,
 norunt haec (intelligunt, non posse ea, quae ab oratore ob-
 tendantur, ad verum orationis consilium pertinere.)

Alia enim vocabuli μελετῶν significatio (rhetorica): contro-
 versias fictas exercitationis oratoriae causa tractare (vd. infra c. 10.
 in.) h. l. ideo admitti nequit, quod seqq. de causis veris,
 non fictis, agunt.

⁵¹ ὅταν γὰρ τις προσέλθῃ τῇ βουλῇ etc. Uberius haec illustrat
 exemplum Periclis (ab Hermogene laud. in comment. περὶ λο-
 γῶν εσχηματισμένων): οἶον ἦν ὅταν οἱ Ἀθηναῖοι παρὰ Λακεδαιμο-
 νίων εἰρήνην οἱ δὲ ἀντήτησαν Περικλέα. Βουλομένων τῶν Ἀθη-
 ναίων αὐτὸς ὁ Περικλῆς υβριοπαθῶν ἐπὶ τῇ βουλῇ ἄξιοι ἀπερχέ-
 σθαι. ὁμολογουμένως γὰρ ὁ Περικλῆς, εἰ καὶ λέγει: πεμψάτε με,
 σχηματῖ μόνον λόγου λέγει. ἐπεὶ καὶ μεταχειρήσεσι χρηταὶ ταῖς
 κατασκευάζουσαις, οἱ οὐ χρὴ πεμψῆσθαι αὐτὸν.

⁵² κατὰΦωρος ἡ τέχνη γένηται, i. q. Φωρῶς c. 8. §. 4. Perpe-
 ram edit. Steph. κατὰΦωρος et in antecedd. ἀποθουμένοι.

memnon haud temere utitur. Quemadmodum enim, qui eadem dicit, quae fieri vult, non debet ea proferre, quae ipsi adversentur, aut facile refutentur ita, qui contraria iis, quae dicit, fieri vult, necesse est in tali orat. genere virtutes existimet, quae orationis vitia putentur. Alioquin accidet ei, ut ipsius consilio prorsus repugnet, neque eadem persuadeat, quae fieri voluerit. Neque id ignorant ii, qui rem accuratius perpendunt. Etenim ubi quis ad curiam accedit, et capite plecti vult, nemo eum morte plecti vult, sed contraria fieri iis, quae dicat. Item, qui munera ab amicis oblata repudiant, cum accipere cupiant, contraria iis, quae dicunt, efficiunt. Docendum igitur, quomodo aliquis dicere possit, quae facile solvantur et retorqueantur, et (quod gravissimum) quam ratione tecte et occulte hoc efficiat; facile enim accidere poterit, ut auditor, deprehenso artificio, ipse arte et figura adhibenda dicenti adversetur, et se persuasum simulet, omniaque concedat. Proferre Agamemnonem ea, quae facile redargui possint, illa ostendunt:

„Qui antea quidem mihi promisit, et annuit, Ilio
bene munito exciso me rediturum.“

Etenim si promisit et annuit Jupiter, non discedendum. Sequuntur haec:

„Nunc vero malam fraudem struxit, iubetque me
inglorium Argos redire.“

quae novam continent adversandi opportunitatem. Non enim inglorium redire oportet. Haec quidem sunt argumenta, quae facile redarguere liceat. At quae sequuntur, patet retortu esse facilia:

„Turpe enimvero hoc posteris quoque erit auditu,
quod talis tantusque Achivorum exercitus adeo in-
cassum bellum gerat irritum, pugnetque cum viris
paucioribus.“

Nam eadem profecto adversarius dicere poterit:

„Turpe enimvero hoc posteris quoque erit auditu.“

Quomodo igitur rem pertractat? Dicere Agamemnonem
ea,

53 ο αντιλεγων ερει. Cod. Cant. αντηρει (ortum forsitan ex antec. αντιλεγων.)

54 αισχρον γαρ — πυρσιζειν, scil. το φευγειν.

δῆλον· καὶ ἔτι μᾶλλον, ἂν ἐπεξίῃ τις τὴν τέχνην τῶν ἐπῶν, ⁵⁵ εὐρήσεται. ἀλλὰ τίς ἡ τέχνη τῶν τοιούτων; πᾶσιν ὑπερβολὴ· πρὸ τῆς λόγου, ἵνα δοκῇ ὑπὸ λύπης φέρεσθαι αὐτῷ ὁ λόγος, μὴ ἐξ ἐπιβελῆς διοικεῖσθαι; διὰ τὸτ' Ἀγαμέμνων ἀπὸ σχετλιασμῶ ἤρξατο.

Ζεὺς με μέγας Κρονίδης ἄτη ἐνέθησε βαρεῖν

Σχέτλιος —

ὁ ἔν τῳ Διὶ ἔτω προσφερόμενος, καὶ βλασφημῶν, δῆλός ἐστιν ὑπὸ λύπης καὶ αὐτῷ φωνα αὐτῷ λέγων. πᾶσιν ἐν προτβολῇ κλεπή γίνεται διοικήσεως τεχνικῆς. τοῖστο μὲν ἐστὶ τὸ σχῆμα, τὸ τὰ ἐναντία λέγειν οἷς βέλεται.

ε'. Ἔστι δὲ καὶ τέταρτον σχῆμα βαρύτερον, τὸ δι' ἄλλων πορευόμενον, καὶ παντελῶς ἐπ' ἄλλης υποθέσεως τὸν λόγον ποιεῖμενον, ἄλλην παραίνειν. καὶ τὸτο ⁵⁶ Ὅμηρος τὸ παράδειγμα ἔδωκεν, καὶ ἔλαθε τὰς πολλὰς, ἐπὶ γὰρ τῇ ἀποκείρα τῇ Ἀγαμέμνωνος, ἣν ποιεῖται πρὸς τὰς Ἑλλήνας, οἱ κατέχοντες τὸ Ἑλληνικόν εἰσιν Ὀδυσσεὺς καὶ Νέστωρ, καὶ Θουκλῆς τί ἐν τῷ λόγῳ; ἔστι διπλῆν τὸ Θουκλῆς. τοῖκεν ὁ Νέστωρ μηδὲν ἴδιον λέγειν, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ λέγειν τῷ Ὀδυσσεῖ, ὥσπερ ⁵⁷ μετατιθεῖς τὰ διδασκάλῳ. καὶ ἀπονέμει αὐτῷ ἑκαίρουν ὁ Ἀγαμέμνων, ὡς κρατῶντι ⁵⁸ τῶν Ἑλλήνων ἐν ταῖς βελαιῖς· ὅπερ ἐστὶν ἀτοπώτατον. ⁵⁹ καὶ λέγουσιν οἱ διδασκαλοὶ, ὅτι, ἐπειδὴ ἐπήνεσε τὸν Ὀδυσσεῖα τὸ πλῆθος, ἵνα μὴ λυκοῖτο ὁ γέρον, καὶ ὁ Ἀγαμέμνων τὸν γέροντα· ὡς περὶ

55 τὴν τέχνην τῶν ἐπῶν. Vd. c. 8. §. 15. τῇ φωνῇ αὐτῇ ὅτι σχετλιασμένον· εἶναι etc.

56 παρὰ τοὺς ὑπερβολὴν i. q. summum καὶ τοῦ, maxima adfectus vehementia (vd. Reiskii index Demosth. sub v. ὑπερβολή.) De re ipsa vidimus c. 8. §. ult.

§. 6.

57 εἰς δὲ καὶ etc. Comparanda cum his §. 12. c. 8.

58 καὶ τοῦτο — ἔδωκεν. τοῦτο παρὰ. paulo negligentius dictum de exemplo, quod ad illud σχῆμα pertineat (nisi malis τοῦτο in τούτου mutare.)

59 ὥσπερ μετατιθεῖς τὰ διδασκαλῳ. E versione latini int. „uti discipulus magistrum imitatur“ colligit Huds. eum pro μετατιθεῖς legisse μαθητῆς. Verum cum idem in aliis locis transferendis haud raro a Graecis discodere et liberius vertere soleat, nolim equidem certo adfirmare, eum nostro loco aliam libri cuiusd. lectionem suamve coniecturam expressisse. Ceterum bene se habet vulg. lectio. μετατιθεῖναι est orationis formam immutare, aliis verbis idem proponere, ut Aristot. rhetor. I. I. c. 9. Ex add. τὰ διδασκαλῳ patet respici ad exercitationem puerorum, qui aliis verbis enunciarent, quae magister proposuisset.

ea, quae facile redargui possint, et retorqueri, in promptu est; multoque clarius apparebit ei, qui singulorum verborum artificium examinare voluerit. Sed quatenam his inest ars? Adfectus vehementia, quem simulat, antequam dicere incipit, ut omnis oratio doloris vehementia efferni potius quam callidum tractationis artificium prodere videatur. Unde Agamemnon ita loqui incipit, ut graviter conqueratur:

„Jupiter Saturnius malo gravi valde me irretivit
„saevus.“

Qui ita Jovem obiurget, et ejusmodi conviciis invadat, cum patet dolore perturbatum proferre, quae ipsi non conveniant. Ita insuper simulando adfectu occultatur tractationis artificium. Talis est figura, qua contraria dicuntur iis, quae efficere volumus.

§. 6. His accedit quartum genus orationum figurae maxime reconditae artis, cuius haec est ratio, ut orator, cum in aliis commemoratis esset aliud argumentum dicendo pertractans, tandem aliam rem comprobet. Exemplum huius quoque generis ab Homero suppeditatum multos latuit. Etenim cum Agamemnon Graecos explorare studuisset, Ulysses et Nestor raeorum exercitum dicendo retinent. Quatenam insunt sermonibus illis, admiratione digna? Duo potissimum. Primum Nestor nil ipsi proprium dicere videtur, sed eadem proferre, quae Ulysses dixerat, velut a magistro proposita alio modo enuncians. Tum eidem Agamemnon hanc tribuit laudem, ut eum omnes Graecos consilii prudentia superare dicat. Quod inepsum videtur. Unde magistri existimant, Agamemnonem seni laudem tribuisse, ne forte offenderetur (cum populus antea Ulyssem laudasset); quasi ibi cum pueris ageretur,

60 ος κρατουντι των Ελληνων. Respicit scriptor ad verba Homeri. infra allata, ubi universae orationis et consilii prudentiae laudatur, qua Nestor omnes Graecos superet: ἢ μὲν αὐτ' ἀγορῇ νικᾷς, γέρον, υἱας Ἀχαιῶν. Hinc assentiri nolim A. Schotto, verba ita lat. reddenti: „ut qui Graecorum animos „consilio sibi subiiciat“ (quasi Nestor ideo laudatur, quod consilia sua iam persuaserit Graecis.)

61 οτι επιν αποπρωτατον. Ineptum videtur, et, quod Nestor ead. m. fere eloquitur, quae Ulysses proposuerat, et, quod Agamemnon talem orationem laudat.

περὶ παιδαρίων ἐν διδασκαλείῳ ⁶² ἐπιδεικνυμένων, καὶ παρα-
 μυθίαν τῇ διδασκάλῳ ἀπονέμοντας, ἵνα μὴ κλαίῃ τὰ παιδιά.
 ἀλλ' ἡ τέχνη τίς; ὅπως ἡ αὐτὴ ὑπόθεσις τῶν λόγων ἐκ ἕστιν
 Ὀδυσσεὶ καὶ Νέστορι. ἔροιτο ἄν τις· καὶ πῶς εἴη ἡ αὐτὴ
 ὑπόθεσις; τὰ αὐτὰ γὰρ λέγῃσι. τῷτο ἡ τέχνη ἡ Νέστορος,
 ὅτι τὰ αὐτὰ λέγων, ἐκ εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν λέγει. ἀλλ'
 ἡ τέχνη τίς; ἐπειδὴ μέλλει χαλεπὴν ὑπόθεσιν πεῖθειν, πο-
 ρεύεται διὰ τῆς πεπεικυίας ὑποθέσεως. πεπεισμένοι εἰσὶν οἱ
 Ἕλληνες ὑπὸ τῷ Ὀδυσσέως μένειν, καὶ ἠνεγκαν αὐτῷ τὴν
 ἐπιτίμησιν καὶ τὴν παραμυθίαν. ἀλλ' ἔχει χαλσπωτέραν
 ὑπόθεσιν ὁ γέρων. πορεύεται ἔν δ' ὧν ἔπεισαν Ὀδυσσεύς,
 καὶ τὰ αὐτὰ λέγει Ὀδυσσεύς:

Ὡς γὰρ ἡ παῖδες νεαροὶ, χῆραι τε γυναῖκες,
 ἀλλήλοισιν ὀδύρονται οἰκόνδε νέεσθαι.

Ὀδυσσεύς· ⁶⁴ τὰ αὐτὰ ὁ γέρων:

ὦ πόποι, ἣ δὴ παισὶν εὐκότες ἀγορεύατε
 Νηπιᾶχοις —

(Πῇ δὴ συνθεσθαι ⁶⁵ τε καὶ ὅρκια βῆσεται ἡμῖν;
 Ἐν πυρὶ δὴ βεβαί τε γενόλατο, μῆδ' αὖ τ' ἀνδρῶν.

Ἡ ⁶⁶ μάλα δὴ σε ἄναξ — ἐθέλῃσιν Ἀχαιοὶ
 Πᾶσιν ἐλέγχισον θέμεναι μερόπεσσι βροτοῖσι.)

λέγει

62 ἐπιδεικνυμένων. Constat, ἐπιδεικνυσθαι et ἐπιδεικνυμαι de iis
 dici, qui specimina artis suae et doctrinae exhibeant, unde
 olim ad Sophistas potissimum eloquentiam ostentantes
 transferri soleret. vd. Cresollii theatrum rhetorum vett. etc.
 l. 3. c. 5. in. Ernestius in lex. laud. sub h. v.,

63 οὐχ ἡ αὐτὴ ὑπόθεσις; Quae post ὑπόθεσις in cod. Cant. ad-
 duntur τῶν λόγων, salva sententia, habere possunt enataque
 videntur ex antecedd.

64 Ὀδυσσεύς. subint. λέγει s. Φησιν.

65 πῇ δὴ συνθεσθαι τε etc. Quod ex edit. Florent. vulgo legeb.
 ποῦ (ll. l. 2. v. 339.) et codd. meliorum, auctoritate et
 usu loquendi suadente bene in πῇ mutatum ab Ernestio,
 Wolfo, Heynio (cuius observ. ad h. l. cfr. Vol. IV.) —
 βῆσεται i. q. αποβῆσεται.

66 ἡ μάλα δὴ σε etc. Haud parum equidem miror, quod ne-
 mo interpretum difficultates vulgaris verbb. dispositionis
 monstraverit. Patet enim, perperam verba: ἡ μάλα δὴ σε —
 βροτοῖσι vulgo ita legi, quasi cum proxime praecedentibus
 unam eandemque constituent orationem; cum ad aliam plane
 Ulyssis orationem (ll. l. 2. v. 284 sqq.) pertineant. Tum ne
 consilium quidem recte intelligitur, quo laudata fuerint.
 Debebant enim ex utriusque (Nestoris et Ulyssae) oratione ea
 proferri, quae sibi invicem responderent. At frustra quae-
 runtur h. l. verba, quibus illa: ἡ μάλα δὴ σε — βροτοῖσι re-
 spondeant. Nonne potius vel sola vel simul cum illis adfe-

ageretur, in ludo doctrinae suae specimina exhibentibus, quos benigno¹ alloquio consolari studeret magister, ne in fletum prorumperent. Quale autem inest artificium? Diversa plane sunt Ulyssis et Nestoris orationum consilia. Interroget forsitan aliquis, quomodo non idem possit utriusque consilium esse, cum eadem dicant? In eo ipso versatur artificium Nestoris, quod, cum eadem proferat, tamen non eodem consilio dicat. At quam tandem utitur arte? Cum Graecis persuasurus sit rem difficilem persuasum, viam sibi munit per ea, quae iisdem iam persuasa sunt. Iam enim Graeci ab Ulysse manere persuasi fuerant, tulerantque eius reprehensionem et adhortationem. Magis difficilia erant persuasum, in quibus senis oratio versari deberet. Hinc viam sibi munit per ea, quae Ulysses iis persuaserat, et eadem dicit, quae ille protulerat. Ulysses enim:

„Velut pueri tenelli, inquit, viduaeve mulieres inter se complorantes reditum in patriam desiderant.“

Eadem Nestor:

„Dii boni, re vera pueris similes loquimini parvis, —
„Quonam, obsecro, pactaque et iuramenta nobis
„ibunt? In ignem nempe abierint consilia curaeque
„virorum? Profecto te, o rex, agere iubent Achi-
„vi, quae omnes mortales articulatè loquentes tur-
„pissima censeant.“

Tum

renda erant, quae in Ulyssis orat. post βροτοισια proximo sequi videmus: οὐδέ τοι ἐκτελέουσιν ὑπὸσχέσιν, ἥνπερ ὕψαν, ἐνθάδ' ἔτι σείχοντες ἀπ' Ἀργεὸς ἱπποβότοιο simillima Nestoris verbis: πῇ δὲ συνθεσῖαι τε — μηδεὰ τ' ἀνδρῶν, ideoque supra c. 8. §. 12. merito allata et cum illis comparata? Denique, cum et in iis, quae verba: πῇ δὲ συνθεσῖαι etc. proxime praecedunt, et in seqq. λέγει ἐκείνος σημεῖον etc. hunc ordinem servatum videamus, ut primum Ulyssis, tum Nestoris verba laudarentur, (ut c. 8. §. 12.) mirum omnino videtur, quod in vs. πῇ δὲ συνθεσῖαι — βροτοισι adferendis ordo immutatus fuerit. Ut paucis rem comprehendam, omnis disputationis post νηπιαχοῖς ita procedere debebat:

πάλιν Ὀδυσσεύς
ἢ μέλα δὲ σε, ἀναξ, — ἐθέλουσιν Ἀχαιοὶ
aut potius (quae vera est et constans librorum Homeri lectio):

Ἀτρεΐδῃ, νῦν δὲ σε, ἀναξ, ἐθέλουσιν Ἀχαιοὶ
Πᾶσιν ἐλέγχισιν δέμεναι μερόπεσσι βροτοῖσιν.
Οὐδέ τοι ἐκτελέουσιν ὑπὸσχέσιν, ἥνπερ ὕψαν,
Ἐνθάδ' ἔτι σείχοντες ἀπ' Ἀργεὸς ἱπποβότοιο.

λέγει ἐκείνος σημεῖον ⁶⁷ μανταίας τῶν παρὶ τὸν Κάλχαντα·
 ἄτος, τὰ τῆς ἀστυκῆς· ὥς τε διὰ τῶν αὐτῶν πορεύονται. τί
 ἔν ἐστι τὸ παραλλάττον; διδάσκει τὸ παραλλάττον τῆς ὑπο-
 θέσεως τῶν ἐπεικῶν ἢ διαίρεσις. ἀπῆνυσαν οἱ Ἀχαιοὶ καὶ τὸ
 κληῖδος τὸ κοινὸν τὸν Ὀδυσσεά· πεισθέντες μέναι· καὶ τὸ
 ἔργον τῷ Ὀδυσσεὶ λαμπρόν·

⁶⁸ Τοῖσι δ' ἄφαρ πόλεμος γλυκίων γένετ', ἢ ἐνέεσθαι
 Ἐν νηυσὶ γλαφυρῇσι Φίλην ἐς πατρίδα γαίαν,
 δ' ἡρώων ἄλλην ὑπόθεσιν ἔχει. ἐπειδὴ γὰρ πεπεισμένοι εἰσὶν
 οἱ Ἕλληνες μένειν, ζητεῖ αὐτὰς ἐντρατεύσασθαι. ἔδεν γὰρ Ὀφε-
 λος τῇ μένειν ἀνευ τῆ ταχιδύου· ὅπερ μάλιστα ὑπόθεσις ἐστὶ
 καὶ ζήτησις τῷ Ἀγαμέμνονος·

Ἄλλ' ἔφ' ἔγ' αἶ κεν πως θορήξομαι νῆας Ἀχαιῶν.
 πῶς ⁶⁹ αἶεν τῷ Ἀχιλλεῷ ἐντρατεύονται; εἴην ἔν τῷ Νέστο-
 ρος ἢ ὑπόθεσις·

Κεῖν' ἀνδρας κατὰ Φύλα, κατὰ Φρήτρας, Ἀγαμέμνον'
 Ὡς Φρήτρῃ Φρ' ἑταίρων ἀρήγῃ. Φύλα δὲ Φύλοις.
 Εἰ δὲ κεν ὥς ἔρξῃ, καὶ τοὶ πεῖθονται Ἀχαιοί,
 Γνώστ' ἐπειθ', ἵς δ' ἄγεμόνων κακός, ἵς τέ νυ λαῶν,
 Ἦδ' ὅς κ' εἰδὼς ἔησι· κατὰ σφῆας γὰρ μαχέσονται.
 αὕτη ἡ ὑπόθεσις εἴην, ἥς χρεῖαν ἔχει ὁ Ἀγαμέμνων· αὕτη
 ἡ

δ Νέστωρ· (s. εἴτα ὁ Νέστωρ·)

Πῶς δὲ συνθεσῖαι τε καὶ δοῦνα βῆσεται ἡμῖν;

Ἐν κυρτῇ δὲ βουλαὶ τε γυνοῖατο, μήδεα τ' ἀνδρῶν.

Quodsi de eo quaeratur, unde prodierit illa pessime per-
 turbata et mutilata oratio, facile intelligimus, causam rei
 vel e sola liberiorum, qui in textu describendo alia omitte-
 rent, alia transponerent, negligentia esse petendam, vel ex
 additamentis et interpolamentis seriorum lectorum rheto-
 rumque (vd. quae in prolegomenis de probabili origine cap.
 9. eiusque singularum partium disputavimus.) Posterior ratio
 partim facilitate maiori commendatur, partim simi-
 libus exemplis adiuvatur (v. c. §. 5. n. 41.) For-
 san rhetor ille, qui prius omnis huius actionis auctor
 extiterat, comparisonem Nestoreae orationis cum Ulyssea
 minus copiose pertractaverat, quam auctor c. 8. §. 12. ita ut
 et Nestoris verba: πῶς δὲ συνθεσῖαι — μήδεα τ' ἀνδρῶν, et
 quae in Ulyssis oratione illis responderent, omitteret. Qui
 cum Nestoris verba ὦ ποικί — νηπιαχοῖς cum Ulyssis vbb.
 ὡς γὰρ — νεσσεσθαι comparasset, facile poterat alius, quae in
 Nestoris or. mox sequuntur, πῶς δὲ συνθεσῖαι — μήδεα τ' ἀν-
 δρῶν, (memor loci c. 8. §. 12.) contestim subiungere, de ar-
 dine personarum loquentium servando non sollicitus. Illae
 ne deessent, quae in Ulyssis oratione respondere viderentur,
 adscripsit vel idem rhetor negligens vel alius Ulyssei sermo-
 nis initium; ἡ μετὰ δὲ σε, ἀναλ' εἰς, c. omissis tamen iis, quae
 proxime ad rem pertinerent.

Tum ille portentum enarrat, in quo Calchantis vaticinium versabatur, hic fulmina, quae apparuerant, ita ut eadem plane via incedant. Quidnam igitur discriminis inest? Ipsa laudum distributio consiliorum diversitatem ostendit. Graecorum enim copiae Ulyssem laudaverant, manentque persuasae; eratque omnino praeclarum Ulyssis opus (quod factum legitur):

„Tum iis statim bellum dulcius reddebatur, quam
„redire in navibus cavis in terram patriam dilectam.“

Aliud consilium senex (Nestor) consequi studet. Etenim eum Graeci manere persuasi essent, in eo iam elaborat, ut in pugnam eos educat. Nam quod manerent, nihil proderat, nisi in aciem prodirent, id quod Agamemnon praecipue effici volebat, ac desiderabat:

„Verum, inquit, agite, curemus, ut quo pacto
„armemus Achivorum filios.“

Quaerit enim quomodo, absente Achille, in aciem possint educi? Nestoris igitur consilium his continetur:

„Secerne viros per tribus, per curias, Agamemnon,
„ut curae curiis opem ferant, et tribus tribubus.
„Quod si feceris, tibi que paruerint Achivi, cognos-
„ces, qui duces ignavi fuerint, quique milites, et
„quis fortis fuerit; per se ipsos enim pugnabunt.“

His inest consilium, quo Agamemnoni opus erat, argumentumque Nestoreae orationis primum periculi ple-

67 σημειον μαντείας. σημειον. (i. q. τερας c. 8. §. 12.) μαντεία est portentum, ad quod pertinet (in quo explicando versatur) Calchantis vaticinium, nisi nialis σημειον και μαντειαν legere. — Pro των περι etc. cod. Cant. exh. τὰ (ortum forsan e seqq. τα της αστρατης.) των περι του καλχ. e notissimo Graecismo pro του Καλχ. dicitur.

68 τεισι δαφαρ etc. Il. l. 2. v. 453. sq.

69 Patet verbis: πως ανευ του Αχιλλεως εκστρατευσαντο explicari antecedd. επερ μαλιστα etc. interposito versu Homer. qui probationem rei contineret.

70 ει δε κεν ως etc. Pro σπεεις (nam de antecedd. dictum ad c. 8. §. 12.) in Homeri libris (uno cod. Vratisl. excepto) constanter leg. ερεης aut ερεης itemque pro πειθονται apud Hom. vulgo πειθονται, quanquam plures codd. cum nostra script. consentiunt. — μαχεσονται vulg. est Homerr. librr. lectio inde ab edit. Ald. 2. recepta. In nonnullis tamen codd. editt. Scholl. et rhetoris nostri codd. Colb. et Cant. exstat μαχονται. Cfr. Heynius in observ. et varr. lectt. (Vol. IV.) qui ερεης itemque πειθονται et μαχεσονται edidit.

ἡ ἐπικίνδυνος ὑπόθεσις τῶν λόγων τῷ Νέστορι· ὡς ἐν παρ-
 ῥογῇ δ' αὐτὴν ⁷¹ ἐρρίψεν·

⁷² Ἄλλο δὲ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ Φρεσὶ βάλλεο σῆτιν·
 ὡς προσθήκη τῷ λόγῳ ποιεῖται· ⁷³ καὶ γίνεται ὥσπερ τέ-
 λος τῆς δημηγορίας τῆς πεπεικυίας χρεια δημηγορίας ἀναγκαιο-
 τέρα· διὰ τῆς Ἀγαμέμνων, τυχαῖν ᾧν ἐβέλετο, ἐπαινεῖ
 τὸν γέροντα·

⁷⁴ Ἡ μὲν αὖτ' ἀγορῇ νικᾷς, γέρον, υἱας Ἀχαιῶν.

Αἱ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἀπὸλλον,

Τοῖστοι δέκχ μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν,

Τῶκε τάχ' ἡμύσσεια πόλις Πριάμοιο ἄνακτος

Χερσὶν ὕφ' ἡμετέρῃσιν ἀλῆσά τε περδομένη τε.

ὅτι δὲ αὕτη εἰσὶν ἡ ὑπόθεσις τῆς Νέστορος, τὸ ἐκφρατεῦσαι, καὶ
 ὅτι τῆτο ἐπαινεῖ, ⁷⁵ σχηματίζει ὁ Ἀγαμέμνων, ὡς τυχαῖν
 ᾧν ἐβέλετο. τίς ὁ ἐλεγχος, καὶ τίς ἡ ἀπόδειξις; φοβεῖται,
 μὴ ἐπειθὴ ὁ Νέστωρ, καὶ βοηθεῖ αὐτῷ, ὅσα δύναται, τί
 ἐν ἐσὶ τὸ μὴ ποῖν πείθειν τὸν Νέστορα; ὀργὴ ὑπὲρ Ἀχιλ-
 λέως τῶν Ἑλλήνων. παραμυθεῖται τὴν ὀργὴν αὐτῶν ὁ Ἀγα-
 μέμνων ὁμολογῶν ἡμαρτηκέναι, καὶ μέμνηται τῆς Ἀχιλλέως,
 ἵνα μαλάξῃ αὐτῶν τὸν θυμὸν ἐπ' αὐτῷ. ἐπαι τί βάλε-
 ται τὸ;

⁷⁶ Ἀλλά μοι αἰγίλοχος Κρονίδης Ζεὺς ἀλγὲ ἔθηκεν,

Ὅς με μετ' ἀπρήγτους ἐρίδας καὶ νείκεα βάλλει,

Καὶ

⁷¹ αὐτὴν ἐρρίψεν. Proferit verba, qui obiter (ὡς ἐν παρῳδῳ)
 commemorat, quae ipsi forte in mentem venerant. Sim. in-
 fra ἐπὶ τελείῳ ὡς παρῳγῶν ἐρρίπτειν dic. Latinum proicere eo-
 dem sensu apud Livium l. 35. c. 31. ex. et al. legitur.

⁷² ἄλλο δὲ τοι etc. Verba sunt Achillis cum Agamemnone al-
 tercantis Il. l. i. v. 297. quae, etsi ad rem, de qua nunc
 agitur, minime pertineant, ideo tamen adferuntur, quod
 mentem exprimant dicentis praeter ea, quae iam allata fue-
 rint, alia obiter addituri.

⁷³ καὶ γίνεται — ἀναγκαιοτέρα. Ultima fere pars orationis Ne-
 storeae continet primum consilium (id quod ita neces-
 sarium erat, ut reliqua omnia nonnisi illius causa profferren-
 tur.)

⁷⁴ ἡ μὲν αὐτ' etc. Il. l. 2. v. 370—374. — ἡμύσεια πόλις. ἡμύσειν
 i. q. πικτεῖν, κλινεσθαι, se inclinare ut supra v. 148. ad quem
 locum v'd. Heghina in observn. (Vol. IV.)

⁷⁵ σχηματίζει ὁ Ἀγαμ. Sylburgius ad h. l. (haud dubie latina
 vers. A. Schotti motus) coniecit σχηματίζει in participium
 σχηματίζων esse mutandum et post εβουλετο minus plene in-
 terpungendum, ita ut vbb. ἐπὶ τούτῳ ἐπαινεῖ rogantur ab inter-
 rogatione seq. τίς ὁ ἐλεγχος etc (hoc sensu: idemque laudare
 Agamemnonem, dum figura utatur, compotem factum eorum,
 quae desideraverit, unde probatur?) Licebit tamen commo-

plenum, quod ille obiter proiecit, velut additamentum orationis, quasi diceret: -

„Aliud autem tibi dicam; tu vero in animo reconde.“ ita ut primum orationis argumentum fere ultimam eius partem constitueret. Propterea Agamemnon, voti compos factus, laudat senem his verbis:

„Revera iterum oratione cmines, o senex, inter filios Achivorum. Utinam vero, Jupiter parens, Pallas, et Apollo, tales decem mihi essent consultores Achivorum! Tum cito caderet urbs Priami, regis manibus nostris capta et excisa!“

Vere autem huc pertinere Nestoris consilium, ut in aciem Graecos educat, sibi que idem probari, Agamemnon figurae ope significat, velut compos factus eorum, quae desideraverat. At quodnam rei indicium? quanam probatio? Quum vereatur, ne Nestor persuadendi consilio excidat, quantum potest, eum adiuvat. At quid impedire poterat Nestorem, quo minus persuadendi consilium consequeretur? Quod Graeci propter Achillem offensum Agamemnoni indigebantur. Quapropter Agam. iram eorum ita flectere studet, ut se peccasse confiteatur, et Achillis mentionem iniiciat, quo facilius animos illius causa ira contra ipsum concitatos emolliat. Quorsum enim tendunt haec:

„Sed me aegida gestans Saturnius Jupiter dolore afflixit, qui me in vanas lites et contentiones in-
„pin-

de vulgarem loci lect. et disposit. retinere, si modo vocabu-
Is σχηματίζειν notionem figurae ope aliquid indicandi (quae partim ex universa not. orationem figur. adhibendi, partim ex omni orat. serie facile elici potest) tribuas. Dum Agam. eloquentiam Nestoris omnino laudat, dicitque, Troiam facile captam iri et expugnatam, si modo plures essent inter Achivos Nestori similes, figurate significat, hoc potissimum ipse probari, quod Nestor Graecis persuadere studuerit, ut in aciem prodirent. Ceterum sponte patet, vulgarem lect. omni reliquae huius disputationis elocutioni (quae membris brevioribus et interrogationibus plurima efferat) esse accommodatissimam.

76 αλλα μοι αιγιοχος etc. Il. l. 2. v. 1375. sqq. — Pro εθηκεν in Homeri libris αδων leg. sensu non mutato. τισιν enim i. q. ποιειν, ut Il. l. 5. v. 384. et al. Potuit lectio εθηκεν facilius enasci e simili loco Il. l. 1. v. 2. ubi vulgo: αλγε εθηκε (vd. Heynii observv. ad h. l.) De reliquis yd. c. 8. §. 12.

Καὶ γὰρ ἐγὼν Ἀχιλλεύς τε μαχέσσομαι· εἴνεκα κούρης
Ἀντιβίοις ἐπέσσειν· ἐγὼ δ' ἤρχον χαλαπαίνων.

Εἰ δέ ποτ' ἔς γε μίαν βελεύσομεν· ἀνέτ' ἔπειτα

Τρωσὶν ἀνάβλησις κινᾷ ἔσσεται ἔδ' ἡβαιὸν.

ἐπέσσειν αὐτὰς οἰκτεῖραι, ⁷⁷ εἰ ὁμολογεῖ τὸ ἀμάρτημα, καὶ
ἀπεπλήρωται ⁷⁸ αὐτῶν τὸν θυμόν. εἴτα συναγορεύσας τῷ
γέροντι καὶ παραμυθητάμενος, ἀφείς ταῦτα, ἐπὶ τῷ οἰκειό-
τατον ἔρχεται, ἐπὶ τὸν ⁷⁹ βασιλέα.

Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δαῖκνον, ἵνα ξυνάγωμεν Ἀρηα.
ταῦτα ⁸⁰ καλεύσας ἐπάγει, (Φησὶ) καὶ τὴν ἀπειλήν, εἰς
(δέ) τις χωρίζηται.

⁸¹ Ὅν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης ἐθέλοντα νοήσω

Μιμνᾶζειν παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν, ἃ οἱ ἔπειτα

Ἄρκιον ἔσσειται Φυγέειν κύνας ἢ δ' οἰωνός.

ὥς ἄρχεται ἀπὸ ἐκείνης συναγορεύων τῷ Νέστορι. ἔπειτα
παραμυθεῖται τὸν θυμόν, ὁμολογῶν ἡμαρτηκέναι· εἴτα κα-
λεύει καὶ ἀπειλεῖ βασιλικῶς. αὕτη ἔν ἡ τέχνη τίς ἐστὶ; τὸ,
ἐπ' ἄλλης ὑποθέσεως ⁸² πεπαικυίας (πρότερον,) ἐπὶ τέλει ὡς
πάρεργον ἐρρίπτειν ⁸³ ἔτι οἰκειότεραν ὑπόθεσιν. ταύτην τὴν
τέχ-

77 εἰ ὁμολογεῖ etc. εἰ i. q. scilicet, siquidem, quandoquidem. Vd. Vigerus l. l. ed. H. Vol. II. p. 504. 5.

78 ἀπεπλήρωται. Libera illa et ingenua αμαρτηματος confessio erat quasi deprecatio, qua Agamemnon iram Graecorum satiat, s. expletet.

79 ἐπὶ τὸν (βασιλέα.) Quum vulg. lectio τὸν βασιλέα h. l. sensu careat, suspicor rhetorem scripsisse ἐπὶ τὴν βουλήσιν (venit ad decreta s. mandata scilicet de acie instruenda.)

80 ταῦτα καλεύσας — χωρίζηται. Oculos incurrit, in hac vulg. verb. lect. partim voc. Φησὶ plane esse otiosum, partim δὲ non habere quo referatur. His difficultatibus motus Sylburgius δὲ in δὴ mutari vult, et pro Φησὶ vel Φασὶ vel σφισὶ (delectis commatibus quae post ἐπάγει et ante καὶ leguntur) scribi. Cui quamquam in eo lubenter adseunt, quod pro δὲ scribatur δὲ, tamen neque Φασὶ (quod non facilius intelligi potest, quam Φησὶ) neque σφισὶ (quae poetica est forma a nostro aliena) ferri potest. Malim Φησὶν inserere post ξυνάγωμεν Ἀρηα, ut c. 8. §. 14. αταρ οὐ τέλος ἴκοι μύδων, Φησιν.

81 ὅν δέ κ' ἐγὼν etc. Il. l. 2. v. 391. sqq. — νῆες κορωνίδες naves, quarum extremae partes sunt incurvatae, καμπυλοπρεμεναι. — Verba: ἀρκίον ἔσσειται etc. Cl. Heynius ita interpr. „nil erit, quod prohibeat, quo minus inaequalis abiiciatur s. praeda fiat canum alitumque“ ita ut ad eam vocab. ἀρκίον s. παρκεῖν notionem respiciat, qua signif. propulsare malum s. avortere. cfr. Heynii nota in varr lectt. et observ. ad l. l. At tamen cum notio effugendi ignominiam corporis inhumati sequenti voc. Φεσγέειν insit, malim ἀρκίον vettere: id quod sufficiat (ad vitandam illam ignominiam) et a prima not.

„pingit. Etenim ego, cum Achille puellae causa
„certavi, verbis sibi adversantibus. Ego autem pri-
„mus coepi irasci. Sin autem unquam consenseri-
„mus, non amplius Troianis futura est excidii dila-
„tio, ne tantillum quidem.“

Misericordiam eorum commovit peccatum confitendo,
iramque satiavit. Tum, postquam seni dicendo patro-
cinatus fuerat, animosque mitigaverat, missa haec fa-
cit, et ad ea accedit, quae maxime ad ipsius consilium
pertinent. Mandata (decreta) dico:

„Nunc autem abite pransum, ut pugnam conse-
ramus.“

Quae cum mandasset, omnibus, qui se subdlexerint,
haec minatur:

„Quem autem ego seorsum a pugna apud naves re-
„curvas commorari volentem videro, ei postea nul-
„lum suppetet auxilium ad effugiendos canes ali-
„tesque.“

Sic intelligimus Agamemnonem inde initium ducere,
quod laudet Nestorem eique patrocinetur; tum iram
Graecorum mitigare peccatum confitendo; denique more
regio inperare et minari. Quale igitur his inest artifi-
cium? Id, cuius haec est ratio, ut orator, cum in
alio

(vocab. *προειναι*) suffiendi (ab eodem V. D. notata) ducere.
Sensus tandem evadit idem: non licebit effugere etc.

82 *στ' ἄλλης υποθέσεως — προτερον*. Desideratur verbum, quod
notionem dicendi, elaborandi in alio argumento iam persua-
so exprimat. Videatur rhetor ita scripsisse: τὸ, οἱ ἄλλης υπο-
θέσεως πεπεικίας πορευόμενον, ἐπὶ τέλει etc. Voc. *προτερον* enim
(quod sensus non necessario requirit) facile potuit e depra-
vato *πορευόμενον* oriri. Simil. supra dic. *πορεύεται* δια τῆς πε-
πεικίας υποθέσεως.

83 *ἐρρίπτειν ἐπὶ οἰκλιότεραν* etc. Vulg. *στὶ*, quod sensu caret,
cum Sylburgio in *ἐπὶ* mutandum putavi. Neque compositum
ἐρρίπτειν placeret, cum scriptor et antea in vbb. *ὡς ἐν παρέρῳ*
δ' αὐτὴν ἐρρίψεν verbo simplici usus fuerit et infra *ἐπὶ τέλει*
ἐρρίψεν eodem denovo utatur. Malim *ἐρρίπτειν*, quod culpa li-
brariorum in loca illa, ubi *ἐρρίψεν* leg. aberrantium facile in
ἐρρίπτειν abire potuit. Alia est Sylburgii sententia haec no-
tantis: „cum *ἐρρίπτειν* hic composite dicat, pro simplici *ἐρρί-
ψε* (locis laudatis) forsitan composite legendum *ἐνέρρηψε*, in-
iicit. Est autem *ἐρρίπτειν* ea compositionis forma hic factum,
„qua in Antiquitatibus Romae *ἐρρίπτειν* intueri, p. 249 v. 15.
„edit. H. ds.“ Male Cod. Cant. *ἐρρίπτειν*. Omnis enim stru-
cturae ratio infinitivum exigit.

τέχνην τίς ἐμιμήσατο, καὶ τίς ἐξηγήσατο; Πλάτων. ἐγκω-
μιον λέγει ἐν τῷ Συμπόσιῳ Ἀλκιβιάδης Σωκράτης. ἐπὶ τέ-
λει τῷ ἐγκωμίῳ λέγει πρὸς Ἀγάθωνα ὁ Ἀλκιβιάδης: „ὦρα
„τοῖνυν, ὦ Ἀγάθων, μὴ πάθῃς, ἕπερ οἱ πολλοί. ὁ γὰρ
„Σωκράτης ἔτος προσπίεῖται ἐραστῆς εἶναι· εἴτα ἐράμενος
„ἀναφαίνεται. μὴ ἔν καὶ σὺ τὸ αὐτὸ πάθῃς, ὅπερ καὶ πάν-
„τες πεπόνθασι.“ ἔτυχε δὲ ὁ Ἀλκιβιάδης ἐρῶν τῷ Ἀγά-
θωνος, καὶ ἐβγλετο ὑπὸ μηδενός ⁸⁵ ἄλλε αὐτὸν ἐράσθαι. καὶ
ἐπὶ τέλει ἐρύμφε τὴν (παραίτησιν) ⁸⁶ τὴν πρὸς Ἀγάθωνα,
ὡς ἐπὶ τῷ ἐγκωμίῳ λέγων. αὐτὸς ἐξηγεῖται ὁ Σωκράτης τὴν
τέχνην. „νῆφειν ⁸⁷ μοι δοκεῖς, ὦ Ἀλκιβιάδη. (δοκεῖ γὰρ
„μεθύειν ὁ Ἀλκιβιάδης.) ⁸⁸ εἰ γὰρ ἂν κομφῶς γε, φησὶ, τὸ
„Σατυρικὸν δράμα περιέβαλες, εἰ μὴ ἔνυφες. καὶ πάντα
„ταῦτα εἰρηκας ὑπὲρ τῷ διαβάλλειν ἐμὲ καὶ Ἀγάθωνα, ἵνα
„εἰγῶ

 dum fecerit. Vd. c. 8. §. 7. n. 102. Latinus interpres in his
 vertendis haud dubie Demosthenis locum accuratius inspexit,
 quum verba ita latine redderet: „Quid, cum habeamus, qui
 „se hostes faciunt, alios quaerimus?“ Eodem modo supra
 vbb. καὶ δὲ τα αὐτὰ εἶναι κεφαλὰς τῆς δυνάμεως in rhetoris
 nostri textu omissa versione expressit: „et (cum) eadem
 „oporteat esse capistrum capita.“ (κεφαλὰς dicc. ea, ad quae
 spectare debeat omnis δύναμις.) — Quae de consilio et
 nexu omnis ῥησιως a Wolfio ad Demosth. notata sunt, huc
 redeunt: non est, inquit orator, quod aliquis obiciat no-
 bis, metuendum esse, ne si paraverimus bellum contra re-
 gem Persarum gerendum, rex violatae pacis nos accuset,
 et consilia nostra antevertat: Licet enim profiteri, appa-
 ratum illum contra alios hostes fieri, cum non alia sit ratio
 vires opesque parandi bello contra Barbaros gerendo idoneae,
 quam eas, quae ad bellum cum Graecis gerendum requiruntur
 (ideoque rex minime possit ex ipso bellum parandi studio
 certo cognoscere, nos ipsi potissimum bellum esse illaturus

nondum bellum inferant regi, sed ante omnia copias contra eum parent. Illud enim: nondum, cohibet impetum quo ad regem oppugnandum ferebantur. Consilio autem de copiis instruendis proposito bellum Philippo inferendum praeparatur. Eiusmodi esse orationis artificium, profitentem audi ipsum Demosthenem his verbis: „quodsi alia esset opes parandi ratio, qua „Barbaris alia, qua Graecis propulsandis idonei redderemur, merito omnibus contra illum (Persarum regem) „instrui videremur. At cum omnis apparatus bellici curandi una sit eademque ratio, eam dico, ut hostes „propulsare liceat, sociis opem ferre et praesentia commoda servare; quid, quaeso, cum hostes confessos „habeamus alios quaerimus? Agite igitur, bellum „contra hos paremus, simul vero illum propulsemus, „si nos fuerit adortus.“ Quod occultum mentis consilium in alia oratione aperte sic enunciat: „video nos „Philippum quidem contemnere regem vero ut validum hostem pertimescere. Quodsi neque huic neque „illi bellum inferre voluerimus, quisnam tandem erit, „adversus quem copias instruamus?“

§. II.

ros.) Neque desunt, qui se aperte hostes profiteantur (contra quos iure meritoque palam liceat bellum parare) Sub illis *εχθροίς*, quos orator *εμολογούντας* appellaverat, Wolfius vel Thebanos vel insulares intelligendos existimat. Alia fuisse videtur rhetoris nostri sententia. Etenim cum huic loco mox aliam *ῥῆσιν* ex alia Demosth. orat. depromptam compararet (unde occultum oratoris consilium clarius eluceat) *ὁρῶ δ' ἡμᾶς Φιλίππου μὲν καταφρονούντας, βασιλέα δὲ ὡς ἰσχυρὸν ἑχθρὸν φοβούμενους*; omninoque ad nostrum potissimum locum provocet, probaturus artificium dicentis eo pertinuisse, ut animos Atheniensium ad bellum Philippo inferendum promptos paratosque redderet, dum illi suaderet, ut Persarum regem non prius bello invaderent, quam paratae fuissent copiae bello gerendo idoneae; videtur verba *τοὺς εμολογούντας* (s. *εμολογημένους*) *εχθροὺς* ita accepisse, quasi orator universae locutus Philippum obscurius innueret eosque Graecos, qui Phil. partibus faverent (profiteri licebit, nos contra alios, qui animum hostilem aperte profiteantur. Philippum, eiusque socios, bellum parare, Agite igitur, contra hos bellum nunc paremus. Simul vero illum, Persarum regem, propulsemus, si nos adortus fuerit.)

144 *ὁρῶ δ' ἡμᾶς* etc. Ignorare me fateor locum Demosthenis a rhetore laudatum. Pro *ἡμᾶς* cod. Colb. exh. *ὑμᾶς*. Item in ed Steph. *καταξώμεθα* pro vulg. *καταξόμεθα*.

ια. Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης ¹⁴⁵ δι' ὅλων λόγων διοικήσεως σχῆμα περαίνει. Πρῶτον δὲ δεῖξάμεν ἐν ὅλῳ δράματι ἐν μέρει τινὶ σχῆμα διοικεμενον. ἐν τῷ Αἰόλῳ ¹⁴⁶ ὁ Μακάρεὺς ἐστὶν ἐμὴ λήσα· τῇ ἀδελφῇ καὶ λαυθαύων, καὶ συμβηλεύων τῷ πατρὶ, τὰς ἀδελφὰς τῇς ἀδελφοῖς ¹⁴⁷ συνοικίσαι, ἵνα τὸ οἰκεῖον διοικήσῃται, καὶ ὅπως ἐσχηματίζεται ὁ λόγος· κοινῇ γνώμῃ καὶ συμβελῇ. ἡ Μελανίππη ¹⁴⁸ σοφῇ, τὸ δράμα Εὐριπίδου. ἐπιγέγραπται μὲν Σοφῇ, ὅτι Φιλόσοφει, ¹⁴⁹ καὶ διὰ τὸτο (τοιαύτης μητρὸς ἐστὶν, ἵνα μὴ ἀπίθανος ἢ ἡ φιλοσοφία. ἔχει δὲ διπλὸν σχῆμα, τὸ μὲν τῇ ποιητῇ· τὸ δὲ τῇ πρωτόπῃ τῇ ἐν τῷ δράματι, τῇς Μελανίππης. τὸ μὲν τῇ ποιητῇ τοιοῦδε· (τὸ δὲ τῇ πρωτόπῃ ¹⁵⁰ τοιούδε· Ἀναξαγόρα προτεφοίτησεν Εὐριπίδης. Ἀναξαγόρας δὲ λόγος ἐστὶν, ὅτι „Πάντα ἐν πᾶσι (ἦν) ¹⁵¹ εἶτα ὕστερον διεκρίθη.“ μετὰ ταῦτα ὠμίλησε καὶ Σωκράτης, καὶ ἐπὶ τὸ εὐπορώτερον ¹⁵² ἤγαγε τὸν λόγον· ὁμολογεῖ ἐν τῇν διδασκαλίᾳ τὴν ἀρχαίαν διὰ τῇς Μελανίππης.

Καὶ ἐν ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα,
Ὡς ἑρμῆς τε γαῖα τ' ἦν μορφή μία.

ἔτω

§. 11.

¹⁴⁵ Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης — διοικεμενον. Hancce codd. lectionem exhibendam putavi pro ea, quae vulgo in edd. expressa probabilem sententiam nullam admittit: Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης δι' ὅλων λόγων διοικήσεως σχῆμα περαίνει ἐν ὅλῳ δράματι, ἐν μέρει τινὶ σχῆμα διοικεμενον.

¹⁴⁶ ἐν τῷ Αἰόλῳ etc. Fragmentum huius fabulae deperditae vd. apud Valguenarium in diatr. Eurip. p. 146. 47.

Macareus, filius Aeoli, Thessaliae regis, et Enaretas, rem habuisse narratur cum Canace sorore, quae, quum filium peperisset, a patre interficeretur. vd. Hygini fab. 238. coll. fab. 242.

¹⁴⁷ συνοικίσαι ἵνα etc. Lect. συνοικίσαι (ut nuptum daret sorores fratribus) quam Wolfius et Sylburgius coniectura adsecuti fuerant, e codd. Colb. et Cant. recepi pro vulg. συνοικῆσαι (quod notionem habet intransitivam una versandi, s. habitandi, soletque inprimis de coniugibus dici). Omnis enim orationis structura verbum activae notionis potius requirit.

¹⁴⁸ ἡ Μελανίππη σοφῇ etc. Examinatum et pertractatum hunc locum legimus c. 8. §. 10.

¹⁴⁹ καὶ διὰ τοῦτο etc. Haud parum haereo in vulgari lectione: καὶ διὰ τοῦτο τοιαύτης μητρὸς ἐστὶν, ἵνα μὴ ἀπίθανος ἢ ἡ φιλοσοφία. (i. e. propterea talem habet matrem Melanippe, ne improbable videri possit, quod philosophetur) Etenim quantum memini, non constat, matrem Melanippes sapientia excelluisse. E versione latini interpr. „et propterea matris ipsius sermo dicitur, ne absurda videatur ipsa philosophia“ conicio eum talem fere lectionem esse sequutum:

§. 11. Verum Euripides quoque integros sermones figurae ope pertractat. Ante omnia vero docebimus, eum quodammodo per integram fabulam tali tractationis artificio uti. In fabula: Aeolus, inscripta, inducitur Macareus, qui clam cum ipsius sorore rem habet, et (quod cupit, effecturus) patri suadet, ut sorores fratribus nuptum det. Ita oratio figura utitur, dum communis sententia et consilium profertur. Alia eiusdem fabula: Melanippe sapiens inscribitur sapiens, quoniam illa (Melanippe philosophatur, unde sermo, quo utitur, non ipsius, sed matris sermo dicitur, ne improbabiliiter philosophari videatur. Continet autem duplicem figuram, aliam poëtae, aliam personae, quae in fabula loquens inducitur, Melanippes. Illius quae ad poëtam pertinet figurae haec est ratio. Versatus fuerat Euripides cum Anaxagora, cuius hoc erat decretum: „omnia olim cum omnibus coniunctissima fuisse postea „esse secreta.“ At, cum in Socratis familiaritatem venisset, verior sententiam amplexus est. Veterem igitur disciplinam per Menalippen his verbis profitetur: „Non hic meus sed matris est sermo meae, coeli, terraeque olim unam fuisse formam.“

Tali

καὶ διὰ τοῦτο τῆς αὐτῆς μητρὸς ἐστὶν ὁ λόγος κ. ὁ μῦθος, ἵνα μὴ etc. quam a vero non abstrahere puto. Sic ad matrem, unde acceperit id, quod profert Melanippe (vd. infra: εὐκταμος ο μῦθος etc.) non ideo provocare dicitur, quod illa sapientia excelluerit, sed, quod omnino probabilius sit, virginem a matre (aetate proveciori) edoctam philosophari, quam sponte eam talia proferre. Quaeri tamen recte poterit, num omnino mulieris sit, tali demonstratione qualem h. l. Melanippe adhibeat, tali consilio uti? Recte, opinor, inter exempla του ἀρεσποῦς καὶ μη ἀρμοττοῦτος locum illum retulit Aristoteles in arte poet. c. 15.

150 (το δε του προσωπου τοιονδε.) Nemo facile mirabitur, quod omnem hanc orationem h. l. vulgo ineptissime collocatam uncinis includendam putaverim. Originem haud dubie debet errori librariorum, qui in illa superiora: το μεν του ποιητου το δε του προσωπου etc. aberrarent.

151 πάντα εν πασιν (ἤν.) Addidi ἤν, quod sensus requirebat, cum Valquenatio. Vd. c. 8. §. 10. n. 152.

152 ἐν το ευρωτερων etc ευρωτερων (aptius i. q. rationi magis consentaneum) edidi e cod. reg. I pro eo, quod vulgo inepte legebatur ἀρωτερων. Animi sententiam ad veriora ducere = verior sententiam amplecti. Vd. c. 8. §. 10. κριττονος λογου μετασχωιν. Male cod. Cant. εισήγαγεν τὸν λόγον.

ἔτω μὲν ὁ ποιητὴς σχηματίζει τὸ αὐτὸ· ἡ δὲ Μελανίππη (ἐπλήθη) ¹⁵³ μὲν ὑπὸ τῆ Προσειῶνος, γέγονε δὲ ταύτῃ παιδία· ἐξέθηκε δ' αὐτὰ εἰς τὰ τῆ πατρὸς βαφύρβια. ὁ δὲ πατὴρ ἠγαῖται ἐκ βοῶς εἶναι, καὶ ὥς τέρας βάλεται κατακαύσαι. βοηθεῖσα αὕτη ἡ Μελανίππη ἀποφαίνεσθαι πειράται, ὅτι τέρας ἔδ' ἐν εἶναι. ¹⁵⁴ ἔτω τὸ δράμα ὅλον ἐσχηματίζετο· καὶ ἅμα διδάσκει ἡμᾶς Εὐριπίδης, ὅτι τὸν σχηματίζοντα ἐγγυτάτῃ δεῖ εἶναι τῷ λῦσαι τὸ σχῆμα ¹⁵⁵ μετὰ τῆς ἀσφαλείας τῷ σχήματος. περιερχομένη γὰρ πάσας αἰτίας τῷ σῶσαι τὰ παῖδια, λέγει· „εἰ ¹⁵⁶ δὲ παρθένος Φθαρῖσα ἐξέθηκε τὰ παῖδια, καὶ φοβημένη τὸν πατέρα, σὺ Φόνον δράσεις;“ ὥς καὶ ¹⁵⁷ τὸ αὐτῆς πρᾶγμα λέγει ἐν σχήματι συμβελῆς.

ιβ'. Ἀλλὰ καὶ πάλιν ὁ Πανηγυρικός Ἰσοκράτης τοιῶτόν τι βιβλίον ἐστὶ καὶ ὁ πρὸς Φίλιππον ¹⁵⁸ (Ἰσοκράτης) καὶ ὁ περὶ τῆς ἀντιδόσεως. ¹⁵⁹ ἐν γὰρ τοῖς τρισὶ τέτοις βιβλίοις ἐγκώμια διέρχεται· τὸ μὲν Ἀθηναίων· τὸ δὲ Φιλίππου. ¹⁶⁰ τὸ δ' αὐτῶν. ἀλλὰ τοῖς μὲν Ἀθηναίων ἐγκωμίοις καὶ τοῖς Φιλίππου συμβελὴν ὑποθέμενος ¹⁶¹ τὸ εὐκταπὲς τῷ ἐγκωμίῳ ἐπρχματεύετο, καὶ πεποιήται ὥσπερ πάρεργον συμβελῆς τὸ ἐγκώμιον· τὸ δ' ἐστὶν ἔργον ¹⁶² τὸ ἐγκώμιον· πάρεργον δὲ ἡ συμβελή.

153 (ἐπλήθη) μὲν etc. Ita pro vulg. ἐπαυθῆ, Valquenariorum sudente, edidi. Vd. c. 8. §. 10. n. 158.

154 οὕτω το δράμα etc. Cod. Cant. οὕτως το δράμα etc.

155 μετὰ τῆς ἀσφαλείας etc. Qui ita dicit, ut, quae mente agitur, et obscurius innuat, vere intelligantur ab audientibus, iisque persuadeantur, neque tamen consilio excidit, quo σχηματι, usua fuerat, (cavendi, ne quo modo offendantur et dicenti succenseant audientes) is λυσι το σχημα μετὰ ἀσφαλείας. At, quomodo haec in nostrum locum cadant, me non perspicere ingenue fateor. Minime enim potuit ad consilium Melanippes pertinere, ostendere patri (quod dissimulaverat) liberos expositos esse ipsius liberos.

156 εἰ δὲ παρθένος etc. Perperam haec vulgo ita in textu exhibitae esse, quasi ipsius tantum poetae verba continerent, (vidimus supra c. 8. §. 10. n. 158).

157 καὶ τὸ αὐτῆς πρᾶγμα etc. αὐτῆς scribendum (putavi pro vulg. ταύτῃς, ut supra: οὕτω μὲν ὁ ποιητὴς σχηματίζει τὸ αὐτοῦ.

§. 12.

158 καὶ ὁ πρὸς Φίλιππον etc. Res ipsa ostendit, ita legendum esse pro vulg. καὶ ὁ Φίλιππος. Neque minus facile me omnes in eo adsentientes habiturum puto, quod seq. Ἰσοκράτους (uncinis inclusum) perperam ex antecedd. repetitum existimem.

159 καὶ ὁ περὶ τῆς ἀντιδόσεως, ἀντιδόσεις, permutatio fortunarum de eo dicebatur, qui, cum tributum aliquod vel munus publicum inpositum (quale erat trierarchia aut choragia) propterea esset detrectaturus, quod ipsius facultates exsuperaret,

Tali figura poëta efficit, quod effici vult. Melanippe autem gravis facta a Neptuno liberos pepererat, quos inter patris armenta exponeret. Pater vero illos e bove conceptos ratus tanquam monstra comburi voluit. Quibus opem latura Melanippe ostendere studet, nulla omnino esse monstra. Sic per omnem fere fabulam figura adhibetur simulque nos docet Euripides, debere eum, qui figura utatur, ab eadem sine omni periculo solvenda proxime abesse. Melanippe enim, dum omnes causas, cur liberos servari oporteat, persequitur, hæc dicit: „at si quæ virgo corrupta liberos exposuit, patrem metuens, tunc caedem patrabis?“ Sic suasionis figura adhibenda innuit adeo, quod ipsi evenerat.

§. 3. Ad idem genus porro pertinent Isocratis Panegyricus, eiusdemque oratio ad Philippum habita, et ea quæ de facultatum permutatione agit. Nam in hisce tribus libellis Atheniensium, Philippi, ipsiusque laudes persequitur. Et Atheniensium quidem ac Philippi laudationi dum suasionem subiecit, laudationi decorum conciliavit, eandemque velut additamentum suasionis tractavit, cum laudatio potius primum esset orationis argumentum, suasio additamentum. Suarum vero

alium ditiozem, quem præteritum putabat, nominabat, eumque vel munus illud suscipere, vel, si detractaret, facultates cum ipso permutare iubebat. Vd. Cl. Wolfii prolegom. ad Demost. orat. Leptin. p. 123. 24. — Ad eiusmodi ἀντιδοσιν Isocrates a Lysimachio quodam vocatus quum se defensurus esset scribenda orat. περὶ τῆς ἀντιδοσεως non poterat non simul ea proferre quæ ad ipsius laudem pertinerent.

160 τὸ δ' αὐτοῦ. Ineptè vulgo: τὸ δ' ἐξ αὐτοῦ. Cod. reg. I. εἰς δ' αὐτοῦ. „Quod (Hudsonus ait) indubiam facit conjecturam, Sylburgii legentis τῆς δ' αὐτοῦ, ut mox (ἐγκωμίων αὐτοῦ ἡγήσῃ, λησὶ γράψαι) cuiusmodi erratum supra quoque notatum (c. 7, §. 3. n. 33.)“ Edidi ob antecedd. τὸ δ' αὐτοῦ (vulgari lect. magis accommodatum) cum non viderem, quo Sylburg. τῆς δ' αὐτοῦ posset referri.

161 συμβουλὴν ὑποθέμενος etc. In Isocratis Panegyrico c. 1. non longe ab initio hæc legimus: ἡκὼ συμβουλεύσων περὶ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους, καὶ τῆς οἰκονομίας τῆς πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦς. In altera ad Philippum habita oratione suadet regi, qui cum Atheniensibus in gratiam redierat, ut, compositis civitatum Graecarum dissidiis internis, Persarum regi bellum inferat.

162 τὸ δ' εἶναι ἔργον τοῦ ἐγκωμίου. Sylburgius: „in ed. Steph. τὸ δ' coniunctim: errore manifesto, ut supra (c. 8. §. 12. n. 191.)“ Recte. Miror tamen, quod gravius mendum ferri potuerit, quod in vulg. lect. τῶν ἐγκωμίων inesset.

βελή. αὐτῷ δ' ἔδωκεν ἐπάλειψιν ἀφορμὴν, ἐν ἀνάγκῃ ἀπολογίας πρὸς τὰ κατηγορημένα. τὸτο καὶ Δημοσθένους ¹⁶⁴ ἐν τῇ περὶ τῆς σεφάνης ἐπραγματεύσατο. ἐγκώμιον ¹⁶⁵ αὐτῇ ἠθέλησε γράψαι, καὶ τὴν ἀπολογίαν προετάξατο· τὸτο καὶ Πλάτων πεποίηκεν ἐν τῇ Ἀπολογίᾳ τῇ Σωκράτους ¹⁶⁶, ἐγκώμιον βεβούλευτο γράψαι ἐν ἀπολογίᾳ σχήματι. τὸτο καὶ Ξενοφῶν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύματιν· αἷς γὰρ ἀπολογέμενος ὑπὲρ Σωκράτους, ἐγκώμιον Σωκράτους ¹⁶⁷ περαίνει· ἔργον δ' αὐτοῖς ἐστὶ, καὶ πολλὰς ὑποθέσεις οὐκ συμπλέκειν. ἡ γὰρ τοι ¹⁶⁸ ἀπολογία Σωκράτους, καὶ Πλάτωνος ἀπολογία ἐστὶ, καὶ Ξενοφῶντος ἀπολογία ἐστὶ καὶ ὁ περὶ τῆς σεφάνης τέσσαρας ὑποθέσεις ἔχει, καὶ ἀπολογία ἐστὶ, καὶ κατηγορία, καὶ ἐγκώμιον Δημοσθένους ¹⁶⁹, καὶ ὁποῖον εἴηκε δαίμων τὸν πολιτικὸν ἄνδρα. καὶ Ξενοφῶν δὲ ¹⁷⁰ ὁμολογῶν ἐγκώμιον Ἀγησίλαου εἶρεῖν, ¹⁷¹ λέγει ἐν ἰσορίας λόγῳ τὸ σχῆμα ποιεῖμενος. καὶ παρὰ τῷ ¹⁷² Ξενοφῶντι πάλιν ἐν τῇ Παιδείᾳ καὶ τῇ Ἀναβάσει ¹⁷³ εὐρήσεται ἐσχηματισμένους λόγους ¹⁷⁴. βέλεται γὰρ (ἐν τῇ Παιδείᾳ ὁ Κύρος) τὰς δημό-
τας

163 αὐτῷ δ' ἔδωκεν etc. Cum oratio περὶ ἀντιδόσεως (qua se ipse laudaverit Isocrates) Panegyrico et orationi ad Philip-pum habitae opponatur (quippe quae in aliorum laude versarentur) patet pro vulg. αὐτῷ non posse non αὐτῷ scribi, quod accuratius significet propriae laudis noticiam: sibi ipse se laudandi opportunitatem paravit, quae versaretur in defensionis necessitate, (ut ἔδωκεν — ἐν ἀνάγκῃ fere eodem modo dicatur, quo supra §. 7. τοὺς συγγραφὰς εἶναι ἐν βασιλευσὶ ζητήσεως). — Quanquam negari nequit, in orationibus illis Isocrateis laudem iungi suasioni, aequae tamen in promptu est, coniunctionem illam ipsi rei naturae potius deberi, quam consilio oratoris artificii ope aliquid dissimulandi.

164 τοῦτο καὶ Δημοσθένους etc. Vd. de exemplis e Demosthene et Platone petitis c. 18. §. 8.

165 ἐγκώμιον αὐτοῦ. Male codd. reg. 1. et Colb. αὐτοῦ.

166 τοῦ Σωκράτους. Desiderantur haec in codd. mss. possuntque, salva reliqua oratione, omitti, cum facile sponte intelligatur, cuiusnam apologiam innuat. Legimus tamen supra quoque c. 8. §. 8. ἡ Σωκράτους ἀπολογία.

167 περαίνει. Sylburgius: „perperam in ed. Steph. παραινέει. „Nostrum περαίνει cum alibi sic usurpatum est, tum c. 8. §. 7. „(n. 112.) et §. 12. (non longe ab in.) atque paul. „lo supra c. 9. §. 12. (non longe ab in.) pro eodem usurpatum „πραγματεύεσθαι.“

168 ἡ γὰρ τοι ἀπολογία — καὶ — Ξενοφῶντος ἀπολογία ἐστὶ. Omnis huius loci vulgaris lectio (aliis omissis, aliis perperam repetitis) ita est depravata, ut neque intelligi ullo modo queat, neque sine meliorum codd. ope satis probabili modo emendari. Ex antecedd. ἔργον δ' αὐτοῖς ἐστὶ, καὶ πολλὰς ὑποθέσεις οὐκ συμπλέκειν, ubi rhetor significabat, scriptores, quorum antea mentionem iniecerit, (Demosthenem (in ora-

vero laudum praedicandarum occasionem petiit e defensionis contra inimicorum calumnias necessitate. Eadem in re elaboravit Demosthenes in oratione de corona, qui cum semet ipse laudare vellet, defensionem praemisit. Idem fecit Plato in Apologia Socratis defensionis specie obtinenda laudationem scripturus. Idem Xenophon in memorabilibus, ubi, dum defendere videtur Socratem, eiusdem laudationem exhibet. Consilium vero illorum in eo versatur, ut multa adeo argumenta sibi invicem connectant. Etenim Socratis apologia — Eodem modo Demosthenis orationis de corona quatuor sunt consilia. Est enim partim defensio, partim disputatio, quae doceat, qualem esse oporteat virum civilem. Item Xenophon, dum profitetur, se Agesilai laudes esse praedicaturum, historiam enarrando figura utitur. Apud eundem porro in Cyri institutione et expeditione orationes figuratas inveniatis. Cyrus enim in Cyropaedia, hoc effecturus, ut militibus gre-

tione (de corona) Platonem (in Apologia Socratis) et Xenophontem (in memorabilibus) non duo tantum argumenta (συγκριμον et απολογιαν) sed plura etiam (πολλας υποθ.) sibi invicem iunxisse, colligi potest, sententiam loci depravati fere huc rediisse, ut Plato et Xenophon non modo defensionem et laudationem Socratis scripsisse, sed ibidem etiam Athenienses accusasse et imaginem Philosophi perfecti exhibuisse dicerentur. Vd. c. 3. §. 3.

169 Kai οποιον etc. Post kai excidit forsitan: παραγγελμα.

170 Quae h.l. de locis Xenophontis ex Agesilao, Cyropaedia, et Expeditione Cyri depromptis dicantur, minime posse ad eundem auctorem referri, cui antecedd. debeamus, in prolegomenis (ubi de cap. 8 et 9. separatim disputabamus,) inde probavimus, quod rhetor §. 6. ex. id tantum significaret, se exempla esse prolaturum ex orationibus deliberativis, indicialibus, panegyricis, dialogisque petita. Ipsa nominis repetitio otiosa (και Ξενοφων δε — και παρα τω Ξενοφωντι etc.) haud obscurum est interpolamentorum vestigium.

171 Αγγελιαου ερειν Veram lect. ερειν unus cod. Cant. servavit. Vulg. ευρειν sensu caret. — Patet, innui notissimum Xenophontis librum: Agesilaus, inscriptum.

172 Kai παρα τω Ξενοφωντι etc. Vd. c. 3. §. 11.

173 Ευρησεται σχηματισμενους λογους. ευρησεται pro vulg. ευρησεται (quod sequentibus: σχημα λογους minime congruit) Sylburgio suadente edidi, cuius verba haec sunt: „ευρησεις legendum vel potius ευρησετε, ut hae τεχνης praeceptiones in frequenti auditorum coetu expositae intelligantur (sicut infra quoque in postremo capite ait: ως ουν εμοι δοκει, Θρασω προς υμας) uni autem prae ceteris dilecto Echecrati sint inscri-

τας τὰ ἴσα ὄπλα λαμβάνειν τοῖς ὁμοτίμοις (καὶ) ἐκατέρωε διαλέγεται εὐκρεπῶς τοῖς μὲν, ὡς τιμῶν αὐτάς· τοῖς δὲ, ὡς συναγωνισάσθαι καὶ συσχολασάσθαι (καὶ ἀγωνίζεσθαι καὶ τὸ ἐκατέρωε ἔτοιμοι διοικεῖται. καὶ ἐν τῇ Ἀναβάσει ¹⁷⁵ ὁ Κλέαρχος ἐστὶ, — τῶν στρατιωτῶν ὑποπτεινύτων τὴν ἀνάβασιν τὴν Κύρε, καὶ μὴ ¹⁷⁶ βυλομένων ἀναβαίνειν, ἀλλὰ δεικνύντων τὰ ἀπορα. (καὶ ἐν τῷ περὶ παρακροσβελας ¹⁷⁷ (ὁ Δημοσθένης) ἄλλα προτείνει, καὶ ἄλλα συγκατασκευάζει.) ἔτι γὰρ ἡ τέχνη τῶν ἐσχηματισμένων λόγων μάλιστ' αὕτη, τὸ ἄλλαις κατασκευαῖς συμπλέκειν τὰ ὅμοια· ὅπερ παρ' ὁμήρου καὶ Θουκυδίδης ¹⁷⁸ ἐν τῷ Ἐπιταφίᾳ· δημηγορῶν γὰρ καὶ παρακαλῶν Ἀθηναῖες ἐπὶ τῶν πόλεμον ¹⁷⁹, συνέταξε τῷ ἐπιταφίᾳ καὶ φάλαγγι τῇ παραίνεσι. ἐγνώμιον ἐστὶν ἀπὸ τῆς γένεος ἡ παράκλησις ἀπὸ τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς. ἐγνώμιον ἐστὶν ἐκ παραβολῆς ἡ παράκλησις ἐκ τῆς παραβαλεῖν τὰ τῶν ἐναντίων, καὶ τὰς δυνάμεις ἐκατέρας τῆς πόλεως

γ. Οὕτω ¹⁸⁰ κινδυνεύει, ὅπερ ὑπεστησάμεθα ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων (ἀποδείξαι), τοσῶτον ἀποδεῖν ἀληθὲς εἶναι τὸ μὴ εἶναι

ptae." Quae ne quis obstare existimet iis, quae antea de interpolamentis monuerim (patet enim, Sylburgium ab eorum patribus stare, qui omnem hanc technam ad unum eundemque auctorem referant) addere liceat, fieri omnino potuisse, ut rhetor, qui et huius et aliorum forsitan interpolamentorum auctor existeret, scribendo ad plures sermonem converteret, cum ipse disputationem περὶ λόγων ἐσχηματισμένων cap. 9. comprehensam in publica institutione tractaret-
¹⁷⁴ Βουλῆται γὰρ (ἐν τῇ Παιδείᾳ ὁ Κύρεος) etc. Verba: ἐν τῇ Παιδείᾳ ὁ Κύρεος ἐκ vulgari textu perperam excidisse probavi c. 8. §. 11. n. 165. Ibidem de reliquis huius l. mendis dictum est. Addere liceat, voc. καὶ ante τοῖς ὁμοτίμοις omnino retineri posse, si Accusativo casu legas τοὺς ὁμοτίμους, ut in loco Thucyd. l. I. ἀλλὰ τὸν ἐς ἴσον τὰ ἔργα ἀμείως, καὶ τοὺς λόγους πρὶν διαγωνίζεσθαι, κατὰ τὸν νόμον

¹⁷⁵ Καὶ ἐν τῇ Ἀναβάσει ὁ Κλέαρχος ἐστὶ etc. Hudsonus ad h. l. ὑποσχόμενος post ἐστὶ, aut simile quodpiam participium desiderari existimat Sylb. Verba alia nonnulla excidisse suspicor, ut licet colligere ἐκ c. 8. §. 11." (Desideratur commemoratio eorum, quae dixerit Clearchus militibus ulterius se processuros negantibus.)

¹⁷⁶ Καὶ μὴ βυλομένων ἀναβαίνειν etc. Vocab. ἀναβαίνειν quod vulgo deest, addidi ἐκ cod. reg. 1,

¹⁷⁷ Καὶ ἐν τῷ περὶ παρακροσβελας etc. Vd. c. 8. §. 5. Addidi post παρακροσβ., verba ἐκ Δημοσθένους vulgo perperam ommissa. Eodem modo post συγκατασκευάζει plura excidisse puto, quibus consilium orationis Demosth. breviter exponeretur.

In iis, quae ab hoc loco usque ad finem leguntur, nova obveniunt, eaque haud obscura interpolamentorum vestigia. Facile enim quemvis lectorem offendet, quod h. l. iterum

gregariis eadem, quae nobilioribus, arma tribuantur, ad utramque partem decenter verba facit ad illos quidem (nobiliores) ita, ut reverentiam significet, ad hos vero, velut ad commilitones et socios. Ita, quae utrique parti grata sint, perficere studet. In expeditione autem Clearchus, cum milites Cyri expeditionem suspectam habentes progredi nollent, sed de difficultatibus (itineris) conquererentur, — (Demosthenes in oratione de legatione male administrata alia obtendit, alia simul efficere studet.) Artificium quippe orationum (figuratarum maxime in eo versatur, ut, quae nos dicendo efficere velimus, aliorum argumentorum tractationi connectantur. Quod Thucydides quoque in laudatione funebri praestitit. Etenim dum concione publica Athenienses ad virtutem bellicam cohortatus est iunxit cohortationi primaria laudationis funebbris capita. Laudatio solet a genere peti; cohortatio a maiorum virtute. Laudatio a comparatione ducitur: cohortatio inde, quod statum nostrae civitatis illius, quacum bellum geritur, conditioni comparemus, et utriusque civitatis opes inter se conferamus.

§. 13. Sic videtur profecto (quod initio disputationis me probaturum promiseram) tantum abesse, ut recte

exemplum e Demosthene, de quo supra dictum fuerat, peti- tum adferatur, interpositis locis Xenophonteis. Quod autem confestim sequitur exemplum Thucydidis *λογου επιτάφιου* cum antecedenti male nectitur verbis: *οτι γαρ η τεχνη — οικεια* cum partim omnis illa sententia; h. l. minime sit necessaria, partim causa idonea non appareat, cur, ut illa probaretur, praeter reliqua exempla sat multa iam allata Thucydidis *λογος επιταφιος* commemoratus fuerit. In promptu est, rhetorem quandam, aliumve lectorem, qui memor esset capitis 8. §. 9. (ubi Thucydidis exemplum adferretur) idem hoc loco inserere et cum antecedentibus aliquo modo nectere studuisse.

178 vd. notata ad c. 8. §. 9.

179 *εγκώμιον εστιν απο του γενους η παρακλησις* etc. Haec vulgo male ita legebantur: *εγκώμιον εστιν η παρακλησις απο του γενους, απο της των προγονων αρετης. εγκώμιον εστιν εκ παραβολης η παρακλησις, εκ του παραβαλειν* etc. Emendationem meam, quam in textum recepi, et re ipsa commendari puto, et loco c. 8. §. 9. *ει ουν προτροποντες εις τους πολεμους — εναντιων αποδεικνυται*. Post vbb. *τα των εναντιων* excidisse videtur: *τοις των οικειων* s. *και τα των οικειων*.

§. 13.

180 *ευτω κινδυνευει, οταρ υπεστησαμεθα* etc. Vd. §. 1 — Quod in seqq. post *ταρουντεν* vulgo additur *αποδειξαι* neque structo-

εἶναι τι ἐσχηματισμένον, ὥστε τὸ ἐναντίον ¹⁸¹ αὐτῷ ἐδείξαι λό-
 γος ἀσχημάτιστος· καὶ πάλιν ¹⁸² ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆ
 λέγε, ὃν ἐξ ἀρχῆς ὑπεθέμεθα, ὅτι, τῷ ἀγῶνος ὄντος τῷ ῥή-
 τори διπλῆ, τῷ πράγματος, καὶ τῷ ἡθους τῷ κρατύντος, ἡ
 περὶ τῶν ἡθῶν διοικήσεις αἰεὶ ἐσχηματισμένους τὰς λόγους ἔχει.
 (πολλὰ ¹⁸³ σχήματα παρ' Ὀμήρῳ, κάμπολλα καὶ ἐν ἄλλοις
 ὑποθέσειν, ἄλλα διοικόμενα.) ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς ¹⁸⁴ Βρισηίδος
 λόγος ἐκ ἀσχημάτιστος, ὅτε ἤκουσα παρὰ τῷ Ἀγαμέμνονος θα-
 σαμένη ¹⁸⁵ τὸν Πάτροκλον καίμενον, ἐπιτίπτει τῷ σώματι,
 καὶ θρηνεῖ Πάτροκλον. καὶ διστάει ὁ ἀκροατὴς, ὅτι Πάτροκλον
 θρηνεῖ· ἐνδείκνυται δὲ ὅτι ποιητὴς ¹⁸⁶ σοφίαν γυναικὸς ἐν ἀκμῇ
 καιρῷ ἐπαιτέσης τὰς (τῷ θανόντος) ὑποσχέσεις, καὶ διὰ τὸτο
 θρη-

tas convenit, neque sensum praebebat commodum. Recte vi-
 dit Sylburgius, legendum esse ἀποδεῖν, pro quo §. 1. dicere-
 tur ἀπεχεῖ. Attamen cum antec. ὑπεστήσαμεθα omnino tale
 verbum (quale est ἀποδεῖξαι) requirat, malim illud non om-
 nino delere, sed post λόγων inserere. Similitudo vocabulo-
 rum facile poterat errori ansam praebere.

¹⁸¹ τὸ ἐναντίον αὐτοῦ. Abundat αὐτῷ. Vd. §. 1. ubi simpliciter
 diceb. ὥστε τοῦναντίον.

¹⁸² καὶ πάλιν ἐπανέλθωμεν etc. Legi inde ab hoc loco usque
 ad finem cap. observata alius cuiusdam rhetoris (diversi ab
 auctore antecedd.) in prolegomenis, ubi de c. 8 et 9. dispu-
 tatum, cum ex aliis argumentis, tum inde probare studui-
 mus, quod locus, ad quem verbis: καὶ πάλιν etc. provocetur,
 neque hoc c. 9. neque in priori omnis libelli parte depre-
 hendatur. Ad ipsam sententiam, qua duo potissimum oratori
 spectanda dicuntur, partim rei ipsius, partim indolis (et di-
 centis, et audientium, eorumque, de quibus agitur) tra-
 ctatio et significatio (vd. de ηθῆς nott. ad c. 10. §. 1.) confer
 c. 11. §. 3. Quod vero existimat rhetor, eam tractationem,
 quae ad τὸ ηθος pertineat, semper in σχηματισμῷ versari, id
 exemplis potest illustrari c. 9. §. 1. prolatis; ubi videmus,
 quoniam iure nulla omnino esse oratio ἀσχημάτιστος dicere-
 tur. — Ceterum pro vulg. ἦν ἐξ ἀρχῆς etc. edidi: ὃν ἐξ α.
 (sc. λόγων) quum minime dici posset ἀρχὴν τοῦ λόγου ἐξ
 ἀρχῆς ὑποθεσθαι.

¹⁸³ πολλὰ σχήματα παρ' Ὀμήρῳ etc. In vulgari loci flect.
 omnia post ὑποθέσειν positum omnem orationem
 turbat, quae rectius procedet, si ita legatur: πολλὰ σχήματα
 παρ' Ὀμήρῳ, καὶ κάμπολλα ἐν ἄλλοις ὑποθ. ἄλλα διοικ. ita ut
 σχήματα universa sit omnium figurarum appellatio, quae
 praesentis disputationis causa) mox accuratius definitur
 verbis: καὶ κάμπολλα etc. hoc sensu: cum multas alias apud
 Homerum figuras deprehendere licet, tum permulta exempla
 illius figuratum generis, quo dicentes argumentis aliis pro-
 positis, alia efficere student.

¹⁸⁴ ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς Βρισηίδος etc. Vd. Il. l. 19. v. 287. sqq. —
 Quam parum necessaria fuerit h. l. omnis huius orationis

recte dicatur in orationibus nihil esse figurati, ut potius nulla plane oratio sit expers figurae. Liceat iam ad initium eius disputationis redire, quam primam instituimus. Etenim cum duplex sit oratori certamen, alterum, quod ipso orationis argumento, alterum, quod indole, cuius sint primariae partes, perficiatur, eum tractandi modum, qui ad indolem pertineat, nunquam figurato sermone carere statuimus. Licet cum aliarum multarum figurarum, tum illius generis, quod argumentis aliis propositis, alia tractando efficere studet, exempla sat multa apud Homërum deprehendere. Ipsa quippé Briseidis oratio, quae, discedens ab Agamemnone, conspecto Patrocli cadaveri incumbit mortuumque luget, non expers est figurae. Existimat quidem auditor, eam nonnisi hoc agere, ut Patroclum deploraret. Verum enimvero exhibet poëta exemplum sapientiae mulieris in ipso temporis discrimine ea efflagitantis, quae mortuus ipsam sperare iusserat, ideoque deploratio-

pertractatio, tot aliis exemplis iam allatis, in prolegomn. (l. l.) obiter monuimus.

185. *Θεασαμένη* etc. Nescio quid Sylburgium moverit, ut rectius *Θεασομένη* (spectatura) scribi putaret. Bene se habet vulg. *Θεασαμένη*, si modo coniungatur cum seq. *ἐπιπτεῖ*. —

Patroclo interfecto, quum Achilles in gratiam rediisset cum Agamemnone, et Graecos denuo fortitudine sua iuvare constituisset, Briseis cum aliis muneribus reddita Achilli. 186. *εὐδεικνύται δὲ ὁ ποιητής — ὑποσχέσεις*. Recte vidit Sylburgius, legendum esse τοῦ θανόντος ὑποσχέσεις (promissa a mortuo sc. Patroclo data Briseidi) pro eo quod vulgo absque sensu idoneo exh. τῆς γυναῖκος ὑποσχ. perperam enato ex antecedd. σέφειαν γυναῖκος etc. Patroclus (vd. v. 299. sqq.) Briseidem ab Achille captam et marito privatam eo consolatus fuerat, quod ei spem faceret, fore, ut Achilles eam coniugem futuram secum in patriam reducat. Iam cum reddita Achilli nihil amplius obstare intelligeret, quo minus rata fierent promissa, utebatur (e mente rhetoris nostri, v. 299. sqq. hac idonea occasione in mentem revocandi Achilli, quae ipsa sperare iussa fuerit. Propterea dicitur *ἐπαίρειν* (quod h. l. non differt a simpl. *αἰτεῖν*) *ἐν ἀκμῇ καίρου*, in ipso quasi temporis discrimine, quo talia dicere maxime iuvaret. Fateor tamen, me in hac omni Briseidis oratione nullam deprehendere σέφειαν, nisi eam, cuius fons exstiterit ipsa natura. Etenim cum Briseis funus adspiceret viri, qui olim tristemet ac sollicitam blando alloquio et consolatione sibi conciliaverat; quid prius graviusque animum ferire potuit, quam illorum temporum recordatio?

ἔτω μὲν ὁ ποιητὴς σχηματίζει τὸ αὐτὸ· ἡ δὲ Μελανίππη (ἐ-
πλήθη) ¹⁵³ μὲν ὑπὸ τῷ Ποσειδῶνος, γέγονε δὲ ταύτῃ παι-
δίᾳ· ἐξέθηκε δ' αὐτὰ εἰς τὰ τῷ πατρὸς βαφύρβια. ὁ δὲ πατὴρ
ἠγασται ἐκ βοῶς εἶναι, καὶ ὡς τέρας βέλτεται κατακαῦσαι. βοη-
θεύσα αὐτῇ ἡ Μελανίππη ἀποφαίνεσθαι πειρᾶται, ὅτι τέρας
ἔδῃ ἐσιν. ¹⁵⁴ ἔτω τὸ δράμα ὅλον ἐσχημάτισαι· καὶ ἅμα δι-
δάσκει ἡμᾶς Εὐριπίδης, ὅτι τὸν σχηματίζοντα ἐγγυτάτῃ δεῖ
εἶναι τῷ λῦσαι τὸ σχῆμα ¹⁵⁵ μετὰ τῆς ἀσφαλείας τῷ σχήματος.
περιερχομένη γὰρ πάσας αἰτίας τῷ σῶσαι τὰ παιδιά, λέγει·
„εἰ ¹⁵⁶ δὲ παρθένος φθαρθεῖσα ἐξέθηκε τὰ παιδιά, καὶ φοβε-
μένη τὸν πατέρα, σὺ φόνον δράσεις;“ ὥς καὶ ¹⁵⁷ τὸ αὐτῆς
πράγμα λέγει ἐν σχήματι συμβελῆς.

ιβ'. Ἀλλὰ καὶ πάλιν ὁ Πανηγυρικός Ἰσοκράτης τοιούτον
τι βιβλίον ἐστὶ καὶ ὁ πρὸς Φίλιππον ¹⁵⁸ (Ἰσοκράτης) καὶ ὁ πε-
ρὶ τῆς ἀντιδόσεως. ¹⁵⁹ ἐν γὰρ τοῖς τρισὶ τέτοις βιβλίοις ἐγ-
κώμια διέρχεται· τὸ μὲν Ἀθηναίων· τὸ δὲ Φιλίππου. ¹⁶⁰ τὸ
δ' αὐτῷ. ἀλλὰ τοῖς μὲν Ἀθηναίων ἐγκώμοις καὶ τοῖς Φιλίπ-
που συμβελῆν ὑποθέμενος ¹⁶¹ τὸ εὐκρεπὲς τῷ ἐγκώμῳ ἐπραγ-
ματεύτατο, καὶ πεποιήται ὥσπερ πάρεργον συμβελῆς τὸ ἐγ-
κώμιον· τὸ δ' ἐστὶν ἔργον ¹⁶² τὸ ἐγκώμιον· πάρεργον δὲ ἡ συμ-
βελῆ.

153 (ἐπλήθη) μὲν etc. Ita pro vulg. ἐπαυδέουσα, Valquenariorum
suadente, edidi. Vd. c. 8. §. 10. n. 158.

154 οὕτω τὸ δράμα etc. Cod. Cant. οὕτως τὸ δράμα etc.

155 μετὰ τῆς ἀσφαλείας etc. Qui ita dicit, ut, quae mente
agitur, et obscurius innuat, vere intelligantur ab audien-
tibus, iisque persuadeantur, neque tamen consilio excidit,
quo σχηματι usua fuerat, (cavendi, ne quo modo offendan-
tur et dicenti succenseant audientes) is lyri το σχημα μετὰ ἀσ-
φαλείας. At, quomodo haec in nostrum locum cadant, me
non perspicere ingenue fateor. Minime enim potuit ad con-
siliū Melanippes pertinere, ostendere patri (quod dissimula-
verat) liberos expositos esse ipsius liberos.

156 εἰ δὲ παρθένος etc. Perperam haec vulgo ita in textu exhi-
bita esse, quasi ipsius tantum poetae verba continerent, (vi-
dimus supra c. 8. §. 10. n. 158).

157 καὶ τὸ αὐτῆς πρᾶγμα etc. αὐτῆς scribendum (putavi pro
vulg. αὐτῆς, ut supra: οὕτω μὲν ὁ ποιητὴς σχηματίζει τὸ αὐτοῦ.
§. 12.

158 καὶ ὁ πρὸς Φίλιππον etc. Res ipsa ostendit, ita legendum
esse pro vulg. καὶ ὁ Φίλιππος. Neque minus facile me omnes
in eo adscientes habiturum puto, quod seq. Ἰσοκράτους
(uncinis inclusum) perperam ex antecedd. repetitum existi-
mem.

159 καὶ ὁ περὶ τῆς ἀντιδόσεως. ἀντιδόσεις, permutatio fortunarum
de eo dicebatur, qui, cum tributum aliquod vel munus pu-
blicum inpositum (quale erat trierarchia aut choragia) prop-
terea esset detrectaturus, quod ipsius facultates exsuperaret,

Tali figura poëta efficit, quod effici vult. Melanippe autem gravida facta a Neptuno liberos pepererat, quos inter patris armenta exponeret. Pater vero illos e bove conceptos ratus tanquam monstra comburi voluit. Quibus opem latura Melanippe ostendere studet, nulla omnino esse monstra. Sic per omnem fere fabulam figura adhibetur simulque nos docet Euripides, debere eum, qui figura utatur, ab eadem sine omni periculo solvenda proxime abesse. Melanippè enim, dum omnes causas, cur liberos servari oporteat, persequitur, hæc dicit: „at si quæ virgo corrupta liberos exposuit, patrem metuens, tunc caedem patrabis?“ Sic suasionis figura adhibenda innuit adeo, quod ipsi evenerat.

§. 2. Ad idem genus porro pertinent Isocratis Panegyricus, eiusdemque oratio ad Philippum habita, et ea quæ de facultatum permutatione agit. Nam in hisce tribus libellis Atheniensium, Philippi, ipsiusque laudes persequitur. Et Atheniensium quidem ac Philippi laudationi dum suasionem subiecit, laudationi decorum conciliavit, eandemque velut additamentum suasionis tractavit, cum laudatio potius primarium esset orationis argumentum, suasio additamentum. Suarum
verò

alium ditiozem, quem præteritum putabat, nominabat, eumque vel munus illud suscipere, vel, si detrectaret, facultates cum ipso permutare iubebat, Vd. Cl. Wolfii prolegom. ad Demost. orat. Leptin. p. 123. 24. — Ad eiusmodi *αντιδοσιν* Isocrates a Lysimachio quodam vocatus quum se defensurus esset scribenda orat. *περι της αντιδοσεως* non poterat non simul ea proferre quæ ad ipsius laudem pertinerent.

160 τὸ δ' αὐτοῦ. Inepit vulgo: τὸ δ' ἐξ αὐτοῦ. Cod. reg. I. ἐξ δ' αὐτοῦ. „Quod (Hudsonus ait) indubiam facit coniecturam „Sylburgii legis tῆς δ' αὐτοῦ, ut mox (ἐγκώμιον αὐτοῦ ἦεν „λησὲ γράψαι) cuiusmodi erratum supra quoque notatum (c. 7, §. 3. n. 33.)“ Edidi ob antecedd. τὸ δ' αὐτοῦ (vulgari lect. magis accommodatum) cum non viderem, quo Sylburg. tῆς δ' αὐτοῦ posset referri.

161 συμβουλήν υποθέμενος etc. In Isocratis Panegyrico c. i. non longe ab initio hæc legimus: ἤκω συμβουλεύσων περὶ τοῦ πολιμίου τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους, καὶ τῆς οἰκονομίας τῆς πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦς. In altera ad Philippum habita oratione suadet regi, qui cum Atheniensibus in gratiam redierat, ut, compositis civitatum Græcarum dissidiis internis, Persarum regi bellum inferat.

162 τὸ δ' ἐστὶν ἔργον τοῦ ἐγκωμίου. Sylburgius: „in ed. Steph. τὸ δ' coniunctim: errore manifesto, ut supra (c. 8. §. 12. n. 191.)“ Recto. Miror tamen, quod gravius mendam ferri potuerit, quod in vulg. lect. τῶν ἐγκωμίων inesset.

βελή. αὐτῷ δ' ἔδωκεν ἐπαίμω ἀφορμὴν, ἐν ἀνάγκῃ ἀπολογίας
πρὸς τὰ κατηγορημένα. τὸτο καὶ Δημοσθένης ¹⁶⁴ ἐν τῇ περὶ
τῆ σεφάνης ἐπραγματεύσατο. ἐγκώμιον ¹⁶⁵ αὐτῇ ἠθέλησε γρά-
ψαι, καὶ τὴν ἀπολογίαν προετάξατο· τὸτο καὶ Πλάτων πε-
ποίηκεν ἐν τῇ Ἀπολογίᾳ τῷ Σωκράτους ¹⁶⁶, ἐγκώμιον βαλόμε-
νος γράψαι ἐν ἀπολογίᾳ σχήματι. τὸτο καὶ Ξενοφῶν ἐν τοῖς
Ἀπομνημονεύματιν· αἷς γὰρ ἀπολογέμενος ὑπὲρ Σωκράτους,
ἐγκώμιον Σωκράτους ¹⁶⁷ παραίνει· ἔργον δ' αὐτοῖς ἐστὶ, καὶ
πολλὰς ὑποθέσεις ὁμῶς συμπλέκειν. ἡ γέ τοι ¹⁶⁸ ἀπολογία Σω-
κράτους, καὶ Πλάτωνος ἀπολογία ἐστὶ, καὶ Ξενοφῶντος ἀπο-
λογία ἐστὶ καὶ ὁ περὶ τῆ σεφάνης τέσσαρας ὑποθέσεις ἔχει,
καὶ ἀπολογία ἐστὶ, καὶ κατηγορία, καὶ ἐγκώμιον Δημοσθένους ¹⁶⁹,
καὶ ὁποῖον εἴηκε δαῖ τὸν πολιτικὸν ἄνδρα. καὶ Ξενοφῶν δὲ ¹⁷⁰,
ὁμολογῶν ἐγκώμιον Ἀγησilaῆς εἶρῃν, ¹⁷¹ λέγει ἐν ἰσορίας λόγῳ
τὸ σχῆμα ποιεῖμενος. καὶ παρὰ τῷ ¹⁷² Ξενοφῶντι πάλιν ἐν
τῇ Παιδείᾳ καὶ τῇ Ἀναβάσει ¹⁷³ εὐρήσεται ἐσχηματισμένους
λόγους ¹⁷⁴. βέλεται γὰρ (ἐν τῇ Παιδείᾳ ὁ Κύριος) τὰς δημό-
τας

¹⁶³ αὐτῷ δ' ἔδωκεν etc. Cum oratio περὶ αντιδόσεως (qua se ipse laudaverit Isocrates) Panegyrico et orationi ad Philip-
pum habitae opponitur (quippe quae in aliorum laude versa-
rentur) patet pro vulg. αὐτῷ non posse non αὐτῷ scribi, quod
accuratius significet propriae laudis noticiam: sibi ipse se
laudandi opportunitatem paravit, quae versaretur in defensi-
onis necessitate, (ut ἔδωκεν — ἐν ἀνάγκῃ fere eodem modo di-
catur, quo supra §. 7. το συμπλέκειν ἔχειν ἐν βαθυτητι ζητήσεως).
— Quanquam negari nequit, in orationibus illis Isocrateis
laudem iungi suasioni, aequae tamen in promptu est, con-
iunctionem illam ipsi rei naturae potius deberi, quam con-
silio oratoris artificii ope aliquid dissimulandi.

¹⁶⁴ τοῦτο καὶ Δημοσθένης etc. Vd. de exemplis e Demosthene
et Platone petitis c. 18. §. 8.

¹⁶⁵ ἐγκώμιον αὐτοῦ. Male codd. reg. 1. et Colb. αὐτοῦ.

¹⁶⁶ τοῦ Σωκράτους. Desiderantur haec in codd. mss. possunt
quo, salva reliqua oratione, omitti, cum facile sponte intel-
ligatur, cuiusnam apologiam innuat. Legimus tamen supra
quoque c. 8. §. 8. ἡ Σωκράτους ἀπολογία.

¹⁶⁷ παραίνει. Sylburgius: „perperam in ed. Steph. παραίνει.
„Nostrum παραίνει cum alibi sic usurpatum est, tum c. 8. §. 7.
„(n. 112.) et. §. 12. (non longe ab in.) atque paul-
„lo supra c. 9. §. 12. (non longe ab in.) pro eodem usurpatum
„πραγματεύσθαι.“

¹⁶⁸ ἡ γέ τοι ἀπολογία — καὶ — Ξενοφῶντος ἀπολογία ἐστὶ. Omnis
huius loci vulgaris lectio (aliis omissis, aliis perperam re-
petitis) ita est depravata, ut neque intelligi ullo modo
queat, neque sine meliorum codd. ope satis probabili modo
emendari. Ex antecedd. ἔργον δ' αὐτοῖς ἐστὶ, καὶ πολλὰς
ὑποθέσεις ὁμοῦ συμπλέκειν, ubi rhetor significabat, scriptores,
quorum antea mentionem iniecerit, (Demosthenem (in ora-

vero laudum praedicandarum occasionem petiit e defensionis contra inimicorum calumnias necessitate. Eadem in re elaboravit Demosthenes in oratione de corona, qui cum semet ipse laudare vellet, defensionem praemisit. Idem fecit Plato in Apologia Socratis defensionis specie obtinenda laudationem scripturus. Idem Xenophon in memorabilibus, ubi, dum defendere videtur Socratem, eiusdem laudationem exhibet. Consilium vero illorum in eo versatur, ut multa adeo argumenta sibi invicem connectant. Etenim Socratis apologia — Eodem modo Demosthenis orationis de corona quatuor sunt consilia. Est enim partim defensio, partim disputatio, quae doceat, qualem esse oporteat virum civilem. Item Xenophon, dum profitetur, se Agesilai laudes esse praedicaturum, historiam enarrando figura utitur. Apud eundem porro in Cyri institutione et expeditione orationes figuratas invenietis. Cyrus enim in Cyropaedia, hoc effecturus, ut militibus gre-

tione (de corona) Platonem (in Apologia Socratis) et Xenophontem (in memorabilibus) non duo tantum argumenta (συγκρισιμὸν et ἀπολογίαν) sed plura etiam (πολλὰς ὑποθ.) sibi invicem iunxisse, colligi potest, sententiam loci depravati fere huc rediisse, ut Plato et Xenophon non modo defensionem et laudationem Socratis scripsisse, sed ibidem etiam Athenienses accusasse et imaginem Philosophi perfecti exhibuisse dicerentur. Vd. c. 3. §. 3.

169 Καὶ οὐσίον etc. Post καὶ excidit forsitan: παραγγέλμα.

170 Quae h. l. de locis Xenophontis ex Agesilao, Cyropaedia, et Expeditione Cyri depromptis dicantur, minime posse ad eundem auctorem referri, cui antecedd. debeamus, in prolegomenis (ubi de cap. 8 et 9. separatim disputabamus,) inde probavimus, quod rhetor §. 6. ex. id tantum significaret, se exempla esse prolaturum ex orationibus deliberativis, iudicialibus, panegyricis, dialogisque petita. Ipsa nominis repetitio otiosa (καὶ Ξενοφῶντος δὲ — καὶ παρὰ τῷ Ξενοφῶντι etc.) haud obscurum est interpolamentorum vestigium.

171 Ἀγχιλαου εἶναι Veram lect. εἶναι unus cod. Cant. servavit. Vulg. εὐρεῖν sensu caret. — Patet, innui notissimum Xenophontis librum: Agesilaus, inscriptum.

172 Καὶ παρὰ τῷ Ξενοφῶντι etc. Vd. c. 3. §. 11.

173 Εὐρησεται, σχηματισμένους λόγους. εὐρησεται pro vulg. εὐρήσεται (quod sequentibus: σχημ. λόγους minime congruit) Sylburgio suadente edidi, cuius verba haec sunt: «εὐρήσεις legendum vel potius εὐρήσεται, ut hae τέχνης praeceptiones in frequenti auditorum coetu expositae intelligantur (sicut infra quoque in postremo capite ait: ὥς οὖν ἐμοὶ δοκεῖ, Φράσω πρὸς ὑμᾶς) uni autem prae ceteris dilecto Echecrati sint inscri-

τας τὰ ἴσα ὅπλα λαμβάνειν τοῖς ὁμοτίμοις (καὶ) ἐκατέρω
 διαλέγεται ἐν πρῶτῳ τοῖς μὲν, ὡς τιμῶν αὐτὰς τοῖς δὲ, ὡς
 συναγωνισαῖ· καὶ συσχολασταῖς (καὶ ἀγωνιζόμενοι· καὶ τὸ ἐκα-
 τέρων ἔτω διοικεῖται. καὶ ἐν τῇ Ἀναβάσει ¹⁷⁵ ὁ Κλέαρχος ἐστὶ,
 — τῶν στρατιωτῶν ὑποπτευόντων τὴν ἀνάβασιν τὴν Κύρου,
 καὶ μὴ ¹⁷⁶ βουλευμένων ἀναβαίνειν, ἀλλὰ δεικνύντων τὰ ἀπο-
 ρα. (καὶ ἐν τῷ περὶ παραπρσβείας ¹⁷⁷ (ὁ Δημοσθένης) ἄλλα
 προτείνει, καὶ ἄλλα συγκατασκευάζει.) ἔστι γὰρ ἡ τέχνη τῶν
 ἐσχηματισμένων λόγων μάλιστα αὕτη, τὸ ἄλλαις κατασκευαῖς
 συμπλέκειν τὰ ὁμοῖα· ὅπερ πέποιθε καὶ Θεκυδίδης ¹⁷⁸ ἐν τῷ
 Ἐπιταφίᾳ. δημηγορῶν γὰρ καὶ παρακαλῶν Ἀθηναῖες ἐπὶ τὸν
 πόλεμον ¹⁷⁹, συνέταξε τὰ ἐπιταφίᾳ κεφάλαια τῇ παραινέσει.
 ἐγκωμίων ἐσιν ἀπὸ τῶ γενεῶς ἡ παράκλησις ἀπὸ τῆς τῶν προ-
 γόνων ἀρετῆς. ἐγκωμίων ἐσιν ἐκ παραβολῆς ἡ παράκλησις ἐκ
 τῶ παραβαλεῖν τὰ τῶν ἐναντίων, καὶ τῶς δυνάμεις ἐκατέρας
 τῆς πόλεως

γ. Οὕτω ¹⁸⁰ κινδυνεύει, ὅπερ ὑπεσησάμεθα ἐν ἀρχῇ
 τῶν λόγων (ἀποδείξαι), τοσῶτον ἀποδεῖν ἀληθὲς εἶναι τὸ μὴ
 εἶναι

ptae." Quae ne quis obstare existimet iis, quae antea de in-
 terpolamentis monuerim (patet enim, Sylburgium ab
 eorum patribus stare, qui omnem hanc technam ad unum eun-
 demque auctorem referant) addere liceat, fieri omnino po-
 tuisse, ut rhetor, qui et huius et aliorum forsan interpola-
 mentorum auctor existeret, scribendo ad plures sermonem
 converteret, cum ipse disputationem per λόγων ἐσχηματισ-
 μένων cap. 9. comprehensam in publica institutione tractaret.

¹⁷⁴ Βουλευται γὰρ (ἐν τῇ Παιδείᾳ ὁ Κύρος) etc. Verba: ἐν τῇ
 Παιδείᾳ ὁ Κύρος ἐ vulgari textu perperam excidisse probavi
 c. 8. §. 11. n. 165. Ibidem de reliquis huiusl. mendis dictum
 est. Addere liceat, voc. καὶ ante τοῖς ὁμοτίμοις omnino re-
 tineri posse, si Accusativo casu legas τοὺς ὁμοτίμους, ut in
 loco Thucyd. l. i. ἀλλὰ τὸν ἐς ἴσον τὰ ἔργα ὁμοίως, καὶ τοὺς
 λόγους πρὶν διαγωνίζεσθαι, καθιστάντα

¹⁷⁵ Καὶ ἐν τῇ Ἀναβάσει ὁ Κλέαρχος ἐστὶ etc. Hudsonus ad h. l.
 „ὑποσχόμενος post ἐστὶ, aut simile quodpiam participium de-
 siderari existimat Sylb. Verba alia nonnulla excidisse suspi-
 cor, ut licet colligere c. 8. §. 11." (Desideratur comme-
 moratio eorum, quae dixerit Clearchus militibus ulterius
 se processuros negantibus.)

¹⁷⁶ Καὶ μὴ βουλευμένων ἀναβαίνειν etc. Vocab. ἀναβαίνειν quod
 vulgò deest, addidi e cod. reg. i.

¹⁷⁷ Καὶ ἐν τῷ περὶ παραπρσβείας etc. Vd. c. 8. §. 5. Addidi
 post παραπρσβ., verba ἐ Δημοσθένος vulgò perperam omissa.

Eodem modo post συγκατασκευάζει plura excidisse puto, qui-
 bus consilium orationis Demosth. breviter exponeretur.
 In iis, quae ab hoc loco usque ad finem leguntur, nova ob-
 veniunt, eaque haud obscura interpolamentorum vestigia.
 Facile enim quemvis lectorem offendet, quod h. l. iterum

gregariis eadem, quae nobilioribus, arma tribuantur, ad utramque partem decenter verba facit ad illos quidem (nobiliores) ita, ut reverentiam significet, ad hos vero, velut ad commilitones et socios. Ita, quae utrique parti grata sint, perficere studet. In expeditione autem Clearchus, cum milites Cyri expeditionem suspectam habentes progredi nollent, sed de difficultatibus (itineris) conquererentur, — (Demosthenes in oratione de legatione male administrata alia obtendit, alia simul efficere studet.) Artificium quippe orationum (figuratarum maxime in eo versatur, ut, quae nos dicendo efficere velimus, aliorum argumentorum tractationi connectantur. Quod Thucydides quoque in laudatione funebri praestitit. Etenim dum concione publica Athenienses ad virtutem bellicam cohortatus est iunxit cohortationi primaria laudationis funebbris capita. Laudatio solet a genere peti; cohortatio a maiorum virtute. Laudatio a comparatione ducitur: cohortatio inde, quod statum nostrae civitatis illius, quacum bellum geritur, conditioni comparemus, et utriusque civitatis opes inter se conferamus.

§. 13. Sic videtur profecto (quod initio disputationis me probaturum promiseram) tantum abesse, ut recte

exemplum e Demosthene, de quo supra dictum fuerat, peti- tum adferatur, interpositis locis Xenophonteis. Quod au- tem confessum sequitur exemplum Thucydidis λόγος επιτάφιου cum antecedenti male nectitur verbis: *ἔστι γὰρ ἡ τεχνη — οὐκ αἰεὶ* cum partim omnis illa sententia; h. l. minime sit necessa- ria, partim causa idonea non appareat, cur, ut illa probare- tur, praeter reliqua exempla sat multa iam allata Thucydi- dis λόγος επιτάφιος commemoratus fuerit. In promptu est, rhe- torem quendam, aliumve lectorem, qui memor esset capituli 8. §. 9. (ubi Thucydides exemplum adferretur) idem hoc loco inserere et cum antecedentibus aliquo modo nectere studuisse.

178 vd. notata ad c. 8. §. 9.

179 ἐγκώμιον ἐστὶν ἀπὸ τοῦ γενούς· ἡ παρακλήσις etc. Haec vulgo male ita legebantur: ἐγκώμιον ἐστὶν ἡ παρακλήσις ἀπὸ τοῦ γε- νούς, ἀπὸ τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς. ἐγκώμιον ἐστὶν ἐκ παραβολῆς ἡ παρακλήσις, ἐκ τοῦ παραβαλεῖν etc. Emendationem meam, quam in textum recepi, et re ipsa commendari puto, et loco c. 8. §. 9. οἱ οὖν προτρέποντες εἰς τοὺς πολέμους — ἐναντίων ἀποδείκνυται. Post vbb. τὰ τῶν ἐναντίων excidisse videtur: τοῖς τῶν οἰκείων s. καὶ τὰ τῶν οἰκείων.

§. 13.

180 αὐτῷ κινδυνεύει, ὅταν ὑπέστησάμεθα etc. Vd. §. 1 — Quod in seqq. post τοσούτων vulgo additur ἀποδείξει: neque structu-

εἶναι τι ἀσχηματισμένον, ὥς τὸ ἐναντίον¹⁸¹ αὐτῷ, ἐδίδας λό-
 γος ἀσχηματιστός· καὶ πάλιν¹⁸² ἐπανελέσθωμεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆ
 λέγε, ὅν ἐξ ἀρχῆς ὑπέθεμεθα, ὅτι, τῷ ἀγῶνος ὄντος τῷ ῥή-
 τορι διπλῆ, τῷ πράγματι, καὶ τῷ ἡθὺς τῷ κρατύντος, ἡ
 περὶ τῶν ἡθῶν διοικήσις αἰεὶ ἀσχηματισμένως τὰς λόγους ἔχει.
 (πολλὰ¹⁸³ σχήματα παρ' Ὀμήρῳ, καὶ πολλὰ καὶ ἐν ἄλλοις
 ὑποθέσασιν, ἄλλα διοικώμενα.) ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς¹⁸⁴ Βρισηίδος
 λόγος ἦν ἀσχηματιστός, ὅτε ἤκουσα παρὰ τῷ Ἀγαμέμνονος θεα-
 σαμένη¹⁸⁵ τὸν Πάτροκλον καίμενον, ἐκίπτεται τῷ σώματι,
 καὶ θρηγεί Πάτροκλον. καὶ διστάει ὁ ἀκροατής, ὅτι Πάτροκλον
 θρηγεί· ἐνδείκνυται δὲ ὁ ποιητής¹⁸⁶ σοφίαν γυναικὸς ἐν ἀκμῇ
 καιρῷ ἐπαιτήσης τὰς (τῷ θανόντος) ὑποσχέσεις, καὶ διὰ τὸτο
 θρηγ-

rae convenit, neque sensum praebet commodum. Recte vi-
 dit Sylburgius, legendum esse ἀποδεῖν, pro quo §. 1. dicere-
 tur ἀπεχεῖ. Attamen cum antec. ὑπεστήσαμεθα omnino tale
 verbum (quale est ἀποδεῖσαι) requiratur, malim illud non om-
 nino delere, sed post λόγων inserere. Similitudo vocabulo-
 rum facile poterat errori ansam praebere.

181 τὸ ἐναντίον αὐτῷ. Abundat αὐτῷ. Vd. §. 1. ubi simpliciter
 diceb. ὡς τὸ ἐναντίον.

182 καὶ πάλιν ἐπανελέσθωμεν etc. Legi inde ab hoc loco usque
 ad finem cap. observata alius cuiusdam rhetoris (diversi ab
 auctore antecedd.) in prolegomenis, ubi de c. 8 et 9. dispu-
 tatum, cum ex aliis argumentis, tum inde probare studui-
 mus, quod locus, ad quem verbis: καὶ πάλιν etc. provocetur,
 neque hoc c. 9. neque in priori omnis libelli parte depre-
 hendatur. Ad ipsam sententiam, qua duo potissimum oratori
 spectanda dicuntur, partim rei ipsius, partim indolis (et di-
 centis, et audientium, eorumque, de quibus agitur) tra-
 ctatio et significatio (vd. de ἡθῇ nott. ad c. 10. §. 1.) confer
 c. 11. §. 3. Quod vero existimat rhetor, eam tractationem,
 quae ad τὸ ἡθὺς pertineat, semper in ἀσχηματισμῷ versari, id
 exemplis potest illustrari c. 9. §. 1. prolatis; ubi videmus,
 quoniam iure nulla omnino esse oratio ἀσχηματιστός dicere-
 tur. — Ceterum pro vulg. ἢν ἐξ ἀρχῆς etc. edidi: ὅν ἐξ α.
 (sc. λόγον) quum minime dici posset ἀρχὴν τοῦ λόγου ἐξ
 ἀρχῆς ὑποθέσθαι.

183 πολλὰ σχήματα παρ' Ὀμήρῳ etc. In vulgari loci electi,
 comma post ὑποθέσιν positum omnem orationem
 turbat, quae rectius procedet, si ita legatur: πολλὰ σχήματα
 παρ' Ὀμήρῳ, καὶ καμπόλλα· ἐν ἄλλοις ὑποθ. ἄλλα διοικ. ita ut
 σχήματα universa sit omnium figurarum appellatio, quae
 (praesentis disputationis causa) mox accuratius definiatur
 verbis: καὶ καμπόλλα etc. hoc sensu: cum multas alias apud
 Homerum figuras deprehendere licet, tum permulta exempla
 illius figurarum generis, quo dicentes argumentis aliis pro-
 positis, alia efficere student.

184 ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς Βρισηίδος etc. Vd. Il. l. 19. v. 287. sqq. —
 Quam parum necessaria fuerit h. l. omnis huius orationis

recte dicatur in orationibus nihil esse figurati, ut potius nulla plane oratio sit expers figurae. Liceat iam ad initium eius disputationis redire, quam primam instituimus. Etenim cum duplex sit oratori certamen, alterum, quod ipso orationis argumento, alterum, quod indole, cuius sint primariae partes, perficiatur, eum tractandi modum, qui ad indolem pertineat, nunquam figurato sermone carere statuimus. Licet cum aliarum multarum figurarum, tum illius generis, quod argumentis aliis propositis, alia tractando efficere studet, exempla sat multa apud Homerum deprehendere. Ipsa quippé Briseidis oratio, quae, discedens ab Agamemnone, conspecto Patrocli cadaveri incumbit mortuumque luget, non expers est figurae. Existimat quidem auditor, cum nonnisi hoc agere, ut Patroclum deploraret. Verum enimvero exhibet poeta exemplum sapientiae mulieris in ipso temporis discrimine ea efflagitantis, quae mortuus ipsam sperare iusserat, ideoque deploratio-

pertractatio, tot aliis exemplis iam allatis, in prolegomm. (l. l.) obiter monuimus.

185. *Θεασαμένη* etc. Nescio quid Sylburgium moverit, ut rectius *Θεασομένη* (spectatura) scribi putaret. Bene se habet vulg. *Θεασαμένη*, si modo coniungatur cum seq. *επιπτεῖ*. —

Patroclo interfecto, quum Achilles in gratiam rediisset, cum Agamemnone, et Graecos denovo fortitudine sua iuvare constituiisset, Briseis cum aliis muneribus reddita Achilli.

230 *εἰ οὐ τῆς εὐπρεπείας* Post *οὐ* subint. *μένον*, ut in illa formula: *μη οὔτι* — *ἀλλὰ καί*, de qua vd. Vigerus l. l. T. I. ed. H. p. 458.

231 *τῆς ἐν ἤρεσι συντομίας*. Int. brevitatis (vd. Ernesti in lex. techn. Gr. rh. sub v. *συντομὴ*) quae in necessitate adhibetur (ubi necessitas dicentem urget.)

232 *τῶν γὰρ πάντων* — *παράκειται*. Post *πάντων* excidisse puto *σχημάτων*; cum antec. *εσχηματισμένων λόγων* propter sequens Neutrum *ταῦτα* subiutelligi nequeat. — Ad sententiam ipsam cfr. §. 5. *καὶ τηρεῖται* οὔτι ἐν κινδύνοις οἱ σχηματισμοὶ εὐρισκονται. — *ὅσων μὲν ἡ ἤρεσι* etc. Omnis haec enunciatio obscuritate quadam praeiungitur, cuius causa partim electione deprae-

μὲν) ἡ χρεῖα παραδίδωσι, ταῦτα ὁ καιρὸς παραιτεῖται, διδάσκει δὲ τὸτο ἐν τοῖς Ἑρμῆ λόγοις πρὸς Πρίαμον Ὁμηρος²³³ τῶτον γὰρ Ἑρμῆς, ὥσπερ διδάσκαλος ὢν, παιδεύει, πῶς χρὴ ἐντυχεῖν Ἀχιλλεῖ, καὶ παραδίδωσι τὰς μεθόδους τῆς ἱκετείας.

²³⁵ Τύνη δ' εἰσελθὼν λάβε γένατα Πηλεΐωνος,
Καὶ μιν ὑπὲρ πατρός καὶ μητέρος ἡνιόμοιο
Δίσσω, καὶ τέκεος, ἵνα οἱ σὺν θυμὸν ὀρίνης.

καὶ πάντας τὰς ἀριθμῶς ¹³⁶ τῆς ἱκετείας παραλαμβάνει, τὸ γένος τῶ Ἀχιλλεύως, ²³⁷ πατρός, μητρός, υἱῶ. ταῦτα μνησθὼν ὁ γέρων, οἷδε τέχνην ²³⁸ (κατὰ) τέχνας προσελθὼν γὰρ τῷ Ἀχιλλεῖ, τῶ (γενεῖ) ²³⁹ ἐπιλαμβάνεται, καὶ λέγει.

²⁴⁰ Μνησται πατρός σεῖο, θεοῖς ἐπισκέλ' Ἀχιλλεῦ.

καὶ ἔτε τῶ παιδὸς μέμνηται, ἔτε τῆς μητρός, ἀλλὰ τῶν προγόνων.

vata, partim ex ipsius orationis ambiguitate quadam petenda videtur. Exemplum in seqq. allatum docet, de oratore agi, qui, etsi plura possit proferre, quae universae spectata consilii propositi ratio omnino requirere videatur, tamen ideo unum modo aut pauca eligit, quod consilio ipsius quam brevissimo temporis spatio satisfieri oporteat. Quodsi pro eorum μιν, quae omnino non habent, quo referantur, scribas ὅσα μὴν (ut μὴν h. l. vices gerat praepositionis δὲ vd. Vigerus l. l. ed.) H. T. I. p. 422, omnis loci: τῶν γὰρ πάντων — παραιτεῖται sententia hoc modo constitui poterit: Omnium sane ὁ σχηματῶν usus est necessarius; verum haud raro temporis ratio repudiat (quin preferantur impedit) quae necessitas rei perficiendae tradit (requirere videtur.) Obstare quidem huic explicationi videtur, quod sub finem sectionis causa, cur Priamus plures supplicandi rationes a Mercurio ipsi traditas non adhibuerit, in ipsa χρεῖα τοῦ παιδὸς (desiderio filii) versari dicitur. Verum si sumas, scriptorem h. l. paullulum ambiguae esse locutum (id quod ab omni quae in his commentariis regnat, eloquutionis indole non abhorret); poterit recte voc. χρεῖα nostro loco (in vbb. ὅσα μὴν ἡ χρεῖα παραδίδωσι) ad solam rei perficiendae necessitatem per se spectatam, infra (ex §.) ad necessitatem rei quam citissime perficiendae (qua temporis ratio comprehenditur) referri. Obscurius reddidit vbb. latinus interpres: „rerum enim omnium usus: quantum autem quandoque concedit usus, tantum tempestivitas re-„gusat.“

²³³ ἐν τοῖς Ἑρμού λόγοις etc. Mercurius Priamum corpus Hectoris filii Achillis manu occisi ab eodem redempturum, quomodo viam sibi ad Achillis animum flectendum parare debeat, edocet, Il. l. 24. v. 460 - 467.

²³⁴ πῶς χρὴ ἐντυχεῖν etc. Male in edd. Ald. Steph. et Cod. Cant. ἐντυχεῖν leg. — ἐντυγχάνειν τινι saepe dicuntur, qui aliquid adeunt, de re quadam cum eo acturi, ut Ael. varr. hist. l. 21.

iubet, ea (interdum) temporis ratio repudiat. Docet id Homerus oratione Mercurii ad Priamum habita. Hunc enim Mercurius. magistri instar, edocet, quomodo Achillem precibus adire debeat, ac plures tradit supplicandi rationes:

„Tu vero ingressus prehende genua [Pelei] filii, eumque per patrem et matrem, coma pulcra ornatam, filiumque supplex ora, ut ei animum commoveas.“

percipitque (Priamus) omnes supplicandi rationes quae ad familiam Achillis, patrem, matrem, filium pertinerent. Quibus perspectis, senex artem ex arte cognovit. Accedit enim ad Achillem, et, genua amplexus haec dicit:

„Recordare patris tui, Diis similis Achilles.“

et neque filii, neque matris, sed maiorum tantum mentione-

235 τυνη δ' εισελθων etc. τυνη forma Dorica pro: συ. συνορνειν θυμον = animum commovere, flectere.

236 αριθμοῦς της οικείας. αριθμοί h. l. singulas rei partes significat, quo sensu hand raro lat. numeri adhibetur (ubi aliquid omnibus numeris absolutum dicitur.). Simil. infra c. ii. §. ult. γίνεται δε τούτο εν τοις αριθμοῖς, οἱς εἰκομεν, τοις ἑπτα. εἴτα η γυνή μετρω καὶ ἀσφαλεία ἐπὶ τῶν τριῶν ἀριθμῶν. — παραλαμβάνει scil. Priamus. Voc παραλαμβάνειν solet de iis dici, quibus aliquid traditur, inprimis ita, ut τῷ παραδιδεναι opponatur, Cfr. Krausii nota ad Pauli epist. I. ad Corinth. c. II. v. 2 et 23.

237 το γένος του Ἀχιλλεύς etc. Non video, quid sibi velint Genitivi πατρός, μητρός, υἱόν. Scribendum puto casu Accusativo; πατέρα, μητέρα, υἱόν, ita ut haec vbb. pariter quam το γένος παραλαμβάνει pendant. το γένος explicari additis: πατέρα etc docent versus Homericici antea allati.

238 τέχνην (κατὰ) τέχνας. Quum praepos κατὰ h. l. vix intelligi queat malim (suadente Cl. Hermann) τέχνην ἐν τέχναις, ut sententia prodeat a latino int. expressa: „artem ex arte cognovit“ i. e. ex iis, quibus Mercurius eum uti iusserat, artificijs, eam potissimum cognovit artem, quae sibi nunc maxime esset adhibenda (unius patris mentionem fieri debere.)

239 του γένειου. Recte vidit Stephanus, vulg. lect. γένειου (barbae s. menti) ferri non posse, scribendumque γένους s. γονάτων, ut apud Homerum Il. I. 24. v. 465. et 478.

240 μνησθαι πατρός etc. Il. I. l. v. 485. — Omnis Priami oratio cum egregie sit ad animum movendum composita, frequens eius mentio iniecta est a rhetoribus antiquis, saepiusque eiusdem argumenti tractatio discentibus commendata. Vd. Quintil. inatitt. oratt. l. X. c. 1. §. 49. III, c. 8. §. 53. Cfr. Heynii observv. ad h. l. (T. VIII.)

γόνων. τὴν πολλὴν γὰρ χορηγίαν ²⁴¹ παρέλιπε (ἐπὶ) τῇ
χρεῖα τῷ παιδός.

15. ²⁴² Οὐκὲν ὑπολείπεται ἡμῖν ἐκείνος ὁ λόγος, ὅτι
"Ὁμηρος ἐπενόησεν ἐσχηματισμένον λόγον δι' εἰκόνος, ἵνα
μηνύσῃ μὲν, ὃ βάλεται, ²⁴³ τὸ δ' εὐκρετὲς πρὸς τὴν ἐπιτί-
μῃσιν (ἀναλάβῃ), εἰκόνι τὸν λόγον διαπεράνας. καὶ οἱ πολ-
λοὶ ἀγνοῶσι τὴν εἰκόνα. ἔστι δὲ ἡ εἰκὼν ἐν Ὀδυσσέως λό-
γῳ. ἐξάγει τὰς Ἑλλήνας ὁ Ἀχιλλεύς, ὠρμημένους σφόδρα
ἐπὶ τῷ Πατρόκλῃ θανάτῳ. Ὀδυσσεύς ἀξιοῖ αὐτὰς πρότε-
ρον φαγεῖν, καὶ ἔτιως ἐξελθεῖν· καὶ ἐπιτιμᾷ τῷ Ἀχιλλεῖ,
ὅτι προπετῶς ²⁴⁴ ταῦτα βάλεται· καὶ λέγει ²⁴⁵ τὴν ἀρχὴν
τῆς παραίνεσεως τὴν αἰτίαν, εἴτα τὴν παραίνεσιν ἀδιανοή-
τως. ²⁴⁶ ἢ εἰκάτω τις, τί βάλεται τό·

Krs/s-

²⁴¹ τὴν πολλὴν γὰρ χορηγίαν etc. Voc. χορηγία, quod proprie
provinciam eorum notabat, qui choros et scenicos et alios in-
struendos et adornandos curarent, itemque de ipsis sumti-
bus eo consilio erogandis dicebatur (Vd. Cl. Wölflus in pro-
legomm. ad Demosthenis orat. contra Leptinen p. 89. sqq.)
apud rhetores haud raro ad dicendi materiam unde compona-
tur et adornetur oratio transfertur. Vd. infra c. 11. §. 3. τὸ
γὰρ πρᾶγμα οικίαν ὑλὴν εἰς χορηγίαν παρῃσι. Eodem modo ver-
bum χορηγίαν (subministrare dic. materiam) leg. in libro Dio-
nyssi: τὴν ἀρχαίων κρίσις c. 1. p. 415. ed. Reisk. T. V. ἐτι δὲ τοῖς
τῶν παλαιῶν ἐντυγχάνειν συγγραμμάσιν, ἐν ταύταις μὴ μόνον τῆς
ὑποθέσεως τὴν ὑλὴν ἀλλὰ καὶ τὸν τῶν ἰδιωμάτων ζῆλον χορηγῇ·
ἴσμεν. Cfr. Hermischius ad Herod. l. 1. c. 6 §. 9. p. 202. (Vol. I.)
Unde patet h. l. τὴν πολλὴν χορηγίαν esse i. q. τὰ πάντα, α κα-
χορηγημένος ἦν. — Post παρέλιπε haud dubie excidit praepos.
ἐπὶ (causam significans.)

§. 16.

²⁴² Quaeri omnino posse, num disputationem hac §. 16. de no-
va λογῶν ἐσχημ. specie ab Homero inventa institutam ad eun-
dem auctorem referre liceat, cui §§. proxime praecedentes de-
beamus, in prolegomenis significavimus.

²⁴³ τὸ δ' εὐκρετὲς. — διαπεράνας. In vulgari loci lectione: τὸ
δὲ εὐκρετὲς πρὸς τὴν ἐπιτίμῃσιν, ἀλλ' εἰκόνι τὸν λόγον διαπεράνας,
facile quemvis lectorem hoc offendit, quod partim sententia
post ἐπιτίμῃσιν sit suspensa, partim praep. ἀλλὰ ab hoc loco
plane aliena (cum vbb. ἀλλ' εἰκόνι τὸν λόγον διαπεράνας) mini-
mo aliquid contineant, quod antecedentibus opponatur, sed
rationem, qua decorum reprehensioni iungatur, uberius ex-
plicant.) Tolluntur hae difficultates, si elegantem loci emen-
dat. a Cl. Hermanno mihi suppeditatam amplectaris: τὸ δ' εὐ-
κρετὲς πρὸς τὴν ἐπιτίμῃσιν ἀναλάβῃ, εἰκόνι τὸν λόγον διαπεράνας.
— εἰκὼν inhiit comparisonem pugnae cum messe, de qua
mox videbimus.

²⁴⁴ ἐτι προπετῶς etc. Formulae: προπετῶς βάλῃς s. ποιεῖς τ.
et magno studio, et temere, in consideranter aliquid agentem s. appe-
tentem significant. Xenophontis Hiero c. 7. §. 1. Κύρῳ. 1, 3, 7.

tionem inlicit. Nolebat enim copiosa dicendi materia ipsi suppeditata uti, filium summo perire desiderans.

§. 16. Restat, ut hoc moneamus, excogitasse Homerum orationem figuratam, quae imagine uteretur, ut significaret quidem, quae dicendo exprimere vellet, sed decorem reprehensioni iungeret, imagine sermonem perficiens. At permultos latet imaginis ratio. Exstat illa in Ulyssis oratione. Etenim Achilles Graecos in aciem educit, qui propter Patrocli mortem magno impetu ad bellum ferrebantur. Ulysses vero eosdem prius cibum capere vult, ac tum demum in aciem prodire; reprehenditque Achillem, qui nimis festinanter id fieri velit. Et initio quidem causam, cur admoniturus sit Achillem, commemorat, tum paulo obscurius ipsam admonitionem subiungit. Quid enim, quaeso, est, quo spectent verba:

„Prae-

245 και λεγει την αρχην etc. Ad την αρχην subint. κατα (initio sermonis.) Quanquam enim Zeunius ad Vigerum (T. I. ed. H. p. 81.) Vigerum taxat, qui dixerit, την αρχην interdum significare initio, eum omnibus locis, ubi occurrat, salva orationis serie, possit prorsus, omnino, verti; nostro tamen loco non video, quomodo sensus formulae aliter constitui queat. Nolim omnino tam certo pronunciare, nunquam hoc sensu dici την αρχην. Neque enim usui vocab. αρχη ullo modo repugnat, neque desunt loca, ubi eodem iure initio vertere liceat, quo Zeunius necessario per: omnino, s. prorsus, reddendum existimat, etsi facile largiar, frequentius dici sensu posteriori. Talis est Xenophontis locus anab. I. 7. a Vigero laud. χαλεπώτερον, εκ πλουσιου πένητα γενέσθαι, η αρχην μη πλουτῆσαι, και λυπηρότερον εκ βασιλέως ιδιωτην φανῆναι, η αρχην μη βασιλεύσαι, ubi oppositionis leges egregie servantur, si verba hoc modo interpreteris: „difficilius est (magis acerbum) si quis olim dives inops reddatur, quam si initio (olim, in priori vitae parte) non fuerit dives; accerbius est, si quis olim princeps homo privatus fiat, quam si initio non fuerit princeps.“

Genit. της παραίσεως pendet a seq. την αιτιαν, cui mox opponitur ipsa παραίσεις; quapropter nolui latinum interpr. sequi ita vertentem: „causamque subiicit, ut hortationis principium, hortaturque deinde subobscur.“ — Exponit orator in prooemio causam, cur ipse Achillem (fortiorem quidem, sed prudentia Ulyssi cedentem) admonere constituerit. Laudanda sane prudentia Ulyssis, qui, priusquam enūnciat, quae Achillem forsitan offendere possint, verbis: κρείσσων εις εμεθεν etc. animum eius sibi conciliat.

246 αδιαφορως. αδιανεητα testo Quintiliano I. VIII. c. 2. s. 10. dicētes quae verbis aperta occultos sensus habent, αδιανεητως Achillem

- 247 Κρείσσων εἰς ἑμέθεν, καὶ Φέρτερος ἐκ ὀλίγον περ
 Ἐγχεί· ἐγὼ δέ κε σέο νοήματι γὰρ προβαλοίμην.
 Πολλὸν ἔπει πρότερος γενόμεν, καὶ πλεῖονα οἶδα.
 ἤδη τὰ προοίμια τῆς ἐπιτιμήσεως, ὥσπερ καὶ τὸ
 248 Μηδ' ἔτως, ἀγαθός περ εἰὼν, θεοεικέλ' Ἀχιλλεῦ,
 Κλέπτε νόον, ἔπει οὐ παραλεύσεαι ἐδὲ με πείσης.
 εἴτ' εἰπὼν τῆς γνώμης τὴν ἀρχὴν, ἐπάγει·
 249 Τῷ τοι ἐπιλήτῳ κραδίη μύθοισιν ἐμοῖσιν.
 Αἴψά τι Φυλόπιδος πέλεται κόρος ἀνδρώποισιν,
 Ἦς τε πλείην μὲν καλὰ μιν χθονὶ χαλκὸς ἔχουσιν.
 Ἄμητος δ' ὀλίγισος, ἐπὶν κλίνῃσι τάλαντα
 Ζεὺς, ὃς τ' ἀνδρώπων ταμὴς πολέμοιο τέτυκται.

καὶ

admonet Ulysses, dum imagine involutam enunciat sententiam. ἢ εἰπατο τις, sc. si quis aliter indicaverit.

- 147 κρείσσων εἰς etc. legitur Ulyssis oratio Il. l. 19. v. 215—237.
 — Pro γὰρ post νοήματι in editt. Homeri et codd. plur. leg. μιν aut κε. Utrumque haud dubie anteec. εἰς δὲ κε enatum. Pauci codd. Hom. veram tenent lect. γὰρ. Vd. Heyn. in observ. ad h. l. (Vol. VII.) — προβαλλέσθαι i. q. alibi προβαλεῖν (proprie de iis dictum, qui citius quam alii iaculando scopum attingant) = superare, praestare. Il. l. 23. v. 572. 639. — Quod vulgo apud rhetorem nostrum itemque in Homeri edit. Rom. post προβαλοίμην interpungitur, non placet. Tenenda potius vulgaris ratio in Homeri libris servata (ut semicolon post πολλὸν collocetur) loquendi usui, qui voc. ἔπει principio ponere solet, accommodatior. Nihili est Grammaticorum quorundam observatio, indecōre Ulyssem ita loqui existimantium: προβαλοίμην πολλόν. Concesserat enim, se bellica virtute omnino Achilli cedere.

- 248 μηδ' οὕτως etc. Agamemnon, cum pro Chryseide patri reddenda aliud maius praemium ab Achivis sibi concedi voluisset, Achilles (Il. l. 1. v. 121—129.) id non prius commode fieri posse monuerat, quam Troia fuerit expugnata. His respondet Agamemnon v. 131. sqq. se, nisi mox acceperit praemium, alii cuidam principum ipsius praemium esse erepturum (μηδ' οὕτως, ἀγαθός etc.) — ἀγαθός περ εἰων scil. κατὰ νοον, i. q. Φρονιμός Form. κλέπτε περ σε spect. duplici modo intelligi potest, prouti vocabulo κλέπτειν vel circumvenienti notionem tribuas (noli me defraudare, s. vana spe muneris iusti aliquando recuperandi adducere ut Chryseidem dimittam) vel animo aliquid clam agendi (noli talia reputare, animo machinari, qualia antea dixisti.) Malim h. l. posteriorem rationem sequi ob add. νοον. — παραρχεσθαι proprie est: cursu aliquem superare, unde universa duc. superandi notio h. l. ad eum translata, qui prudentia aliquem vincit, et astutia minus cautum fallit. — Pro πείσης in Homeri libris recte constanter leg. πείσεις.

- 249 τῷ τοι ἐπιλήτῳ etc. Continuatur Ulyssis oratio Il. l. 19. v. 220. sqq. ἐπιλήτῳ = τλήτῳ ἐπὶ τοῖς θμῶς μύθοις. Constans

„Praestantior es me, et haud parum quidem fortior
 „hasta; ego vero te prudentia utique superaverim;
 „multo enim prius natus sum, et plura cognovi.

His continetur initium increpationis, pariter quam illis:

„Ne talia animo machineris, quamvis sis sollers, Deo
 „similis Achilles; non enim antevertes me astutia,
 „nec mihi persuadebis.“

Tum initio sententiae prolato haec subiungit:

„Itaque acquiescat animus tuus in verbis meis. Con-
 „festim defatigantur homines pugna, cuius plurimam
 „quidem stipulam in terram aes fudit, messis vero
 „restat perexigua, quando Iupiter lances inclinat, qui
 „hominum belli existit arbiter.

Quae

sit et patiens animus tunc ad audienda ea, quae dicturus sum
 (noli indignari.) — *Αἰψα τε Φυλοκίδος* etc. Satiatae pugnae
 existit hominibus (*τελεσται* i. q. *γινεταί*) occupat eos, = vi-
 res defatigantur, (subint. nisi cibo potuque se recreaverint.)
 — *ἥς τε* — *καθ' ἥς*, s. *ἐν ἥ*. Tempus, quo maxima pars
 pugnantium cecidit, ita ut pauci supersint salvi et integri,
 cum messe ferè peracta (abscissa maiori parte calamorum)
 comparatur, vd. *Il. l. 11; v. 67. sqq.* *αμῆτος δ' ὀλιγίστος* dic.
 exigua messeis, exigua, quae restat, pars calamorum falce
 metenda. Verbis: *εἴην κλινῆσι τάλαντα* etc lucem adfundit lo-
 cus *Il. l. 8. v. 69. sqq.* ubi Iapiter pugnae arbiter, utriusque
 pugnantium partis sprtes fatales geminà lance pensitare dici-
 tur, ita ut deprimatur ea, cui imposuerit sortes fatales par-
 tis vincendae, surgat altera. Inde h. l. tempus, quo Troia-
 ni pugnae, qui hucusque rem suam contra Graecos bene
 et feliciter gesserant, fugam circumspiciunt, hoc modò descri-
 bitur: Iupiter inclinat (*κλίνει*) lances. Sententia omnis lo-
 ci duplici modo constitui potest, ita ut vel verba: *εἴην κλι-
 νῆσι τάλαντα* proxime praecedentibus iungantur, quasi expli-
 cationem nova imagine indutam continent *ῥῆσιν*; *ἥς τε* —
αμῆτος δ' ὀλιγίστος, (hoc sensu: nisi vires cibo potuque fue-
 rint recreatae, confestim defatigantur homines pugna, in
 qua maxima quasi calamorum pars falce abscissa est, et exi-
 gua messis, (exigua hostium pars caedenda,) restat, quando
 scilicet Iupiter hostium lancem deprimit, ut in fugam illi con-
 vertantur = vires mox deerunt inpransis ad instandum vic-
 tis hostibus, quos belli fortuna deserit); vel verba: *εἴην κλι-
 νῆσι τάλαντα* etc. eodem sensu ad superiora: *αἰψα τε* — *ανδρῶν
 ποτὶν* propius referantur, interposita autem: *ἥς τε πλίσσῃν*
 — *ὀλιγίστος* non ad pugnam nunc instantem pertineant, sed
 ea significant, quae Graeci hucusque a Troianis perpassi fue-
 rint, et in vac. *Φυλοκίς* expl. non tam unius pugnae quam
 universa belli notio spectetur. Posteriorem explicationem
 rhetori nostro praeplacuisse docent, quae mox de hoc loco
 disserit. Dicit enim, inesse acerbam reprehensionem (*πικρὴν*
 S

καὶ ἡ εἰκὼν ²⁵⁰ πέρας τῆς συμβεληῆς. εἰδέναι ἔν χρῆ, ὅτι αὕτη ἡ εἰκὼν σοφία ἐστὶ τῷ Ὀδυσσεύς τῷ Ὀμήρῳ. ²⁵¹ ἐπιτιμήσις γὰρ ἐστὶ κινρὰ πρὸς τὸν Ἀχιλλέα, καὶ δι' ἀποβήτων λυκτῆρα παραίνεσις. διὰ τὸτο καὶ προοίμιον αὐτῷ μακρὸν ἐστὶ.

Κρείσσων αἷς ἐμέθεν, καὶ Φέρτερος ἐκ ὀλίγου περ
"Εγχει· ἐγὼ δέ κε στείδ' νοήματί γε προβαλομένην·

Πολλὸν ἐπεὶ πρότερος γενόμεν, καὶ κλείουα οἶδα.

αὐτὸ τὸ προοίμιον τῷ σχήματός ἐστιν ἀρχή· „Μὴ πάνυ θάρρει τῇ ἀνδρείᾳ τῇ σουτῇ· εἰ δὲ μὴ, ἐλέγχεις αὐτὴν τὸ μηδὲν εἶναι· ἀλλ' ἄκκε παρ' ἀνδρὸς ἐμπείρου καὶ ἐπιστήμονος ἐκ κείρας πραγμάτων.“ ἰς ἔν ἐστιν ἡ ἐπιτιμήσις ἐκείνῳ; ²⁵²

²⁵³ Γασέρι δ' ἔ πως ἐστὶ νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιῶς.

Λῆν γὰρ πολλοὶ καὶ ἐπήτριμοι ἡματα πάντα

Πίπτειν· πότε κέν τις ἀνεκπνεύσοις πόνοιο;

Ἰλλὰ χρῆ τὸν μὲν καταθάπτειν, ὃς κε θάνησιν,

Νηλέα θυμὸν ἔχοντας ἐπ' ἡματι δακρυχέοντας.

Ὅσσοι δ' ἂν πολέμοιο περὶ συγεροῦ λίπωνται,

Μεμνησθαι κύσιος καὶ ἐδῆτύος, ὅφρ' ἔτι μάλλον

Ἀνδρά-

επιτιμήσις) Achillis, qui discessu suo tot eladium, quas Graeci paterentur, auctor exstiterit. Non poterat non, Achille (cuius inpetum Troiani haud parum expavescebant) de novo in aciem prodeunte, laeta ac fere certa spes erigere Achivos, fore, ut Troiani, qui hucusque haud exigua clade ipsos adflixerint, repellantur et vincantur. Cibo igitur potuque Ulysses recreari iubet Achivos, quo fortius mox possint Troianos fugientes persequi. Multa de variis loci interpretatt habet Heynius in observ. ad h.l. — Voc. ἀνδρῶν iungendum τῷ πολέμοιο. τετυκται factus est, exstittit arbirer.

²⁵⁰ καὶ ἡ εἰκὼν πέρας etc. Non patet primo obtuitu, quomodo rhetor dicere potuerit, imaginem illam esse finem s. terminum πέρας) suasionis; cum suasio Ulyssis his verbis minime finiatur, sed in seqq. sermone non figurato continetur: γαστερι δ' οὐ πως etc. Verum hoc sibi velle videtur, omne suasionis argumentum consiliumque illa imagine comprehendendi, neque in seqq. (ubi res propriis verbis enunciat) nova pro erri.

²⁵¹ Ὀδυσσεύς τοῦ Ὀμήρου. Nequeo Sylburgio adsentiri, adiective legendu: coniciienti τοῦ Ὀμηρείου aut τοῦ Ὀμηρικοῦ. Vulgarum lect. bene se habere, ostendit similis locus §. 8., ubi eodem modo Ὀδυσσεύς Ὀμήρου diceb. Ulysses, quem loquentem inducit Homerus.

²⁵² εἰ δὲ μὴ ἐλέγχεις etc. Ad εἰ δὲ μὴ subint. τούτο ποιεῖς ut sit i. q. sin minus s. alioquin. Vd. de hac ellipsi Vigerus l. l. ed. H. Vol. II. p. 511.

²⁵³ ἡ ἐπιτιμήσις ἐκείνῳ = increpatio, qua increpat illum, γ-

Quae imago finis est suasionis. Tenendum igitur, hanc imaginem admodum prudenter adhibitam esse ab Ulysse Homericō. Continet quippe Achillis increpationem acerbam et molestam, quae rem non [aperte] eloquatur, admonitionem. Propterea longo utitur prooemio:

„Praestantior es me, et haud parum quidem fortior
„hasta; ego vero te prudentia, utique superaverim;
„multo enim prius natus sum, et plura cognovi.“

Ipsum prooemium est initium figurae. Hoc sibi vult:

„Noli nimium confidere fortitudini tuae; sin minus,
„eam nihil valere argues; audi potius virum non in-
„peritum et ipsa experientia edoctum.“ Quatenam igitur est illius increpatio?

„Inedia haudquaquam par est mortuum lugere Achi-
„vos. Admodum enim multi et crebri quotidie ca-
„dunt; quando igitur quis a dolore poterit respirare?
„Verum sepelire nos quidem oportet eum, qui mor-
„tuis fuerit, patientes animo, unum diem deflentes;
„quotquot autem e pugna horrenda superstites fue-
„rint, meminisse potius et cibi, ut acrius adhuc cum
„hostibus assidue pugnemus, induti aere indomito.
„Neque

νομένη ευσυνω. Solet interdum Substantivum aliud Substant. aut Adj. Dativo iungi, ubi verbum eiusdem originis (quale h. l. est επιτιμᾶν) Dativo recte iungi potest. Vd. Vigerus l. l. Vol. I. p. 58.

253 γαστρι δ' ου πως ἐστι — οἶον Ἀρηα. — γαστρι, stomacho, scil. duriter tractando = inedia. — ἐπηρημοί = ἐπλληλοί, συχνοί, rectius a Substant. ἡτριον, stamen s. textum, quam cum aliis ab antiquo Adj. τρία (i. q. πολλά) duci videtur. Vd. Heynius in observv. ad h. l. Multi, ait, cadunt, ita ut singuli singulos continua fere serie cadendo excipiant. — ποτε κεν τις etc. Si mortuos lugentes, a cibo abstinere vellemus, fame nobis esset pereundum, cum non desinant caedes. — ἐπ' ἡματι = ἐν μια ἡμέρα (Hesych.) ἐν αὐτῇ τῇ ταφῇ ἡμέρᾳ (ut in Scholl. explicatur) — δακρυχέοντας quod apud nostrum et in margine edit. Homeri Stephan. legitur, receptum a Barnesio et Heynio sensu non differt a vulg. Homeri codd. et edit. script. δακρύσαντας. — πολεμοιο περι λιπώνται i. q. ὅσοι δὲ περιλιπώνται ἐν πολέμῳ. — Vbb. μὴδε τις ἀλλῃ etc. Schol. expl. μὴ τις τῶν λαῶν τὴν ἐξ ἑτέρου στρουτῶν (i. q. παρακλεύειν, s. ἐπικλεύειν, testibus Grammaticis vet.) ἐνδεχέσθω, ἀλλ' αὐτοκλεύστας ἐξίτω; ἰσχυάσθω i. q. se cohibeat, = cunctetur expectans. vd. Heynius ad Il. l. 23. v. 300. — ἡδε γὰρ στρουτῶν etc. propter cohortationis causam (cunctationem) poena adfigetur. — Ἀρηα apud Hom. saepissime de proelio dici neminem fugit.

Ἄνδράσι δυσμενέεσσι μάχώμεθα νωλευῆς αἰεὶ,
Ἐσσανμένοι χροὶ χαλκὸν αἰτεῖρα· μηδέ τις ἄλλη
Λαῶν ἐτρυντὺν ποτιδέγμενος Ἰσχαναῶσθω.

Ἦδὲ γὰρ ὀτρυντὺς κακὸν ἔσσεται, ὅς κε λίπηται
Νηυσὶν ἐκ' ἰργίων· ἀλλ' ἄθροοι ὀρμηθέντες,

*54 Τρωσὶν ἐφ' ἱπποδάμοισιν ἐγείρομεν ὁξὺν Ἀρηα.

ὥστε ἔλεγεν. „Πολλοὶ τεθνῶσιν ἤδη διὰ σέ μηνιῶντα· νῦν
ἀπορρίψας τὴν μῆνιν ²⁵⁵ ἀξιοῖς τῇ σαυτῇ προσθήκῃ ἐλπί-
δος τῆς νίκης ἔχειν. εἰάν ἔν ἐξέλθῃσι νῆσεις, ἡδ' ἂν ὁ
Ζεὺς χαρίζομενός σοι βοηθῇ τοῖς Ἕλλησι, δυνήσονται διαρ-
κέσαι νηστεῖς ὄντες πρὸς τὸ κρατῆσαι. ὥστε μὴ φρόνει μέ-
γα ἐπὶ τῇ προσθήκῃ τῇ Διὸς, καὶ προπετῶς στρατεύ·
ἐλεγχθήσῃ γὰρ ²⁵⁶ σὴ ἀσθενεῖξ τῶν στρατιωτῶν.

Αἰψά τε Φυλόπιδος πέλεται κόρος ἀνδρώποισιν,

Ἄμητος δ' ὀλίγιτος, ἐπὴν κλίνῃσι τάλαντα

Ζεὺς, ὅς τ' ἀνδράπων ταμίης πολέμοιο τέτυκτα.

εἰ γὰρ τῇ Διὸς ἡ μνήμη ἐνταῦθα; „Συμβήσεται ἔν ἡ
πολλὴν γενέσθαι ἡμῖν ὠφέλειαν ἐν τῇ παρα σοι προτρο-
πῇ ²⁵⁷ διὰ τὸν Δία, ἂν ἀσθενεῖς ὄντες στρατευώμεθα. ὥς
ἐλεγχθήσεται σὺ ἡ ἀνδρεία ἡ θαυμαστὴ ὑπὸ τῆς προπετείας.“
ἐπειδὴ τοίνυν ταῦτα πικρά ἐσι καὶ ἐπιτίμησιν ἔχει, εἰκότως
παραβολῇ τὸ πικρὸν τῆς ἐπιτίμησης ἀσφαλὲς ἐποίησεν.

ΚΕΦ. 4.

Περὶ τῶν ἐν μελέταις πλημμελουμένων.

α. Τὰ δὲ ¹ πλημμελέμενα ἐν ταῖς μελέταις. οἱ μὲν
ἡθῶν

254 ὥστε ἔλεγεν. Nestio, quid moverit Sylburgium, ut divise
scribendum putaret ὥς εἰ

255 ἀπορρίψας — εἶναι. ἀπορρίπτειν μῆνιν (proiicere, i. q. mis-
sam facere iram) phrasis est HomERICA, Il. l. 9. v. 513. οὐκ
ἂν ἐγὼ γέ σε μῆνιν ἀπορρίψαντα κελόιμην.

Post αἰίοις suppl. σε. Putas, te Ideo iure meritoque vi-
ctoriam sperare, quod te tuasque vires denuo addideris
Graecis, (denuo opem nobis feras.) προσθήκη patet h. l. de
eo dici, qui auxilium ferat pugnantibus, ut infra προσθήκη
Διός. — αἰίου h. l. simpl. putare, existimare, ut Xenoph.
memorabb. Socr. I. 4, 10. et al.

256 ἐλεγχθήσῃ γὰρ etc. ἐλεγχέσθαι constat haud raro de iis di-
ci, qui vanae gloriationis et mendacii convincantur. Ita
Ἰπποχ.: ἐλεγχθήσεται σοὺ ἡ ἀνδρεία ἡ θαυμαστή. Voretur Ulysses,
ne inbecillitas militum arguat, frustra Achillem suam forti-
tudinem iactasse Jovisque auxilium.

„Neque quis aliam copiarum cohortationem exspectans subsistat. Illa enim cohortatio male cedit ei, qui refectus fuerit apud naves Argivorum. Sed omnes simul castris egressi in Troianos equum dōmitores excitemus acriter proelium.“

Dicit quasi: „multi iam ira tua perierunt; nunc, cum missam feceris iram, propterea victoriam iure sperandam existimas, quod te nobis pugnae socium adiunxeris. Quodsi tamen inpransi in aciem prodierint, ne Iove quidem in tui gratiam Graecos adiuvant, te, sufficere poterunt vires inpransorum ad hostes vincendos. Noli igitur nimium superbire Iovis auxilio, et temere pugnam inire. Vanitatis enim te convincet militum imbecillitas.“

„Confestim defatigantur homines pugna, cuius plurimam quidem stipulam in terram aes fudit, messis vero restat perexigua; quando Jupiter lances innolat, qui hominum belli existit arbiter.“

Quid enim hoc loco sibi vult Jovis commemoratio? „Eveniet, inquit, ut parum nobis prosit, quod propter Iovis auxilium ad bellum nos cohortaris, si inpransi pugnam inierimus; vanitatis enim convincet miram tuam fortitudinem temeritas.“ Quae cum acerba essent et increpationem continerent, usu comparationis, quae imagini inest, increpationis acerbiter tutam praestabat.

CAPUT X.

De iis, quae in commentationibus peccantur.

§. I.

Quae vulgo in commentationibus peccantur (huc redeunt.) Alii omnino negligunt morum participes redere

257 προτροπῆς δια τοῦ Δια ἰ. q. προτροπῆς, ἡ γίνεται δια τοῦ Δια.

Cap. X.

§. I.

1 τα δὲ πλημμελούμενα ἐν ταῖς μελεταῖς. Voc. μελεταῖ sign. declamationes, s. commentationes (qua voce Cicero saepius usus est; vd. l. I. de orat. c. 60. Brutus c. 71.) partim exercitationis, partim ostentationis causa in rhetorum scholis

ἡθῶν * ἀμοίρας τὰς λόγους ποιῶνται, οἴομενοι τῇ πράγμα-
τος

adhiberi solitas (Redeübungen) i. q. c. 2, ασκηματα¹ et γυμνάσματα τῆς ρητορικῆς. Hæc quæquam remotæ erant a foro et concionibus, solebant tamen inde a Demetrii Phalerei ætate imprimis *causæ forenses fictæ* in iis tractari, quibus iuvenes præpararentur veris causis agendis. Cfr. scriptores, quos laudat Ernesti in lexx. technol. Græc. et Latin. rhet. sub vv. μελῆται, et declamatio. De tali μελῆταιν genere h. l. agi, omnis sequens disputatio docebit, ubi vitia notantur, quæ oratores illius ætatis, dum μελῆταις uterentur, eo præcipue committerent; quod gloriolam captantes haud raro ostentationi potius quam utilitati forensi consulerent. Lucum potest subinde omnis disputatio lucrari e loco Quintilianiani insitt. oratt. l. 2. c. 10. — πλημμελουμένα idem est quod infra §. 6. ex. et al. πλημμελήματα vocat, ductum a πλημμελεῖν, quod proprie cantantes a numeris modisque aberrantes notaret (a πλην et μελος) translatus deinde ad cuiusvis generis errores et vitia. — Ceterum non persuasit mihi; Sylburgius, post μελῆταις subaudiendum esse τὰδ' ἐστὶ. Durior quippe eiusmodi ellipsis, quam quæ facile admittatur. Neque provocare recte poterat ad §. 5. in. ἀπεχνία δ' ἐν μελῆταις αὐτῇ ubi unius tantum verbi substant. (ἐστὶ) ellipsis (satis usitata) obtinet. Malim vel voculas τὰδ' ἐστὶν s. ταὐτ' ἐστὶν (vd. infra §. 13. in.) post μελῆταις inserere, vel post μελῆταις minus plene interpungere, ut τὰ πλημμελουμένα sint Accusativi absoluti (suppl. κατα: quod autem ad vitia attinet in commentationibus committi solita, alii etc.)

2. οἱ μὲν ἡθῶν ἀμοίρους etc. Novimus, præcipuam partem omnis institutionis rhetoricæ veterum constituisse disputationem περὶ τοῦ ἡθῶς non uno modo ab iis tractatam. Attamen cum minime huius loci esse videatur, quæcunque a diversis rhetorices scriptoribus hac de re præcepta fuerint, h. l. adferre, comparare, et examinare, in præcipuis tantum rei momentis adferendis, quæ ad sequentem scriptoris nostri commentationem recte intelligendam faciant, acquiescamus. Patet, animi morumque indolem (τὸ ἡθὺς) cuius recte tractandæ et exprimendæ rationem diligenter haberi vellent rhetores vet. non potuisse non partim ad ipsum dicentem referri, partim ad eum, de cuius vita, virtutibus, rebus gestis, consiliis loqueretur (sive proprio sermone usus hæc exponeret orator, sive illum loquentem induceret) partim ad audientes. Etenim, quod ipsum dicentem attinet, bene intelligebant rhetores, animos audientium et oratori, et causæ, quam agat, haud parum eo conciliari, quod ille omni orationis indole bonam, laude dignam, sibi que convenientem (qualem audientes exoptent) animi habitum exprimat, s. oratione bene morata utatur. Attamen, cum probabilitate et fide omnino caritura esset oratio, nisi indoles omnis hominum, quorum mores, res gestas, instituta declarare interesset dicentem, recte exprimeretur, et constanter servaretur; horum etiam ἡθὺς ab oratore minime negligi oportere recte affirmabant. Cfr. de utroque præcepto Aristotelis ars rhetor l. 2. c. 1. Cic. de orat. l. 2. c. 43.

dere orationes, rati quippe, orationis certamen ad argu-

1. 3. c. 55. Quinctil. institt. oratt. l. 6. c. 2. Denique ipsorum quoque audientium indolem oratori perspectam cognitamque esse volebant, quo facilius posset, oratione illi accommodanda, ad audientium animum viam sibi munire. Vd. Aristot. l. 1. l. 3. c. 7. Cl. Vater in animadversa. ad h. l. p. 155. 56. Quinctil. institt. oratt. l. 3. c. 8. Quae singula quamquam rhetores, quorum loca praecipua modo laudavi, minime latuerunt; desideravi tamen in iis diligentiam, qua in triplici illo του ηθους usu accuratius definiendo uti par erat. Maiorem adhibuerunt Dionysius noster (cui hoc X caput recte tribui in prolegomm. docuimus) et Hermogenes περι ιδιων l. 2. p. 210. sq. ed. Sturmii. Videmus enim a nostro (huius cap. §§ 1. 2. 3.) duo potissimum genera του ηθους constitui, quorum alterum appellet το εν μεγα ηθος, unum παρνημ ηθος, quod per omnem orationem servari oporteat, alterum ad singula ηθ η προςφορα τοις ακαστοτε υποκειμεναις προσωτοις ioterat, (morum rationes singulis personis de quibus agitur, accommodatas, quae cum sibi invicem tum illi magno ηθει recte iungi oporteat.) Quodsi cum nostro loco ea contuleris, quae auctor c. 11. (§. 1. 2. 3.) de duplici genere του ηθους praecipiat, facile videbis, quae similiter illam theoriam inter et disciplinam c. 10. propositam intercedat. Distinguitur ibi ηθος κοινον ab ηθει ιδιω s. ηθει ιδιοις. Tum κοινον η. ita definitur, ut sit το φιλοσοφιας εχουμενον, s. το εις αρετην προτροπον και κακιας απαλλακτον (quod a philosophia pendeat, i. e. o Philosophiae decretis aestumetur et homines, qui contemplantur, atque recte diiudicent, ad virtutem incitat et a vitiis avocet. vd. exempla ibi allata.) Contra ηθας ιδιον, quod etiam ρητορικον appellatur (ad rhetoricen pertinens) esse dicit το προποντας και προσηκοντας τους λογους ποιεσθαι περι των υποκειμενων πραγματων τα λεγοντι αυτω και τα ακουοντι, και περι ων ο λογος, και προς ους ο λογος (sermo nes de rebus propositis proferre partim dicenti ipsi, partim audienti, partim iis, de quibus agitur, partim iis, ad quos oratio convertitur, accommodatos). Priori generi nomen του ηθους κοινου haud dubie propterea tribuit, quod ibi minime de nationis, gentis, vitae rationis, fortunae, aliarumque rerum discriminibus agatur, unde non possint non diversi evaderē singulorum hominum mores, ιδια ηθ η, (ab oratore recte notandi et tractandi) sed universa potius quaestio, ad omnia ηθ η pertinens, spectetur: num ηθος propositum laude et imitatione dignum sit, nec ne? (vd. c. 11. §. 2. 3.) Jam quum auctor c. 11 §. 2. illud κοινον ηθος eodem modo appellet το φιλοσοφιας εχουμενον, quo Dionysius noster c. 10. §. 1. de ηθει, quod το εν μεγα vocaverat, dicit: εστι δε τουτο εκ φιλοσοφιας, uterque profecto diversis formulis τω ενος μεγαλου ηθους, et του κοινου ηθους unam eandemque rem notare videtur (sc. morum rationem ex unversis Ethices praeceptis diiudicandam atque aestumandam, quae distingui debeat a morum diversitate et Psychologiae decretis spectanda et definienda.) In eo tamen differt a Dionysio capitis II. auctor, quod hic nescio qua causa ductus τα ιδια ηθ η

τοῖς³ εἶναι φὸν ἀγῶνα, τὸ δ' ἡθὺς ἐν παρέργῳ⁴ τιθέμενοι·
οἱ δὲ περὶ τὴν⁵ κρᾶσιν τῶν ἡθῶν ἐσπεδαίως ἔχουσιν, ἀλλ'
ἐάν

(quae etiam communi nomine τὸν ἰδίον ἡθὺς complectitur) κατ' ἐσχῆν appellet ρητορικὰ, quasi τὸ ἡθὺς φιλοσοφίας ἔχον non pertineat ad artem oratoriam; cum Dionysius recte iubeat per omnem orationem τὸ ἡθὺς φιλοσοφίας ἔχον (quod τὸ ἐν μέγα appellat) servari, eisque singula omnia ἡθὺ bene accommodari, ita ut illud pariter in oratione primarias agat partes, quam in animo λογισμὸν (rationem) cupiditatibus inperare deceat, et ipsi orationi μεγαλοπρεπείαν quandam conciliet (cuius praecepti vis, §. 2. c. 10. exemplis illustrata, huc redit: esse oratori diligenter providendum, ut per omnem orationem sentiendi cogitandique rationem probam ac honestam significet, quae laude digna sit, dignitati oratoris conveniat, audientes ipsi conciliet.) His constitutis, utroque vocabulo τὸν ἡθὺς ἐνὸς μεγάλου (s. κοινου) et τῶν ἡθῶν ἰδίῳν omnia comprehendere videmus, quae ab initio huius notae ad triplicem usum τὸν ἡθὺς rhetoricum retulimus. Similiter Hermogenes loco supra laud. de duplici ἡθὺς genere praecipit, a) τῷ ἡθὺ personarum, de quibus et cum quibus agitur, cui accommodanda sit oratio (verba enim: εἰ τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις οἰκτιροῦν καὶ προκτοντας τοὺς λόγους περιεργάζοι τις non modo ad ἡθὺς personarum, quae loquentes inducantur, ut Sturmius existimat in commentario p. 284. sed etiam ad ἡθὺς audientium referenda esse docet disputatio de gravitate, δεινότητι, insituta, ad quam loco nostro laud. provocat, ubi p. 310. oratorem iubet τὸ θεῶν τοῖς προσώποις ἀποδοῦναι, ἄλλον μελιχρῶς ἄλλον στερεῶς ἐκτελεῖν παροξυνόντα) b) τῷ ἡθὺ ipsius dicentis, cuius significatio (sive ea per omnem orationem sive singulis potissimum locis adhibeatur) audientes et oratori, et ei cuius causam agit, conciliet, atque elocutionis simplicitate (αφελεία) iuncta suavitati (γλυκύτητι) acrimoniae (δριμύτητι) modestiae (εἰσιπεία) efficiatur. — Nostro loco, ubi nonnulli oratores τὸ ἡθὺς omnino negligere dicuntur, οἱ μὲν ἡθῶν ἀμοιρούς etc. ἡθὺς latiori sensu dic. quo et illud μέγα ἡ. et singula ἰδία complectitur. Ab illis enim qui omnino τῶν ἡθῶν participes reddere orationes negligent, mox distinguantur, qui, etsi τὸ ἡθὺς non omnino negligent, tamen vel in ἡθῶν ἰδίῳς recte miscendis non satis diligenter elaborent, vel τὸ ἡθὺς μέγα non adhibeant. — Ceterum ea, quae et in nostris commentariis, et interdum apud alios rhetores de hoc argumento praecipuntur, ostendunt, rhetores veteres non ubique (philosophica ἀκριβεία usos) notionem τὸν ἡθὺς ad ea tantum retulisse, quibus omnis omnino vel unius hominis vel plurium (v. c. gentis) cogitandi, sentiendi, agendique ratio suam sibi propriam vim obtineat, (eigenenthümliche Denkungs- Empfindungs- und Handlungsweise), sed ad singulos etiam, animi sensus affectusque, qui oratione exprimantur. Priori quidem sensu c. 10. §. 2. Plato dicitur τῷ ἐνι μεγάλῳ ἡθὺς recte accommodasse τὰ ἡθὺ τῶν σοφιστῶν, πολιτικῶν, δημιουργῶν etc. cfr. c. II. §. 3 — 8. Posteriorem vero sequutus iubet Dio-

gumentum ipsum potius pertinere, ideoque mores obiter tantum esse tractandos. Alii de variis morum rationibus miscendis non diligenter cogitant, sed, si una tan-

nysius (§. 1. ex) oratorem τῷ ἡθελὶ μέγιστον per omnem orationem primarias tribuere partes, reliqua vero, (sc. ἡθελὶ) τὰ συμμινα, τὰ οἰκτρα, τὰ ἐπιφθονα, etc. ita adhibere, ut ab illo pendeant. Cfr. c. 8. §. 16 ἡ τοῦ ἡθελὶ προσθήκη (n. 264.) Unde intelligi potest vis formulae φωναι ἡθελὶ (c. 10. §. 1.) de qua mox videbimus. Lubenter sane confiteor, latina vocabula mores s. indoles non ita esse comparata, ut omnem vocabuli ἡθελὶ vim plane exhauriant. Verum praestare putabam in iis quas lingua suppeditaret, acquiescere, quam ubique molesta uti περιφρασαι.

3 οἰομένοι του πραγματος etc. Quanquam voc. αγων saepe latiori sensu omnia orationum genera complectitur (vd. c. 8. §. 1. in. n. 2.) malui tamen, ratione habita propriae significationis (orationum iudicialium) h. l. formula uti: orationis certamen; cum μελεται, de quibus agitur, imprimis eloquentias iudicialis exercendae causa instituerentur. Sententia simplex: existimant illi, in orationibus nihil fere praeter ipsum argumentum, in quo orator elaboret eiusque demonstrationem esse spectandum.

4 ἐν παρεργῷ τιθεμενοι. Formulas τιθεσθαι τι ἐν παρεργῷ, ποιοῦν τι ἐκ παρεργῶν, s. παρεργον de iis dicuntur, qui aliquid obiter et incuriosius tractent, quasi minime necessario ad rem pertineat. Vd. D' Orville ad Charit. p. 554. ed. Lips.

5 περὶ τὴν κρᾶσιν των ἡθελων etc. Quatenam sit κρᾶσις των ἡθελων, et, quae mox commemoratur, διαίρεσις, discimus a c. 11. §. 4. 5. 6. 7. Monuerat auctor cap. II. §. 3. ex. septem esse locos (ἑπτα τοπους) quorum notatio et usus ad ἡθελὶ ἰδία s. ῥητορικᾶ pertineat: 1) ἡθελος κοινον notationem gentis universam quae vel Barbarum vel Graecum significet 2) ἡθελος ἰδιον notationem accuratorem, quae illa velut genere species continetur (v. c. gentis Thraciae vel Atheniensis) 3) γενος, notationem familiae, (Cognationis) 4) ηλικιαν, not. aetatis, 5) προωρεσιν, not. consiliorum (studiorum), 6) τυχην, not. fortunae, 7) ἐπιτηδευσαις, not. vitae institutorum. Mox iubet oratorem partim hosce locos omnes singulos spectare, ne qui praetermittantur (id quod διαίρεσιν appellat) partim in unum coniungere, ita ut in homine, cuius indolis morumque significatio requiratur, si res postulet, omnes ἑπτα τοποι ad illam signif. adhibeantur (quod κρᾶσιν dicit, vd. c. 11. §. 7. ταῦτα τὰ ἑπτα ἡθελ ἐν γενεσθαι δεικνυμι ubi patet, ἡθελ pro ipsis τοποις των ἡθελων dicta esse.) Erit igitur ἡθελος ἀπλου, si unum tantum illorum τοπων spectare et adhibere sufficit, διπλου vero τριπλου etc. si duo aut plures adhibendi. — Non placuit Dionysio, rem omnem fusius exponere, quippe qui h. l. eos maxime esset notaturus, qui το ἡθελος μεγα negligenter.

ου σπουδαιως εχουσιν. De vi voc. εχουσιν adverbio iuncti, qua verbi Substant. vices gerat, alibi dictum. Simil. infra c. 11. §. 8. προθυμως εχουσιν et ἀπαλλακτικως.

- 247 Κρείσσων εἰς ἑμᾶν, καὶ Φέρτερος ἐκ ὀλίγων περ
 "Εγχει· ἐγὼ δὲ κε σεῖο νοήματι γὰρ προβαλομένην·
 Πολλὸν ἔπει πρότερος γενόμην, καὶ πλείονα οἶδα.
 ἦδη τὰ προοίμια τῆς ἐπιτιμήσεως, ὥσπερ καὶ τὸ·
- 248 Μῆδ' ἔτως, ἀγαθός περ εἶναι, θεοεικέλ' Ἀχιλλεῦ,
 Κλέπτε νόῳ, ἔπει οὐ παραλεύσσαι ἐδέ με πείσης.
 εἴτ' εἰπὼν τῆς γνώμης τὴν ἀρχὴν, ἐπάγει·
- 249 Τῷ τοι ἐπιτήτω κραδίη μύθοισιν ἐμοῖσιν.
 Αἰψά τι Φυλόπιδος πέλεται κόρος ἀνδράποισιν,
 Ἦς τε πλεῖστην μὲν καλᾶμην χθονὶ χαλκὸς ἔχουσιν.
 Ἀμητος δ' ὀλίγιστος, ἐπὶν κλίνῃσι τάλαντα
 Ζεὺς, ὃς τ' ἀνδράπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται.

καὶ

admonet Ulysses, dum imagine involutam enunciat sententiam. ἢ εἰπατο τις, sc. si quis aliter iudicaverit.

- 247 κρείσσων εἰς etc. legitur Ulyssis oratio Il. l. 19. v. 215—237.
 — Pro γὰρ post νοήματι in editt. Homeri et codd. plur. leg. κεν aut κε. Utrumque haud dubie ex antec. εγὼ δὲ κε enatum. Pauci codd. Hom. veram tenent lect. γὰρ. Vd. Heyn. in observ. ad h. l. (Vol. VII.) — προβαλλομένη i. q. alibi προβαλλιν (proprie de iis dictum, qui citius quam alii insculando scopum attingant) = superare, praestare. Il. l. 23. v. 572. 639. — Quod vulgo apud rhetorem nostrum itemque in Homeri edit. Rom. post προβαλομένη interpungitur, non placet. Tenenda potius vulgaris ratio in Homeri libris servata (ut semicolon post πολλον collocetur) loquendi usui, qui voc. ἐπει principio ponere solet, accommodatior. Nihili est Grammaticorum quorundam observatio, indecore Ulyssem ita loqui existimantium: προβαλομένην πολλον. Concesserat enim, se bellica virtute omnino Achilli cedere.

- 248 μῆδ' οὕτως etc. Agamemnon, cum pro Chryseide patri reddenda aliud maius praemium ab Achivis sibi concedi voluisset, Achilles (Il. l. 1. v. 121—129.) id non prius commode fieri posse monuerat, quam Troia fuerit expugnata. His respondet Agamemnon v. 131. sqq. se, nisi mox acceperit praemium, alii cuidam principum ipsius praemium esse erepturum (μῆδ' οὕτως, ἀγαθός etc.) — ἀγαθός περ εἶναι scil. κατὰ νοῦν, i. q. Φρονιμὸς Fortn. κλέπτε per se spect. duplici modo intelligi potest, prouti vocabulo κλεπτεῖν vel circumvenienti notionem tribuas (noli me defraudare, s. vana spe muneris iusti aliquando recuperandi adducere ut Chryseidem dimittam) vel animo aliquid clam agendi (noli talia reputare, animo machinari, qualia antea dixisti.) Malim h. l. posteriore rationem sequi ob add. νοῦν. — παρεχέσθαι proprio est: cursu aliquem superare, unde universa duc. superandi notio h. l. ad eum translata, qui prudentia aliquem vincit, et astutia minus cautum fallit. — Pro πεισῆς in Homeri libris recte constanter leg. πείσεις.

- 249 τῷ τοι ἐπιτήτω etc. Continuatur Ulyssis oratio Il. l. 19. v. 220. sqq. ἐπιτήτω = τλήτω ἐπὶ τοῖς ἔμοις μύθοις, constans

„Praestantior es me, et haud parum quidem fortior
 „hasta; ego vero te prudentia utique superaverim;
 „multo enim prius natus sum, et plura cognovi.

His continetur initium increpationis, pariter quam illis:

„Ne talia animo machineris, quamvis sis sollers, Deo
 „similis Achilles; non enim antevertes me astutia,
 „nec mihi persuadebis.“

Tum initio sententiae prolato haec subiungit:

„Itaque acquiescat animus tuus in verbis meis. Con-
 „festim defatigantur homines pugna, cuius plurimam
 „quidem stipulam in terram aes fudit, messis vero
 „restat perexigua, quando Iupiter lances inclinat, qui
 „hominum belli existit arbiter.

Quae

sit et patiens animus tuus ad audienda ea, quae dicturus sum
 (noli indignari.) — *Αἰψα τε Φυλοκίδος* etc. Satietas pugnae
 existit hominibus (*πλεται* i. q. *γίνεται*) occupat eos, = vi-
 res defatigantur, (subint: nisi cibo potuque se recreaverint.)
 — *ἤς τε* — *φαρ'* *ἤς*, s. *ἐν ἣ*. Tempus, quo maxima pars
 pugnantium cecidit, ita ut pauci supersint salvi et integri,
 cum messe ferè peracta (abscissa maiori parte calamorum)
 comparatur, vd. *Il. l. 11. v. 67. sqq.* *ἀμῆτος δ' ὀλιγίστος* dic-
 exigua messeis, exigua, quae restat, pars calamorum falce
 metenda. Verbis: *ἐπὶν κλινῆσι τάλαντα* etc lucem adfundit lo-
 cus *Il. l. 8. v. 69. sqq.* ubi Iupiter pugnae arbiter, utriusque
 pugnantium partis sprtes fatales gemina lance pensitare dici-
 tur, ita ut deprimitur ea, cui imposuerit sortes fatales par-
 tis vincendae, surgat altera. Inde h. l. tempus, quo Troia-
 ni pugnae, qui hucusque rem suam contra Graecos bene
 et feliciter gesserant, fugam circumspiciunt, hoc modò descri-
 bitur: Iupiter inclinat (*κλίνει*) lances. Sententia omnis lo-
 ci duplici modo constitui potest, ita ut vel verba: *ἐπὶν κλι-
 νῆσι τάλαντα* proxime praecedentibus iungantur, quasi expli-
 cationem nova imagine indutam contineant *ῥησις*: *ἤς τε* —
ἀμῆτος δ' ὀλιγίστος, (hoc sensu: nisi vires cibo potuque fue-
 rint recreatae, contestim defatigantur homines pugna, in
 qua maxima quasi calamorum pars falce abscissa est, et exi-
 gua messis, (exigua hostium pars caedenda,) restat, quando
 scit Iupiter hostium lancem deprimit, ut in fugam illi con-
 vertantur = vires mox deerunt inpransis ad instandū vic-
 tis hostibus, quos belli fortuna deserit); vel verba: *ἐπὶν κλι-
 νῆσι τάλαντα* etc. eodem sensu ad superiora: *αἰψα τε* — *ἀνδρω-
 ποῖτιν* propius referantur, interposita autem: *ἤς τε* *πλίστην*
 — *ὀλιγίστος* non ad pugnam nunc instantem pertineant, sed
 ea significant, quae Graeci hucusque a Troianis perpassi fue-
 rint, et in *vac. Φυλοκίς* expl. non tam unius pugnae quam
 universa belli notio spectetur. Posteriorem explicationem
 rhetori nostro praeplacuisse docent, quae mox de hac loco
 disserit. Dicit enim, inesse acerbam reprehensionem (*πικρὰν*

S

καὶ ἡ εἰκὼν ²⁵⁰ πέρας τῆς συμβεληῆς. εἰδέναι ἔν χρῆ, ὅτι αὐτὴ ἡ εἰκὼν σοφία ἐστὶ τῷ Ὀδυσσέως τῷ Ὀμήρῳ. ²⁵¹ ἐπιτιμησις γὰρ ἐστὶ κικρὰ πρὸς τὸν Ἀχιλλέα, καὶ δι' ἀπορήτων λυπηρὰ παραίνεσις. διὰ τὸτο καὶ προοίμιον αὐτῷ μακρὸν ἐστὶ.

Κρείσσων αἷς ἐμέθεν, καὶ Φέρτερος ἐν ὄλγῳ περ

Ἔγχει· ἐγὼ δὲ κε σθεῖν νοήματι γε προβαλομένην.

Πολλὸν ἐπεὶ πρότερος· γενόμεν, καὶ πλεονα οἶδα.

αὐτὸ τὸ προοίμιον τῷ σχήματός ἐστιν ἀρχή. „Μὴ πάνυ θάρρει τῇ ἀνδρείᾳ τῇ σουτῇ.“ εἰ δὲ μὴ, ἐλέγχεις αὐτὴν τὸ μηδὲν εἶναι· ἀλλ' ἄκκα παρ' ἀνδρὸς ἐμπείρου καὶ ἐπιστήμονος ἐκ παλαιῶν πραγμάτων.“ ἱς ἔν ἐστιν ἡ ἐπιτιμησις ἐκείνῳ; ²⁵²

²⁵³ Τασέρι δ' ἔ πως ἐστὶ νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιῶς.

Λῆν γὰρ πολλοὶ καὶ ἐπήτριμοι ἥματα πάντα

Πίπτουσιν· πότε κέν τις ἀνεπνεύστοις πόνου;

Ἡ δὲ χρῆ τὸν μὲν καταδάπτειν, ὅς κε θάψῃσιν,

Νηλέα θυμὸν ἔχοντας ἐπ' ἥματι δακρυχέοντας.

Ὅσοι δ' ἂν πολέμοιο περὶ συγεροῦ λίπυνται,

Μεμνησθῶσι κύσιος καὶ ἐδῆτύος, ὅφρ' ἔτι μᾶλλον

Ἀνδρά-

ἐπιτιμησιν) Achillis, qui discessu suo tot eladium, quas Graeci paterentur, auctor exstiterit. Non poterat non, Achille (cuius inpetum Troiani haud parum expavescebant) denuo in aciem prodeunte, laeta ac fere certa spes erigere Achivos, fore, ut Troiani, qui hucusque haud exigua clade ipsos affligerint, repellantur et vincantur. Cibo igitur potuque Ulysses recreari iubet Achivos, quo fortius mox possint Troianos fugientes persequi. Multa de variis loci interpretatt habet Heynius in observ. ad h.l. — Voc. ἀνδρωτῶν iungendum τῷ πολέμῳ. τετυκται factus est, exstiterit ar-biter.

²⁵⁰ καὶ ἡ εἰκὼν πέρας etc. Non patet primo obtuitu, quomodo rhetor dicere potuerit, imaginem illam esse finem s. terminum πέρας) suasionis; cum suasio Ulyssis his verbis minime finiatur, sed in seqq. sermone non figurato continetur: γαστερι δ' οὐ πως etc. Verum hoc sibi velle videtur, omne suasionis argumentum consiliumque illa imagine comprehendi, neque in seqq. (ubi res propriis verbis enunciat) nova pro erri.

²⁵¹ Ὀδυσσεὺς τοῦ Ὀμήρου. Nequeo Sylburgio adsentiri, ad-jecrive legendu: coniciienti τοῦ Ὀμηρείου aut τοῦ Ὀμηρείου. Vulgarem lect. bene se habere, ostendit similis locus §. 8. ubi eodem modo Ὀδυσσεὺς Ὀμήρου diceb. Ulysses, quem loquentem inducit Homerus.

²⁵² εἰ δὲ μὴ ἐλέγχεις etc. Ad εἰ δὲ μὴ subint. τοῦτο ποιεῖς ut sit i. q. sin minus s. alioquin. Vd. de hac ellipsi Vigerus l. l. ed. H. Vol. II. p. 511.

²⁵³ ἡ ἐπιτιμησις ἐκείνῳ = increpatio, qua increpat illum, γε-

Quae imago finis est suasionis. Tenendum igitur, hanc imaginem admodum prudenter adhibitam esse ab Ulysse Homericō. Continet quippe Achillis increpationem acerbam et molestam, quae rem non [aperte] eloquatur, admonitionem. Propterea longo utitur prooemio:

„Praestantior es me, et haud parum quidem fortior
„hastā; ego vero te prudentia, utique superaverim;
„multo enim prius natus sum, et plura cognovi.“

Ipsū prooemium est initium figurae. Hoc sibi vult:

„Noli nimium confidere fortitudini tuae; sin minus,
„eam nihil valere argues; audi potius virum non in-
„peritum et ipsa experientia edoctum.“ Quāenam igitur est illius increpatio?

„Inedia haudquaquam par est mortuum lugere Achi-
„vos. Admodum enim multi et crebri quotidie ca-
„dunt; quando igitur quis a dolore poterit respirare?
„Verum sepelire nos quidem oportet eum, qui mor-
„tuis fuerit, patientes animo, unum diem deflentes;
„quotquot autem e pugna horrenda superstitēs fue-
„rint, meminisse potus et cibi, ut acrius adhuc cum
„hostibus assidue pugnemus, induti aere indomito.

„Neque

νομενὴ εὐαίμων. Soler interdum Substantivum aliis Substant. aut Adj. Dativo iungi, ubi verbum eiusdem originis (quale h. l. est ἐπιτιμᾶν) Dativo recte iungi potest. Vd. Vigerus l. l. Vol. I. p. 58.

253 γαστέρι δ' οὐ πῶς ἐστὶ — οἶον Ἀργα. — γαστέρι, stomacho, scil. duriter tractando = inedia. — ἐπηριμοί = ἐκλληλοί, συχνοί, rectius a Substant. ἡριον, stamen s. textum, quam cum aliis ab antiquo adj. τρία (i. q. πολλά) duci videtur. Vd. Heynius in observv. ad h. l. Multi, ait, cadunt, ita ut singuli singulos continua fere serie cadendo excipiant. — ποτε κεν τις etc. Si mortuos lugentes, a cibo abstinere volumus, fame nobis esset pereundum, cum non desinant cades. — ἐπ' ἡματι = ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ (Hesych.) ἐν αὐτῇ τῇ ταφῇ ἡμέρᾳ (ut in Scholl. explicatur) — δακρυχέοντας quod apud nostrum et in margine edit. Homeri Stephan. legitur, receptum a Barnesio et Heynio sensu non differt a vulg. Homeri codd. et edit. script. δακρύσαντας. — πολεμίοι περὶ λιπώνται i. q. ὅσοι δὲ περιλιπώνται ἐκ πολέμου. — Vbb. μὴ τις ἄλλην etc. Schol. expl. μὴ τις τῶν λαῶν τὴν ἐξ ἑτέρου στρατεύων (i. q. παρακλεύειν, s. ἐπικαλεῖσιν; testibus Grammaticis vet.) ἐνδεδυμένῳ, ἀλλ' αὐτοκλεύσας ἐξίτω. ἰσχυράσας i. q. se cohibeat, = cunctetur expectans. Vd. Heynius ad Il. l. 23. v. 300. — ἡδὲ γὰρ στρατεύς etc. propter cohortationis causam (cunctationem) poena adducitur. — Ἀργα apud Hom. saepissime de proelio dici neminem fugit.

Ἄνδράσι δυσμενέσσι μάχώμεθα νωλευέες αἰεὶ,
Ἑσάμενοι χροὶ χαλκὸν αἰετρεῖα· μηδὲ τις ἄλλην
Λαῶν ὄτρυντὺν πετιδέγμενος ἰσχαναάσθω.

Ἡδὲ γὰρ ὄτρυντὺς κακὸν ἔσσεται, ὃς κα λήπηται
Νηυσὶν ἐκ' ῥγαίων· ἀλλ' αἰθροὶ ὀρμηθέντες,

254 Τρωσὶν ἐφ' ἱπποδάμοισιν ἐγαίρομεν ὁζὺν Ἄρηα.

αἰεὶ ἔλεγεν· „Πολλοὶ ταθναῖσιν ἤδη διὰ σὲ μνηϊῶντα· νῦν
ἀπορρίψας τὴν μῆνιν 255 ἀξιοῖς τῇ σαυτῇ προσθήκη ἐλπί-
δας τῆς νήτης ἔχειν. εἰάν ἐν ἐξέλθῃσι νήσεις, ἡδ' ἂν ὁ
Ζεὺς χαριζόμενός σοι βοηθῇ τοῖς Ἕλλησι, δυνήσονται διαρ-
μέσαι νήσταις ὄντες πρὸς τὸ κρατῆσαι. ὥστε μὴ φρόνει μέ-
γα ἐπὶ τῇ προσθήκῃ τῇ Διὶ, καὶ προπετῶς στρατεύ·
ἐλεγχθήσῃ γὰρ 256 σὴ ἀσθενεῖς τῶν στρατιωτῶν·

Αἰψὰ τε Φυλόπιδος πέλεται κόρος ἀνδρώποισιν,

Ἄμητος δ' ὀλίγιςτος, ἐκὴν κλίνῃσι τάλαντα

Ζεὺς, ὃς τ' ἀνδρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται.

εἰ γὰρ τῇ Διὶ ἡ μνήμη ἐνταῦθα; „Συμβήσεται ἔν δ'
πολλὴν γένεσθαι ἡμῖν ὠφέλειαν ἐκ τῆς παρα σε προτρο-
πῆς 257 διὰ τὸν Δία, ἂν ἀσθενεῖς ὄντες στρατευσώμεθα. ὥς
ἐλεγχθήσεται σε ἡ ἀνδρεία ἡ θαυμαστὴ ὑπὸ τῆς προπετείας.“
ἐπαυδὴ τοίνυν ταῦτα κικρά ἐσι καὶ ἐπιτιμήσιν ἔχει, εἰκένος
παραβολῇ τὸ κικρὸν τῆς ἐπιτιμήσεως ἀσφαλὲς ἐποίησαν.

ΚΕΦ. 6.

Περὶ τῶν ἐν μελέταις πλημμελουμένων.

α. Ταῦτα δὲ 1 πλημμελόμενα ἐν ταῖς μελέταις. οἱ μὲν
ἡθῶν

254 ὡσεὶ ἔλεγεν. Nestio, quid moverit Sylburgium, ut divisio
scribendum putaret ὡς εἰ.

255 ἀπορρίψας — ἔχειν. ἀπορρίπτειν μῆνιν (prolicere, i. q. mis-
sam facere iram) phrasis est Homérica, Il. l. 9. v. 513. οὐκ
ἂν ἐγινώκεσσι μῆνιν ἀπορρίψαντα κελοίμην.

Post ἀξιοῖς suppl. σε. Putas, te Ideo iure meritoque vi-
ctoriam sperare, quod te tuasque vires denuo addideris
Graecis, (denuo spem nobis feras.) προσθήκη patet h. l. de
eo dici, qui auxilium ferat pugnantibus, ut infra προσθήκη
Διός. — ἀξιοῦν h. l. simpl. putare, existimare, ut Xenoph.
memorabb. Socr. l. 4. 10. et al.

256 ἐλεγχθήσῃ γὰρ etc. ἐλεγχεσθαι constat haud raro de iis di-
ci, qui vanae gloriationis et mendacii convincantur. Ita
πρὸς: ἐλεγχθήσεται σε ἡ ἀνδρεία ἡ θαυμαστή. Veretur Ulysses,
ne inbecillitas militum arguat, frustra Achillem suam forti-
tudinem iacuisse Jovisque auxilium,

§. 4. Sententias quod attinet, modum in iis pertractandis tenendum non observamus; alii enim omnia breviter percurrunt, dum singula eorum, de quibus quaeritur, innuunt, et obiter transeunt, rati quippe, cum iusta uti brevitate, qui accuratiorem rerum propositarum meditationem omnino negligat. Alii peccant in eo elaborantes, ut de quavis quaestione proposita
quam

quae ad argumenta rei probandas primasias pertineant, ut c. 11. §. 8. 9. — Cum iis, quae de brevitate et ubertate nimia in iis pertractandis vitanda hac §. praecipiuntur, Cfr. Quintil. institt. oratt. l. 8. c. 3. non longe a fine, l. 4. c. 2. inde a verbis: *brevis erit narratio etc.* Cicero de invent. l. 1. c. 20. de orat. l. 2. c. 30.

30 *δια βραχέων επιτρεχουσι. επιτρεχειν τι* dicuntur, qui nimia brevitate usi (obiter) dicendo aliquid pertractant. Vd. Dionys. Hal. *περι των Σουκρυδιδου ιδιωμάτων* c. 13. p. 839. T. VI. ed. Reisk.

31 *συνομιαν τινα etc. συνομιαν* vocant rhetores eam breviter, quae iure inter virtutes orationis referatur. Vd. Dionys. epist. ad Pompeium de Platone et historicis p. 775. T. VI. ed. Reisk.

32 *της — θεωρίας. θεωριαν* h. l. vocat accuratiorem rerum pertractandarum contemplationem, Vd. Ernesti in lex. saepius laud.

33 *σκοπουντες, ουκ ειδοτες etc.* Ad participium *σκοπουντες* recte intelligendum e superioribus suppleatur necesse est *πλημμελουνσιν*. Malim tamen *σκοπουσιν*, quod respondeat illis: *αλλ' οι μεν παντα δια βραχέων επιτρεχουσι.*

34 *τα μεν φυσει ομολογουμενα. τα ομολογουμενα* dicc. quae ab omnibus conceduntur, extra dubitationem posita, solentque *τοις αμφισβητουμενις* s. *αμφισβητησιμοις* opponi. Vd. c. 11. §. 8.

35 *την ισχυν εχει' εαν δε τις.* Perperam vulgo post *εχει* plene interpungi, recte iam vidit latinus interpres. Res ipsa docet, verba: *εαν δε τις etc.* pariter quam praecedentia pendere ab illis: *ουκ ειδοτες οτι etc.* — Quae minime indigeant multa demonstratione, ea bene monet infirmiora reddi, si ora-

δὲ τις μῆνυν. ψυχρότερα καὶ ἀσθενέστερα αὐτὰ ἐξεργάζε-
ται. περὶ δὲ τὰς τῶν νόμων ἐξετάσεις καὶ τὰς τούτων ἀπο-
δείξεις ἢ πολλὰ πραγματεία ἀναγκαῖα τῷ ῥήτορι, ὅτε πολ-
λάκις ³⁶ ἀγνοούμενά τε βραχέως δεῖ λέγειν, καὶ οἷς δεῖ
μῆκος περιτιθέναι· καίτοι βραχύς ὁ περὶ τούτων λόγος. ³⁸
ὡς τὰ ἰσχυρότατα βραχύτατα λεγέον· τὰ δ' ἀσθενέστατα
ἔσι, καὶ τὰ ἀγχώμαλα ³⁹ τὰ τῆς βοηθείας τοῦ ῥήτορος εἰς
ῥοπήν δαόμενα. ὅλως δ' οὐτε βραχέα, οὔτε πολλὰ, δεῖ
ζητεῖν λέγειν, ἀλλὰ σύμμετρα πανταχοῦ, ζητούντας πρὸς
τῇ συμμετρῷ ⁴⁰ πανταχοῦ καὶ τὴν ἀσφάλειαν· ἐπιθυμία δὲ
τοῦ πολλὰ δοκεῖν εὐρίσκειν καὶ λέγειν, πολλὰ ἐν τοῖς λόγοις
λυμαινόμεθα. ταῦτα μὲν καὶ περὶ τὴν γνώμην ἀμαρτήματα.
εἰ. Ἀτεχνία ⁴¹ δ' ἐν μελέταις αὐτῇ. πρώτη μὲν, γυμ-

tor dicendo producat. Docet quippe experientia facile, fieri
(maxime inter homines minus cultos) ut quis de indubitata
veritate eorum, quae ipsi antea essent persuasissima, ideo
dubius haerere incipiat, quod alium in illis demonstrandis
operose elaborantem videat.

³⁶ ὅτε πολλὰκις ἀγνοούμενα etc. Haud raro, ait, in legum in-
quisitione et demonstratione quaedam minus nota ideoque
intellectu difficiliora obveniunt, quae tamen cum ad rem pro-
bandam minus necessario pertineant, brevius pertractari
oporteat, ne tempus consumatur aliis ad rem probandam pro-
pius spectantibus inpendendum. Quae in re eo maior πραγ-
ματα oratoris requiritur, quo difficilior est, res minus no-
tas breviter quidem sed ita explicare, ut facile ab audientibus
intelligantur.

³⁷ καὶ οἷς δεῖ μῆκος περιτιθέναι = καὶ τοῖς μῆκος περιτιθέναι,
οἷς δεῖ μ. π. — Vocab. περιτιθέναι (de cuius vi tropica alicui
tribuendi quid s. conciliandi supra vidimus c. 2. §. 4. n. 31.)
haec loco ideo apprime convenit, quod sermonis copia res,
in qua explicanda oratio versetur, quasi circumtundatur.

³⁸ ὁ περὶ τούτων λόγος. Seqq. docent, λόγος h. l. non ipsam
orationem significare (quo sensu latinus int. accepit) sed
praecceptum de brevitate et ubertate sermonum necessaria.

³⁹ τὰ ἀγχώμαλα proprie quae fere aequalia sunt, haud dubie eo-
dem modo quo voc. ἀντιστοίχα (c. 9. §. 5. et al.) argu-
menta signif. quibus tam dicenti ipsi quam adversario in
suum commodum uti liceat. Quae si orator ita pertractat,
ut ipsi potius, quam adversario ea favere pateat, veluti mo-
mentum addit, quo altera librae lanx, cui argumenta illa in-
posuerat, inclinetur. Hanc enim loci sententiam prodire vi-
demus, sive ῥοπή vertamus: momentum (ut illa argumenta
αγχώμαλα auxilio artificii oratorii indigere dicantur, quo ip-
sis addatur momentum) sive pro ipsa inclinatione accipiamus,
(indigent auxilio oratoris, ut inclinare possint ac deprimere
landem.)

⁴⁰ πρὸς τὴν συμμετρίαν etc. Oportet, ait, oratorem in argumen-
tis pertractandis ita versari, ut neque iustae proportionis le-

quam plurima proferant, dum non intelligunt, omnia, quae propter ipsam rei naturam ab omnibus concedantur, quae e moribus intelligantur, quae consuetudine fuerint constituta, si paucis declarentur, vim suam servare, contra, si quis dicendo producat, frigidiora reddi et inbecilliora. In ea vero, quae ad leges pertinet, inquisitione et demonstratione permultum operae oratori ponendum, cum haud raro occulta breviter indicari debeant, alia vero, quae pluribus verbis indigeant, uberiori sermone comprehendendi. Licet tamen praecepta huc spectantia his paucis complecti: firmissima argumenta quam brevissime esse pertractanda, infirmissima vero, et, quae ab adversario retorqueri facile possint, indigere omnino oratoris auxilio, quo res quasi inclinetur (s. quo momentum rei addatur.) Omnino autem oratoris est, neque brevitati, neque copiae orationis studere, sed in eo elaborare, ut ubique tantum dicatur, quantum iusta exigit proportio, ac praeterea tuta reddatur oratio. Etenim dum multa invenire ac dicere videri volumus, solemus in orationibus nostris permulta corrumpere. Haec fere sunt, quae ad sententias pertinent, peccata.

§. 5. Artis, (quae ad oeconomiam orat. pertinet) inperitiam his vitiis ostendunt. Primum nuda argumentorum

ges violet, neque sibi et causae suae ipse periculum adferat, firma argumenta nimia ubertate extenuando, infirma obiter transeundo. (De voc. ασφαλεια. vd. c. 8. §. 2. n. 9.) Malui enim voce. *συμμετρα* et *συμμετρια* ad iustam proportionem, quae ex ambitu singularum orationis partium aestumetur, referre, quam cum latino int. magis universam notionem ubique apta et accommodata dicendi substituere, quippe quae sequentibus potius *την ασφαλειαν* inest. Etenim ut tuta evadat oratio, ubique tantum dici debet, quantum argumento in quo orator versetur, et consilio dicentis conveniat.

§. 5.

41 *ατεχνια* — *αυτη*. Miro errore factum, ut in pluribus codd. et edd. vulgg. inde ab Ald. haec verba a reliqua orationis serie plane separata legerentur, et novi capituli, quod a verbis: *πρωτη μιν* etc. inciperat, inscriptionem continerent. Recte viderunt Sylburgius et Hudsonus, minime novi capituli, sed novae huius cap. 10. particulae (§§ 5. 6.) argumentum indicari. Addicere videntur codd. reg. 1. et Colb. qui in margine titulum habent: *περι της εν μελυσταις ατεχνιας*. Cfr. praeterea §. 19. ex. ubi omnia, quae hoc cap. 10. pertractata fuerant, breviter repetuntur: *το δε νυν εχον, τηρηταιον τα εν μελετη πλημμεληματα, εν ησει, εν γνωμη, εν τεχνη, εν λεξει.* —

42 γυμνῇ τῶν κεφαλαιῶν πρότασις πανταχῆ, τὸ μὴ ἐπίστασθαι,
 43 μὴδὲ προδιοικεῖσθαι, ὅπαρ ἐστὶ προσυψῆσαι, ἢ προδιαβα-
 λειν, μὴδὲ 44 τὰς τῶν προτάσεων μεθόδους· αἱ ἐπὶ τριῶν
 σχηματῶν ἀγωνίζονται· 45 ἢ ὡς αἰδότης τῷ λέγοντος τὰ
 μέλλοντα λαχθήσεσθαι ὑπὸ τῷ ἀντιδίκῃ· οἶδα 46 τοῖνυν,
 ὅτι ἐρεῖ· καὶ ἄλλα νῆ Δία ἐρεῖ· ἢ ὡς πυθόμενος· „Πέ-
 πυσμαι 47 τοῖνυν αὐτοῦ ἐρεῖν· Ἀπήγγειλε τοῖνυν τίς μοι·“
 ἢ ὡς σοχαζομένους, ὧν ἐκάστη τῶν προτάσεων κατὰ λόγον
 τέχνης προτείνεται· ὁ δὲ λόγος τῆς τέχνης ἔτω· περὶ
 ὧν θαρρόμεν 49 λῦσιν, ἐρῶμεν, „Εἰδέναι ἐρῶντα τὸν ἀν-
 τίδι-

Quae sequuntur, docent, ἀτεχνίαν sensu quodam angustiori (neque tamen satis accurate constituto) eam appellari artis imperitiam, quae ad omnem orationis oeconomiam pertineat. Similiter auctor cap. II. (§. 9.) τέχνην ab ἡσεί, γνώμῃ, λέξει distinguit, ita tamen, ut non tam ad omnem orat. oeconomiam referat, quam ad artificium oratoris sententiarum rem probantium pertractationi mores apte iungentis.

42 γυμνῇ τῶν κεφαλαιῶν etc. Quoniam κεφαλαια haud raro fontes, s. sedes argumentorum, (quorum usus in orat. fieri possit) loci communes, dicuntur, ut infra §. 15. (vd. Ernesti in lex. laud. sub h. v.) malim tamen h. l. ipsa argumenta, imprimis (quod seq. oratio docet) ea, quibus adversarius uti possit, ab oratore refutanda, intelligere. Eadem dicc. πισταίς §. seq. Quasnam vero sit nuda eorum propositio (vd. de προτάσει c. 8. §. 3. n. 21) e seqq. intelligetur. Ceterum simil. Hermogenes voc. προτάσεως ad eorum potissimum argumentorum propositionem retulit, quae adversarius esset prolaturus. I. 3. περὶ ευρῶσεων capite περὶ κεφαλαιῶν: πρότασις μὲν γὰρ ἐστίν· ἢ ἐπαγγελία τῆς ὑποφορᾶς· ὑποφορὰ δὲ ὁ τοῦ ἐχθροῦ λόγος) add. Quinctil. institt. orat. l. 5. c. 13.

43 τὸ μὴ ἐπίστασθαι etc. Non male quidem legit Wolfius: τῇ μὴ ἐπί. Necessariam tamen lectionis vulg. mutandae causam non video. Nudam κεφαλαιῶν propositionem esse dicit, (in eo versari), quod nesciant dicentes brevius et obscurius quasi praeludendo laudare aliquid aut vituperare, antea quam ad eum locum veniant, ubi laudatio illa aut vituperatio uberius tractanda. Simili sensu προδιοικεῖσθαι supra legéb. c. 9. §. 7. — προσυψῆσαι = antea commendare, laudare. Vd. de voc. συστάσις monita c. 5. §. 2. n. 11. Novitius hand raro oratores forenses ei, cuius causam essent acturi, audientium et iudicum animos, anteaquam ad rem ipsam venirent, conciliare studuisse. — προδιαβαλλειν dicuntur, qui antea suspecta reddunt, et extenuant, quae ad causam adversarii pertineant. Vd. Ernesti in lex. laud. sub h. v. Ita infra §. 13. δεῖ γὰρ ἡ συστήσαι ἢ διαβαλλειν, ἢ προσωπον, ἢ πραγμα.

44 μὴδὲ τὰς τῶν προτ. μεθόδους. Nequeo Sylburgio assentiri vulgarem lect. μὴ in κατὰ mutanti (hoc parum commodo sensu: accommodate diversis, quae adhiberi possint, propositionum forandarum rationibus). Scribendum potius μὴδὲ, ut verba respondeant illis: μὴδὲ προδιοικεῖσθαι — προδιαβαλλειν. Taxan-

torum propositione, qua ubique utuntur, dum ea, quae, priusquam ad rem ipsam veniant, laudare debeant aut vituperare, praeludendo quasi tractare nesciunt, neque diversas propositionum formas perspectas habent. Solent autem illae trium potissimum figurarum usu perfici, ita ut orator simulet, se vel certo scire ea, quae adversarius sit dicturus, (novi sane, eum hoc esse dicturum: profecto hoc dicet) vel audiendo cognovisse (audivi eum dicturum: nunciavit mihi aliquis) vel coniectura assequi. Quarum propositionis formarum quaeque artis praeceptis accommodatae adhibetur. Illa autem artis praecepta huc redeunt; ut, si quae adversarii argumenta nos confutatuuros esse confidamus, scire nos

tur oratores illi propterea, quod partim artificium argumentorum propositioni aliqua praemittendi vel ad laudandam, vel ad reprehensionem pertinentia partim varias dicendi formas, quibus argumenta proferentes uti possint, ignorant.

45 αἱ ἐπὶ τριῶν σχήμ. ἀγωνίζονται. Seqq. docent, illas προτάσεων conformationes propterea σχήματα dici, quod in usu eorum vel simulentur quaedam vel dissimulentur. v. d. c. 8. §. 1. n. 1. Notandum hic vocab ἀγωνίζεσθαι ad singulas orationis partes translatum.

46 οἶδα τοίνυν etc. Vulgo: „οἶδα τοίνυν, ὅτι ἐρεῖ, καὶ ἄλλα νῦν „Δία ἐρεῖ“ hoc sensu, „novi sane, eum hoc esse dicturum, et alia profecto prolaturum (insuper additurum.“ Verum cum scriptoris consilium in eo tantum versaretur, ut futurulam notaret oratoris significaturi, se certo scire, quae adversarius dicturus sit; non video, quid ad hunc locum pertinuerit, oratorem hoc dicentem inducere, se scire, adversarium alia quoque esse prolaturum. Hinc, ne οἶδω ἐνθάδε deret ῥησις: καὶ ἄλλα — ερεῖ ἡμεῖς post καὶ interpungere et ἄλλα in praepos. ἄλλα mutare. Notantur duae formulae, quibus orator certam ipsius persuasionem possit significare. Ita μοκ: πεπεισμαι τοίνυν αὐτὸν ερεῖν. Ἀπήγγειλε τοίνυν τις μοι.

47 πεπεισμαι τοίνυν etc. Recte monuit Sylburgius: sectionem eodd. mss. et edit. Steph. πέπεισμαι praecedenti πεποιημένου et seq. ἀπήγγειλε minime congruere.

48 κατὰ λόγον τεχνῆς προτείνεται. Κατὰ λόγον τεχνῆς = accommodate praeepto artis, ut e seqq. patet: οὗ δὲ λόγος τῆς τεχνῆς οὕτω. Pro πρωτεύεται, quod vulgo editum leg. et sensum minus commodum exhibet (quarum propositionis formarum quaeque primum obtinet locum artis praecepto accommodatae), reponendam putavi eodd. scripturam: προτείνεται.

49 περὶ ὧν θάρρουμεν λῦσιν. Legendum olim cum Sylburgio putaveram λῦσιν (= περὶ ταύτων, α θάρρουμεν λῦσιν ἡμᾶς). Intellexi tamen, vulgarem lect. non inepte defendi posse, cum Graeci interdum form θάρρουν τι de eo uterentur, qui animo conficenti aliquid adgrederentur, agendum tractandumque susciperent. Demosth. orat. Olynth. 3. οὗτος φίλῆτος ἐθάρρουν

τίθικον·“ περί ὧν ἀμφιβολῶς⁵⁰ ἔχομεν καὶ μέσως, „Εἰ-
κάζειν“ προσηγορεύεσθαι· ἃ δ' ἰσχυρὰ ὄντα τῷ ἀντιδίκῳ
ἴσμεν, „Ἰαυτὰ ἀκηκοίνα“ φήσομεν· ἵνα μὴ δοκῶμεν⁵¹
συνειδέναι τὰ ἰσχυρὰ τοῖς ἐναντίοις.

5. Μία τοίνυν αὕτη ἀτεχνία, ὅπερ⁵² ἔφην, ἡ τῶν
προτάσεων γυμνότης· ἦν καὶ τέχνην τινὲς διαιρέσεως νο-
μίζουσιν· ἑτέρα δὲ, ἡ δοκῶσα παρὰ τοῖς πολλοῖς τῆς τά-
ξεως ἀκολοθία.⁵³ τὸ κἄλὸν τῇ προβλήματι, τὴν τάξιν
διδόναι τοῖς καλεμένοις κεφαλαίοις· ἀλλὰ⁵⁴ μὴ ὥσπερ σοι-
χεῖοις χρῆσθαι τοῖς κεφαλαίοις κατὰ τὴν τάξιν ἀπὸ
τῆ α ἕως ω, ἀλλὰ κατὰ τὴν χρείαν τῷ ἀγῶνι διακοσμεῖν
τὰς πίστεις, ἕνι καὶ μετατιθέντα, καὶ τάξιν τὸ συμφέρον
ἡγούμενον, καὶ καθάπερ γραμματικὸν ἄνδρα, ὥσπερ γραμ-
ματα πρὸς τὰ ὀνόματα, ἔτω καὶ τὰ κεφάλαια πρὸς τὰ
πράγ-

τούτους, οὗθ' οὔτοι Φίλιππον i. e. neque Philippus Olynthios,
neque hi Philippum adgredi (bello obducere) audebant, λυ-
σις dic. argumentorum adversarii refutatio. Vd. Ernestius in
lex. laud. sub v. λύνω.

50 περί ὧν ἀμφιβολῶς etc. Antecedd. docent, ἀμφιβολῶς εἶχεν
dici eos, qui minus certo confidunt, se argumentum ab ad-
versario proferendum esse refutatuos.

51 ἵνα μὴ τοῖς ἐναντίοις. Cavendum dicit oratori, ne, dum
significet, se certo scire, argumenta illa (ἰσχυρὰ) ab adver-
sario prolata iri, et audientes et adversarius inde conii-
ciant, sentire illum horum argumentorum gravitatem, ideo-
que et audientibus causa oratoris suspecta reddatur, et ad-
versarii fiducia augeatur.

§. 6.

52 ὅπερ ἔφην. Non male coniecit Sylb. scrib. ὥσπερ ἔφην, quan-
quam negari nequit, Graecos haud raro indefinitius loquentes
Neutro uti, ubi antecedd. aliud genus requirerent.

53 τὸ καλὸν τοῦ προβλήματος etc. προβλημα patet h. l. non tam
dici argumentum oratori propositum, quam ipsam contro-
versiam rhetoricam, declamationem. Vd. Ernesti in lex. l.
sub. h. v.

54 ἀλλὰ μὴ — πρᾶγματα διακοσμεῖν. Vulgaris omnis loci lectio
mendosissima haec est: ἀλλὰ μὴ κατὰ τὴν χρείαν τοῦ ἀγῶνι
διακοσμεῖν τὰς πίστεις, ἕνι καὶ μετατιθέντα, καὶ τάξιν τὸ συμφέ-
ρον ἡγούμενον· ἀλλὰ μὴ ὥσπερ στοιχεῖοις χρῆσθαι τοῖς κεφαλαίοις
κατὰ τὴν τάξιν ἀπὸ τοῦ α ἕως ω, ἀλλὰ καθάπερ γραμματικὸν ἄν-
δρα πρὸς τὴν χρείαν τῶν ἀγῶνων, ὥσπερ γράμματα πρὸς τὸ α
πρὸς τὰ ὀνόματα, οὕτω καὶ τὰ κεφάλαια πρὸς τὰ πρᾶγματα διακοσ-
μεῖν. Ubi 1) non video, quomodo vel Dionysio vel omnino
scriptori sana ratione praedito in mentem venire potuerit, ea
dicere, quae ē vulg. lect. verbis, τὸ καλὸν τοῦ προβλήματος —
ἀλλὰ μὴ κατὰ τὴν χρείαν — πίστεις etc. dici videmus: virtus
quidem s. ornamentum est orationis, ordinem certum capi-
tum constituere, minime vero (sc. καλὸν ἐστὶ), argumenta

nos significemus, eum hoc esse prolaturum; si dubii haereamus, coniectantes potius agamus; si firma argumenta adversario suppetere intelligamus, nos audiendo percepisse dicamus (illum haec prolaturum), ne, quam firma sint, nosse videamur.

§ 4. Primum igitur vitium, quod inperitiam artis, (quae ad oeconomiam orationis pertineat) significet, illam esse vidimus nudam argumentorum propositionem quam nonnulli adeo divisionis artificium opinantur. Alterum vero in illa quae multis probatur, ordinis observatione cernitur. Ornamentum quidem est orationis, ordinem quendam eorum, quae vulgo capita quaestionis vocantur (argumentorum) constituere; modo caveamus, ne capitibus illis velut elementis utamur, ordine procedentes ab α inde usque ad ω , sed, Grammatici instar, iis potius, quae orationis cuiusque con-

iis, quae consilium orationis exigit (τη χρεία του αγνοος) accommodare disponere? Id potius taxari debebat, quod permulti argumentorum dispositionem orationum consilio non accommodarent, sed certum quendam constitutum capitum ordinem ubique tenendum putarent (quasi alphabeticum litterarum ordinem ab α inde usque ad ω persequerentur). Offendit porro a) oratio male nexa nimiumque abundans in verbis: *αλλα καθαπερ γραμματικον — πραγματα διακοσμου.*

Illa enim: *προς το α* (s ut in icodd. pessime leg. *προς τον α*) ante *προς τα ονοματα* sensu carent, haud dubie male repetita e superioribus: *απο του α εως ω*, quod, Sylburgio notante non latuit Wolfium. Item formularum: *προς την χρεian των αγωνων* et *προς τα πραγματα (διακοσμου)* alterutram rectius abesse vix est quod moneam. Delenda haud dubie prior, quae omnem seriem orationis, qua exemplum Grammatici propionitur, male interrumpit. Neque tamen periodum omnem eo plane in integrum restitui putabam, quod deletis hisce repetitionibus et semicolo (post *κεφαλαιois*) vulgo obvio itemque verbis: *αλλα μη κατα την χρεian* mutatis in: *και κατα την χρεian*, in reliquis vulgaris ordo retineretur. Etenim cum rhetor verbis: *το καλον — κεφαλαιois* monuisset, esse quidem aliquem *κεφαλαιων* ordinem virtutis loco habendum, iure meritoque expectat lector, eum confestim additurum esse id, quod ipsi minime *καλον του προβλ.* esse videretur. His rationibus ductus transpositione enunciationum in textum recepta locum ita sanare studui, ut series orationis ea evaderet, quam consilium scriptoris afflagitaret. Primariam lectionis depravatam causam e simili initio priorum enunciationum: *αλλα μη ωπερ στοιχειois*, etc. et: *αλλα κατε την χρεian* etc. petendam videmus.

Sententia verborum: *και ταξιν το συμφερον ηγουμενον* huc reedit: quem ordinem dicentis eiusque causae commodum

πολλάχθ.

πράγματα διακοσμεῖν. ἕτερον ἐκεῖνο, τὸ μηδαμῶς συμπλέ-
 κειν ⁵⁵ τοῖς ἀσθενέσι τὰ ἰσχυρά, ἵνα τῇ τέττων ἰσχυροῦ ἐκεί-
 να ἐπικρύπτηται· ἔτι καὶ ἐκεῖνο, τὸ μηδαμῶς τῶν λόγων ἐκ-
 βολὴν ποιῆσθαι ⁵⁶ μηδαμῶς καιροὺς ὑπερβαίνοντα, εἴτα πάλιν
 ἐπαθόντα· ὅπερ ποιῶσιν οἱ παλαιοί, (οἱ) ἐν ἑτέρων
 καιρῶν ἀγῶσιν, ἑτέρων μνήμας ποιῶντα, τεχνικῶς προδι-
 οικήμενοι τὴν τῶν μελλόντων λεχθῆσεσθαι πίσιν, καὶ παρ-
 ὄντα ὁμοῦ ταῖς ἐκείνων ⁵⁸ συμπλέκοντες πίεσιν. ἔτι καί-
 κειν ἀμάρτημα, τὸ μηδὲν προδιοικεῖσθαι, μηδὲ πρότερον
⁵⁹ ἀποδεικνύου, εἴτ' ἐπιφέρειν· ὅπερ ποιῶσιν οἱ παλαιοί
⁶⁰ πολλὰ, καὶ μάλιστα Δημοσθένους κατὰ μίμησιν ⁶¹ (τῶν)
 Πλάτωνος, εἰδὼς, ὅτι πάνταχθ ⁶² προτεινόμενα τὰς κατα-
 σκευὰς ἀσθενεῖς ἔχει· προκατασκευασθέντα δὲ πιστὰ ἐπε-
 νεχθέντα φαίνεται. τί δεῖ λέγειν, ὅτι τὴν ἀναγκάσιαν ἀκο-
 λεθίαν ἐχ' ὀρώμεν, ἣν Φησι δεῖν Πλάτων προσδεῖναι τοῖς
 λόγοις; ⁶³ οὐ χυδῶν ὡς ἔτυχε βεβλήσθαι τὰ ἐνθυμήματα,
 ἀλλ'

efflagitat, eum optimum censei oportet, etsi ab eo deflectat,
 quo argumenta illa primum sese dicenti offerrent, Similia
 praecepta de collocatione rerum causae utilitati accommodan-
 da vd. in libris rhetorr. ad Herennium l. 3. c. 9. Cic. de orat.
 l. 2. c. 76. — Male τάξιν exh. codd. reg. i. et Colb.

⁵⁵ το μηδαμου συμπλεκειν etc. Imprimis huc pertinent, quae a
 Cicero de orat. l. 2. c. 77. praecipiantur: „ergo ut in ora-
 tore optimus quisque, sic et in oratione firmissimum
 „quodque sit primum; dum illud tamen in utroque teneatur,
 „ut ea, quae excellent, servantur etiam ad perorandum;
 „ei quae erunt mediocria — in mediam partem atque in
 „medium coniciantur.“ add. libri ad Herennium l. 3. c. 9.
 Quintil. institt. orat. l. 5. c. 12.

⁵⁶ ἐκβολὴν ποιῆσθαι etc. ἐκβολή eodem sensu dict. quo Cicero
 in opp. ad Att. l. 7. ep. i. hac voce utitur, ut indicet di-
 gressionem orationis, qua aliquid a praesenti oratione
 alienum interponatur. Vd. Ernesti in lex. laud. sub h. v.
 „καιροὺς ὑπερβαίνοντα.“ Tempus, ad quod pertinet causa,
 „quae nunc agitur, transgreditur, qui causae alio tempore
 actae mentionem iniicit

⁵⁷ οἱ παλαιοὶ (οἱ) ἐν ἐτο. Male vulgo ante εν vel οἱ vel εἰ ex-
 cidit.

⁵⁸ συμπλέκοντες πίεσιν. Edidi, omni orationis structura ef-
 flagitante, συμπλέκοντες pro vulg. συμπλέκονται, aequè vitioso
 quam script. codd. Colb. et Cant. συμπλέκοντα. — Quae nunc
 aguntur (τα παρὸντα) coniungunt oratores illi argumentis,
 quibus alio tempore alias causas his vel similes vel ullo
 modo cognatas probaverint, dum ad illas provocant; adtruen-
 tes hoc artificio fidem iis, quae nunc dicturi sint, haben-
 dam.

⁵⁹ μηδὲ πρότερον ἀποδεικνύου etc. Reprehenduntur ii, qui
 „non utantur artificio rem probandi antequam diserte pro-

consilium desideret, accommodate argumenta disponamus; nonnulla adeo transponentes, ipsorumque causae nostrae commodum verissimam ordinis regulam existimantes, ita ut singula capita rebus tractandis, velut litteras vocabulis accommodate digeramus. Aliud vitium committunt, qui nunquam infirmis argumentis valida adnectunt, quorum robore illorum infirmitas quasi obtegatur; itemque, qui nunquam ab orationis argumento deflectunt, ita ut praesens tempus quasi transgrediantur, tumque ad propositum redeant; quod antiqui oratores facere solent, dum ad tempora diversa ab iis, in quibus oratio versatur, digrediuntur, artificiose fidem iis, quae dicturi sunt, habendam praestruentes, et praesentia argumentis, unde illa probabantur, connectentes. Peccant porro, qui omnino nihil praestruunt, neque, anteaquam diserte proponunt, comprobare student; quo artificio veteres saepenumero usi sunt, imprimis Demosthenes Platone[m] imitatus, quippe qui probe nosset, propositiones simplices ubique adhibitas exiguam habere probandi vim; contra, quae artis ope

antea ponant, et ita audientes, ipsis nesciis, eo ducendi, quo ducere eos voluerint.

60 οἱ παλαιοὶ πολλὰ etc. Haeserunt in vulg. lect. Wolsius et Sylburgius, quorum ille πολλοί, hic vel τὰ πολλὰ, vel πολλὰκις legendum putavit. Verum recte dici potuit πολλὰ πρόκατὰ πολλὰ μέρη (saepenumero) ut apud Aelianum varr. hist. 1, 23. et al.

61 κατὰ μίμησιν τῶν Πλατωνέων. Quanquam vulg. lectio τῶν Πλατωνέων (sc. λέγων ἢ συγγραμμάτων) perse non habet, quo offendant, malim tamen, Sylburgio monente, τὴν Πλατωνέων scribere, quum noster, et supra §. 2. eadem formula usus fuerit, et nostra §. ex. eadem denuo utatur.

62 ὅτι πανταχοῦ προτεινόμενα etc. Voc. πανταχοῦ (quod recte vidit lat. int.) acutius iungendum τῷ προτεινόμενα, non iis quae seqq. τὰς κατασκευὰς ἀσθενεῖς ἔχει. Ambigua sane oratione scriptor usus videtur, nisi sumas, ante πανταχοῦ excidisse articulum τὰ, quem Wolsius minus recte post πανταχοῦ addi voluit. Minime enim dici poterat, ubique infirmam esse confirmationem eorum, quae simpliciter proponantur, nec antea iam fuerint praeparata. Non omnia quippe argumenta tali artificio indigent. Eos tantum rhetor taxandos putat, qui mox probanda nunquam antea praeparant (τε μὴδεν προδιδεικνύσας etc.) Vd. §. 3. in. γυμνὴ τῶν κεφαλαιῶν προτάσις πανταχοῦ. De voc. κατασκευῇ (h. l. confirmatio) vd. Ernesti in lex. laud.

63 ἐν χυδῶν ὡς etc. Innuitur locus Platonis in *Phaedro* obvis p. 308. edit. Heinsdorf. (qui nuper *Phaedrum* cum *Lyside*, *Charmide*, *Hippia* maiori ed. Berolini, 1802. 8.) Ibi So-

ἀλλ' εἶναι τὸν λόγον ὁμοῖα σώματι ἐκ κεφαλῆς ἐπὶ πόδας ἔχοντι τὰ μέρη καὶ τὰ μέλη ἀλλήλοις τε πρέποντα καὶ τῷ ὅλῳ συστήματι τῷ σώματος. τὶτο μὲν παρήμι ⁶⁴ εὐθύνειν, ὅτι ἔοικε ἔσπανιον εἶναι. ὁπότα γὰρ ⁶⁵ καὶ Λυσίαν ἐπὶ τέτῳ ἐλέγχει. πᾶσαν τὴν ἡματέραν ῥητορικὴν ἔειπεν ἐλέγχειν. τὶτο δὲ, τὴν ἐλεγchon ⁶⁶ τὸν τῷ μὴ ἐπίσασθαι τὴν ἀνγκυαίαν ἀπολαθίαν, μόνος Δημοσθένους ἐξέφυγε κατὰ μίμησιν τὴν Πλάτωνος. πῶς καὶ τίνα τρόπον, ἐν τῷ ⁶⁷ περὶ μιμήσεως πειρασόμεθα. τοιαῦτα μὲν καὶ τσαῦτα, καὶ ἔτι πλείω τέτων, τὰ τῆς ἀτεχνίας πλημμελήματα.

Ζ'. Περὶ δὲ τὴν λέξιν συχνὰ τὰ ἀμαρτήματα. οἱ μὲν γὰρ πάνυ εὐτελῶς ⁶⁸ φθέγγονται, καὶ φασι τὸ κατὰ φύσιν δὴ καὶ ⁶⁹ γνώριμον μεταδιώκειν, ἐκ εἰδότες, ⁷⁰ ὅτι ἐν τῷ

crates, quum aliquam Lysiae orationem ideo reprehendisset, quod orator non a iusto quodam exordio esset exorsus, sed sermonem iam finitum quasi a fine repetiisse videretur, haec addit: τί δὲ; τᾶλλα οὐ χυδὴν δοκεῖ βεβλήσθαι τὰ τοῦ λόγου; ἢ φαίνεται τὸ δευτερον εἰρημένον ἐκ τινος ἀνάγκης δευτερον δεῖν τεσθῆναι, ἢ τί ἄλλο τῶν ρηθέντων; Ἐμοὶ μὲν γὰρ ἔδοξεν ὡς μηδὲν εἶδῃ οὐκ ἀγεννῶς τὸ ἐπιὸν εἰρησθαι τῷ γεγραπτονι. Σὺ δ' ἔχεις τινὰ ἀνάγκην λογογραφικὴν, ἢ ταῦτα ἐκείνος οὕτως ἐφεξῆς παρ' ἄλλα εἴηκε; Respondet Phaedrus: χρηστὸς εἰ, ὅτι μὲς ἡγῆσανδον εἶναι τὰ ἐκείνου οὕτως ἀκριβῶς διιδεῖν. Socrates: ἀλλὰ πόδα γε οἶμά σε φάναι ἂν, δεῖν πάντα λόγον ὥσπερ ζῶον συνεσθάναι, σῶμά τι ἔχοντα αὐτὸν αὐτοῦ, ὥστε μήτε ἀκέφαλον εἶναι μήτε ἄπουν, ἀλλὰ μέσα τε ἔχειν καὶ ἄκρα, πρέποντα ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ γεγραμμένα. (ubi notandum, formulam paulo rariorem ουκ ἀγεννῶς uberius illustratam a Heinsdorfio ad Plat. Charmidem §. 13. p. 71. esse h. l. παραλαβεῖν, tamere, et το εἰπὼν notare, quicquid in buccam venerit.)

Dionysii locum quod attinet, ubi primaria tantum Platonis sententia adfertur, pro vulgari ὡς εἴνυχον cum Sylburgio scribendum putavi ὡς εἴνυχον, quum Graeci, ubi hanc formulam adhibeant, Singulari potius numero uti soleant. Cfr. Vigerus l. 1. ed. H. Vol. I. p. 303. Nolim tamen repugnare, si quis illud εἴνυχον a glossemate profectum existimet, rariori formulae χυδὴν explicandae ab aliena manu addito. — εὐθύνματα h. l. quaevis argumenta complectuntur, ut in indicio de Lysia c. 15. p. 486. T. V. ed. Reisk.

64 τούτο μὲν παρήμι — σπανιον εἶναι. Addidi, re ipsa iubante, voculam εὐ, quae vulgo ante σπανιον male desideratur. Intelligimus enim ex iis, quae confestim adduntur, permultos oratores vitium notatum commisisse.

65 ὁπότα γὰρ καὶ Λυσίαν etc. Dum talem, qualis Lysias fuit, oratorem eximium eo nomine taxat, omnes fere ceteros oratores Graecos (qui palmam illi non eriperent) taxare videtur. ῥητορικὴ hic etiam de ipsa bene dicendi facultate eiusque usu dicitur. Vd. c. 8. § 8. n. 115.

66 τούτο δὲ, τὸν ἐλεγchon etc. In codd. reperta lectio τούτων δὲ

antea probata fuerint, ita produci, ut fide digna videantur. Quid, quod necessarium (argumentorum) ordinem negligimus, quem Plato in orationibus desiderari noluit? Monuit enim, non oportere argumenta temere profici, sed omnem orationem similem evadere corpori, cuius partes omnes membraque a capite ad pedes usque cum sibi invicem, tum omni corporis compagi apte congruant. Quod vitium cum haud raro committatur, nolo pluribus reprehendere. Etenim, dum Plato ipsum Lysiam eo nomine taxat, omnem eloquentiam nostram taxare videtur. Hoc vero crimen ordinis necessarii neglecti solus Demosthenes effugit Platonem imitando. Quod quam ratione instituerit, in libro de imitatione ostendere studebo. Talia solent ac tanta vitia committi, quae artis (oeconomiae) imperitiam prodant.

§. 7. Neque pauca sunt, quae in elocutione peccari soleant. Alii enim, dum admodum exili elocutione utuntur, simplicitati et evidentiae se operam dare adfirmant, ignorantes, in decora elocutione maxime in-

esse

τὸν ἄλγυχον, quam Sylburgius coniectura adsecutus fuerat. Attamen quum scriptor articulum post ἄλγυχον repetierit (τὸν τοῦ μη etc.), id quod maxime tum fieri solet, quando accuratius explicantur, quae antea indefinitius fuerant expressa, servandum puto, quod vulgo editum legitur.

67 ἐν τῷ περὶ μιμήσεως. De libris περὶ μιμήσεως a Dionysio scriptis sed deperditis dictum in prolegomenis. — Post παραιομένα excidisse puto δεικνύναι aut simile verbum.

§. 7.

68 εὐτελὲς φεγγονται. το εὐτελές saepe ad genus dicendi exile, ab omni copia et ornatu oratorio remotissimum transfertur, de quo Hermogenes περὶ ἰδίων l. i. p. 54. ed. Sturmii haec notat: παράκειται γὰρ τῷ σφύδρα σαφεί τὸ εὐτελές, ὃ δὴ καὶ ἐναυτίον ἐστὶ τῷ μεγέθει. Alibi bono sensu de simplicitate orationis dic. in iudicio de Lysia §. 6. p. 464. T. V. ed. Reisk.

69 καὶ γινώριμον μεταδιωκειν. Quum seqq. οὐδὲ τα σαφές, μη τι γὰρ γινώριμον φαίνεται, doceant, το σαφές a τῷ γινώριμῳ gradu differre, non potest posterius nisi ad eam dictionis virtutem referri, qua res vivide depingantur, signis notisque rerum singulis adducendis (α γινώριζεν, indicia certa et signa rei proponere, vd. Stephani Thesaurus linguae Gr. sub h. v.)

70 οὐκ εἰδότες — φαίνεται. Non facile cuiquam arridebit vulgaris lectio et interpunctio: οὐκ εἰδότες, τί ἐν τῷ καλῷ μάλιστα γινώριμον ἐστίν. ἐν δὲ τῷ ἁγοραίῳ — φαίνεται. Etenim partim non tam hoc dici debuit, homines illos, qui exili oratione utantur, ignorare, quidnam γινώριμον in elocutione insit decora s. cur eloc. decora tali virtute gaudeat, quam, omnino ignorare, το καλὸν esse

τῷ καλῷ μάλιστα γινώριμόν ἐστιν· ἐν δὲ τῷ ἀγοραίῳ τῆς λέξεως εἰς τὸ σαφές, μὴ τι γε γινώριμον φαίνεται. τὸ γὰρ ἀγοραῖον ἔτε τὴν δῆλωσιν ἀκριβῆ, ἔτε τὴν φαντασίαν ἐν ἀργῇ παρέχεται. οἱ δὲ ⁷¹ τὸ παρασημον τῆς λέξεως (ἀναγκάζοντα), εἰ περ ⁷² ἀναγκαστηρὸς ὄνομα, ἢ ῥῆμα εἴρηται, τῆτο θηρῶντες, καὶ πανταχῇ φησγόμενοι, ἐπ' ἀρχαιότητι δὴ τινι σεμνυνόμενοι· γελοῖον πεπονθότες, εἰ γε μὴ λογίζονται, ἔτι τὰ βιβλία διὰ τῶν γνωριμωτάτων ⁷⁶ ἀγνύεται, τὰ δ' ἀναγκαστηρῶτα ταῦτα σπάνιά ἐστιν. ἔκκεν ἀρχαίσειν δοκοῖν ὁ τὰ ὀλιγάκις εἰρημένα ἀρχαίοις, λέγων, ἀλλ' ὁ τοῖς αἰεὶ λεγομένοις καὶ πανταχῇ χρώμενος. ἀγνοεῖ δὲ καὶ τὴν χρῆσιν τῶν σπάνιων ὀνομάτων, καὶ ὡς αἰτίας ⁷⁷ ἐστὶ τοῖς βιβλίοις· εἰσι δὲ ⁷⁸ αἱ αἰτίαι αὐτῶν.

ἦ.

τω γινώριμον εὐκρινεστισμῶν (quod aperte exigit oppositio: ἐν δὲ τῷ ἀγοραίῳ -- φαίνεται); partim perperam plene interpungendo post γινώριμον ἐστὶν ὁμοῖα ἐννοια: ἐν δὲ τῷ ἀγοραίῳ -- φαίνεται ab antecedenti nimis separabatur. Unde ὅτι pro τῇ εἰς semicolon post γινώριμον ponendum putavi. — το καλον h. l. eodem sensu dici videtur, quo in libro de compositione vbb. c. II. p. 53. T. V. ed. R. ubi μεγαλεπρεπειαν, βαρος, σεμνολογίαν, αἰσῶμα, πιθανον complectitur. Est elocutio decora et ornata, cui humilis atque agrestis opponitur. το ἀγοραῖον enim τῆς λέξεως appellant orationem, ubi verba malae notae adhibeantur, quae in ore hominum infimae sortis versari soleant. Vd. infra §. II. Ernesti in lex. laud. sub. h. v.

⁷¹ το γὰρ ἀγοραῖον — παρέχεται. De voc. φαντασία supra ad §. 2. n. 26. vidimus. Dicitur ea ἀργαῖα, cum res vivide depingendo ad sensus adducere valeat. Hinc alibi φαντασία permutatur cum vocab. ἐναργεῖα, evidentia quae et ipsa plus involvit, quam sola perspicuitas, δηλώσις ἀκριβῆς, (res accurate quidem sed magis universae enuncians) Vd. iudicium de Lysia, c. 7. p. 465. 66. de Isaeo c. 3. in. p. 584. T. V. ed. Reisk. Quincifl. institt. orr. l. 4. c. 2. Ernesti in lex. laud. sub. v. ἐναργεῖα. Ab utraque vero remotum esse videmus genus dicendi, quo homines inferioris ordinis utantur, quippe qui et negligentiores esse soleant in rebus describendis, et vocabulorum inopia laborare.

⁷² οἱ δὲ — ἀναγκάζονται. Vulgarem lect. οὕτε (haud dubie ex antecedd. enatam cum Sylburgio in αἰ δὲ mutavi, quod illis: οἱ μὲν γὰρ παρὸν etc. responderet. — το παρασημον h. l. (ut bene interpr. Ernestius in lex. technol. Grr rhetor sub v. σημειώδες) nimiam sign. raritatis vetustatisque verborum formularumque adfectionem, metaphora petita a nummis suspectis et a communi usu exemptis, qui notarentur. Eodem sensu ὀνοματα σημειωδὴ dice. in iudicio de Isocrate c. 2. p. 537. T. V. ed. R. Iam quemadmodum Dionysio in iudicio de Thucydide c. 35. p. 899 T. VI. ed. R. σχήματα βεβιασμένα dicuntur figurae contortae et adfectatae (πολύπλοκα καὶ ἀγκυλα) eodemque sensu σχηματισμοὶ βεβιασμένοι lb. c. 42. p. 921. ita possunt το παρασημον τῆς λέξεως recte dici ἀναγκάζειν, qui il-

esse evidentiam, contra in agresti nullam perspicuitatem, nedum evidentiam apparere; quippe quae neque accurate notandis rebus, neque vivida oratione ad sensus adducendis idonea est. Alii verò raritatem vetustatemque vocabulorum adfectant, ita ut, si quando nomen aut verbum ab usu communi remotum prolatum fuerit, id venientur, et ubique proferant, antiquitate quadam superbientes. Quibus omnino ridiculi quid accidit, quum non perpendant, solere libros e maxime notis vocabulis componi, rarius vero obvenire ea, quae ab usu remota fuerint. Minime profecto antiquos imitari videtur, qui vocabula adhibet ab antiquis rarius usurpata, sed, qui ea adhibet, quibus illi semper et ubique usi fuere. Ignorant praeterea rationem usus vocabulorum rariorum causasque, cur libris inserantur, quae huc redeunt.

§. 8-

lam vetustatem adfectent. Nōvimus enim formulam ἀναγκάζειν τι interdum ad eos transferri, qui aliquid faciant, natura ipsa nec suadente nec permittente. vd. Xenoph. memorabb. II, 1, 30. Verum pro passiva forma ἀναγκάζονται malim ἀναγκάζουσιν. Quanquam enim partic. ἀναγκάζοντες propius ad vulg. lect. accederet, tamen h. l. paulo durius videtur, subintelligere ἀμαρτανουσιν.

73 ἀνακχωρικός ονομα i. q. vocabulum obsoletum, quod recessit ab usu communi. Cfr. de his Quinctilianus instit. oratt. l. 8 c. 3 ita praecipiens: „propriis verbis dignitatem „dat antiquitas. Namque et sanctiorem et magis admirabilem „faciunt orationem, quibus non quilibet fuerat usus — „sed utendum modo, nec ex ultimis tenebris repetenda — „quaedam tamen adhuc vetera vetustate ipsa gratius nitent, „quaedam etiam necessario interim sumuntur: enuncupare, „effari, et multa alia etiam audientibus grata inseri possunt, „sed ita demum, si non appareat adfectatio.“ add. Cicero de orat. l. 3. c. 38.

74 τούτοις ζηρωτές i. q. studiose sectantes. Eodem sensu in Dionysii libro περὶ δεινότητος τοῦ Δημοσθένους c. 40. p. 1075. T. VI. ed. Reisk. compositio verborum mollis et scenica dicit. Ζηρωμένη τὴν εὐφωμίαν καὶ τὴν ἡμιελίαν vd. infra §. 10. Ζηρωμένη — ονοματα.

75 Φεγγόμενοι edidi sequutus vestigia cod. reg. l. exhibentis Φεγγόμενος pro vulg. Φειρόμενοι, quod intelligi recte nequit.

76 διὰ τὸν γυναικωτάτων ἀγωνίζεται, γυναικός h. l. non eodem sensu dicitur, quo supra (vd. n. 69.) sed vocabula nota et maxime usitata signif. vd. § 8. Pugnat scriptor contra eos, qui antiquitatem adfectent usu vocabulorum, quae apud ipsos vet. rarius legantur.

77 καὶ αἱ αἰτίαι εἰσι etc. Malim cum Sylburgio εἴσεσι.

78 αἱ αἰτίαι αὐταί. Abest artic. αἱ in Cod. Cant.

η. Πρώτη μὲν ἐκείνη· ἕνεια τῶν ὀνομάτων τοῖς τότε καιροῖς συνηθῆ ἦν καὶ γνώριμα, ὧν νῦν ἡ χρῆσις ἐξερρύηκεν. ἐκείνοι μὲν ἔν ως γνωρίμοις ἐχρῶντο· ἡμεῖς δ' αὖ αὐτὰ εἰκότως ἐκκλίνοιμεν.

Ζ'. Δευτέρᾳ αἰτίᾳ· ἕνεια τῶν πραγμάτων τῷ μὴ πολλᾷ συνηθῆ τοῖς ἀνθρώποις εἶναι, ἀήθῃ ⁷⁹ πάντα ἔσχε καὶ τὰ ὀνόματα, οἷον τὸ περὶ τὰς ὀδόντας παῖδος, ὅταν ὑπὸ τινος δριμέος, ἢ σφυγνῆ, μὴ οἷοι τ' ὥσι τέμνειν οἱ ὀδόντες, ὥσπερ ⁸⁰ Φρίττοντες. τῆτο γὰρ σπανίως συμβαίνει· σπανία δὲ ⁸¹ καὶ ἡ χρῆσις τῆ ὀνόματος. ἡμεῖς δ' ἐγκυκλιᾶμεν ⁸² ἀεὶ τὰ τοιαῦτα ὀνόματα.

Ι. Τρίτῃ δ' αἰτία ἐκείνη· ἐνίοτε λέγουσι τὰ σπάνια τῶν ὀνομάτων κατὰ μίμησιν ⁸³ τὴν πρὸς ἑτέρας, κατὰπερ ἐν ἰδέῃ τινὶ ⁸⁴ κωμῳδίας. ἡμεῖς δ' ἔτε καίζοντες, ἔτ' ἀνάγκῃ κατακλειόμενοι, θηρῶμεν τὰ ὀλίγα ταῦτα ὀνόματα, ὁψιμαθία ⁸⁵ καὶ ἀπειροκαλία τοῖς αἰσχίσις τῶν παθῶν πε-
ριτ-

§. 8.

Disputari videmus de eo genere vocabulorum rariorum, quo obsoleta comprehendantur.

§. 9.

⁷⁹ αἰθῇ πάντα etc. πάντα i. q. κατὰ πάντα s. παντως prorens, omnino. Vd. Vigerus l. l. ed. Herm. T. I. p. 135. 36. not. Unde non est, quod necessario cum Sylb scribatur πάντως,

⁸⁰ ὥσπερ Φρίττοντες. Voc. Φρίττειν ad illam dentium aegritudinem translatum haud dubie eam vim obtinuit, qua aequalitati et laevitati opponeretur, et ea notaret quae rigerent et aspera essent. (Ita saepe χαίτη Φρισσοῦσα dic.) Forsan Substantivum inde ductum Φρικῇ s. Φρικία s. Φριξ de dentium rigore adhibitum a nostro innuitur. Usitatus hac in re verbum αἰμῳδία et Substant. αἰμῳδία (vd. Stephanus in Thesouro linguae Gr. sub his vocc.) minus συναργες quam Φρικῇ et Φριττειν.

⁸¹ καὶ ἡ χρῆσις. Male abest καὶ in cod. Cant.

⁸² ἡμεῖς δ' ἐγκυκλιᾶμεν etc. Vocabulum ἐγκυκλιᾶμεν, quod primo obtutu omnino lectorem offendere possit, Sylburgius in ἐκκλινόμεν mutandum existimat, comparans locum supra §. 8. obivium: ἡμεῖς δ' αὖ αὐτὰ εἰκότως ἐκκλίνοιμεν. Addidit versio latini interpretis: eiusmodi sunt nomina nobis devitanda. Dubito tamen, num recte illum l. cum nostro comparaverit. Agebatur ibi de vocabulis obsoletis quae omnino plerumque evitari potius quam studiose quaeri oportet. At, quo iure de vocibus, quae propterea sint rariores, quod res ipsae iis notatae usu rarius veniant, tam universe praecipere poterat: ἡμεῖς δ' ἐκκλινόμεν αὖσι — ὀνόματα? Adhibendae potius, quoties eventum ipsum tali evidentia notari oportet, qualem vocabulo exempli loco allato (Φριττειν) inesse videmus. Quid si vulgaris lectio ἐγκυκλιᾶμεν ita defendatur, ut ei vim tro-

§. 8. Prima haec est, quod nonnulla vocabula, quorum usus nunc evanuerit, priscis illis temporibus familiaria et nota essent. Hinc illi quidem iis, velut notis, recte utebantur; nos vero merito ea vitabimus.

§. 9. Alteram quod attinet, rebus quibusdam prop-
terea omnino inusitata vocabula inposita sunt, quod ipsae hominibus rarius usu veniant. Talis est dentium morbus, qui propter aliquam saporis acrimoniam aut acerbitem cibum secare nequeunt, velut rigentes. Quod cum rarius eveniat, rarior est vocabuli usus. Nos vero eiusmodi vocabula perpetuo quasi spectanda produ-
cimus.

§. 10. Tertia in eo cernitur, quod interdum vo-
cabulis rarioribus utuntur aliorum dicendi rationem imi-
tando expressuri, ut in forma quadam comoediae fieri
solet. Nos vero neque ludentes, neque necessitate
coacti haec pauca vocabula venamur, ita ut seram eru-
ditio-

picam tribuamus? Novimus voc. *ἐκκυκλεῖν* s. (ut rectius
scribitur) *ἐκκυκλεῖν* de usu machinationis illius scenicae ad-
hibitum esse, qua apertis subito aedificii cuiusdam valvis,
remotivae tabulis, in quibus aedificii externa species depicta
cerneretur, res quae intus peractae essent, aut etiamnum ge-
rerentur, provolverentur spectantibus. Vd. Cl. Böttigeri ele-
gant. prolusio Deum ex machina in re scenica vult illustrans,
Vimariae 1803. 4. Unde tropicè poterant *ὀνόματα ἐκκυκλεῖν*
dici, qui eiusmodi Vocabula rariora magisque abscondita
perpetuo sectarentur, et (absque necessitate) quasi spectanda
proferrent. Quo vitio cum magna pars illius aevi oratorum
laboraret, universe dicebat: *ἡμεῖς δ' ἐκκυκλούμεν αἰεὶ τὰ τοιαῦτα*
ὀνόματα, ut §. seq. *ἡμεῖς δ' οὐτε παίζοντες, οὐτ' ἀναγκὴ κατα-*
κλειόμενοι θηρώμεν τὰ ὀλίγα ταῦτα ὀνόματα. Simili formula
usus est infra §. 17. ex. *καὶ οὐδεὶς ἐξώθεν λόγους φαντασίας ἐπι-*
κύκλεισθαι.

§. 10.

83 *μιμήσιν τὴν πρὸς ἑτέρους* = *μιμήσιν ἑτέρων* (imitatio qua no-
strum sermonem ad aliorum dictionem conformamus.)

84 *ἐν ἰδέᾳ τινι* etc. Ita e cod. (qui cod. Cas. in ed. Reisk. no-
tatur) pro vulg. *ἰδίῳ* edidi, usum linguae sequutus. Illustrat-
ur res exemplo veteris comoediae Graecae, quae interdum
homines in vita versantes ita risui exponeret, ut vocabula
minus usitata proferret, quibus illi saepius uti dicerentur.

85 *σφισμαθία* est nimis serum artium litterarumque studium
unde fit, ut et perperam intelligas ea, in quibus discendis
elabores, et perverse iis utaris. Cfr. Theophrasti charact.
c. 27. Simil. A. Gellius in noctibus Atticis. l. 11 c. 7. de iis,
qui verbis nimis obsoletis et insolentibus utantur dicit: „est
„hadeo id vitium plerumque serae eruditionis, quam Graeci

ριπεπτιωότες.⁸⁶ ἔτι κἀκεῖνο πλημμέλημα ἐν τῇ λέξει, τὸ ὑπὸ Φιλοτιμίας πᾶσι χρῆσθαι⁸⁷ τοῖς εἰρημένοις ὀνόμασι πανταχῶ, τὸν καιρὸν μὴ⁸⁸ προστιθέντα· οἷον λέγω ἰσορρῶν π. ὄνομα, διαλεκτικόν,⁸⁹ ποιητικόν, ἐκ τραγωδίας, ἢ κωμῳδίας, φθέγγεσθαι ὄνομα. ἔτι δὲ τῆτο παιδείας μὲν ἴσως ἐνδειξις, χρήσεως δ' ἀπειρία. δεῖ γὰρ διακρίνειν· τίνα διανομὰ τε τῶν ὀνομάτων, τίνα διαλεκτικὰ, καὶ τίνα ἰσορρῶν, καὶ τίνα ποιητικὰ,⁹⁰ ἐκατέρας τῆς ποιήσεως, καὶ ἐπιλέγεσθαι τὰ πολιτικά⁹¹ πανταχοῦθεν· εἰ δὲ μὴ, καὶ γελοῖοι καὶ ἐπιφθονοὶ⁹² φανέμεθα· ἔχ' ὥς ἐκ' ἔτι π. καὶ διαλεκτικόν ὄνομα καὶ ἰσορρῶν⁹³ καὶ (πολιτικόν) ἐν τοῖς (ποιητικοῖς) βιβλίοις, ἀλλ' ἐκτασθαι δεῖ καὶ τὸν καιρὸν τῆς χρήσεως, καὶ τὴν διοίκησιν. ἔτι δὲ ὁ μὲν καιρὸς ἐκεῖνος, ὅταν ἐναργέστερόν τι ὄνομα ἢ ἀπὸ ποιήσεως, ἢ διαλεκτικῆς, ἢ ἰστορικῆς, χρῆσθαι,⁹⁴ (ὥς ὁ ῥήτωρ) πρὸς τὴν ἐνέργειαν. ἢ δὲ διοήσεις ἐκεῖνη, τὸ προσεγγήσασθαι, καὶ τοῖς προταχθεῖ-
σιν,

„οψιμαθίαν appellant: ut, quod nunquam didiceris, diu ignoraveris, cum id scire aliquando coeperis, magnificias, quo in loco cunque et quacunque in re dicere etc. — ἀπειροκαλία 1. p. ignorantia decori. Vd. Gellius loco laud. Xenoph. memorabb. III. 10, 5.

56 τῶν καθὼν περιπεπτιωότες. καθὼν h. l. non animi motus dici sed mala et adversa, quae quis subeat, (ut §. 13. γελοιοτάτων πασχόντες dic.) in promptu est. De formula περιπίπτειν τινι vd. c. 9. §. 5 n. 43.

87 τοῖς εἰρημένοις ὀνόμασι. E versione latini interpretis: laudis nimia cupiditate dictas voces velle usurpare, colligi potest, cum ὀνόματα ad vocabula illa retulisse, de quibus Dionysius inde a §. 8. praeceperit. Verum seqq. docent, rhetorem non amplius de usu illarum vocum rariorem agere, sed novum ab antecedd. diversum vitium notare. τα εἰρημένα ὀνόματα sunt vocabula quae proferri adhiberi soleant a diversi generis scriptoribus (poetis, historicis, Philosophis etc.) Simil. supra §. 7. τα ολιγάνκις εἰρημένα ἀρχαίοις.

88 τὸν καιρὸν μὴ προστιθέντα 1. q. ita ut non addamus, applicemus rationem temporis habendam. Simil. προστιθέναι supra legimus c. 9 §. 1. n. 6.

89 διαλεκτικόν. Διαλεκτικὰ ὀνόματα dicc. vocabula iis usitata, quae colloquuntur et disputant. Vd. Ernesti lex. saepius laud. sub. h. v.

90 ἐκατέρας τῆς ποιήσεως. Vulgo commate post ποιητικὰ posito, parium commode legebatur: ἐκατέρα τῆς ποιήσεως. Notatur hac formula τραγωδία ἐκ κωμῳδία. Vd. supra: οἷον λέγω ἰσορρῶν etc.

91 τα πολιτικά. Quum omnis haec Dionysii disputatio ad commentationes eloquentiae forensis exercendae causa instituta pertineat, intelligo sub ὀνόμασι πολιτικοῖς vocabula,

ditionem et decori ignorantiam prodendo turpissima patiamur. Praeterea in elocutione hoc committimus vitium, quod gloriolae cupidi omnibus, quae occurrant, vocabulis ubique utamur, nulla temporis ratione habita. Usum dico (v. c.) vocabulorum historiarum scriptoribus, disputationibus, poëtis vel tragicis vel comicis familiarium, qui eruditionis quidem est ostenta forma, unus autem, qui fieri debeat, inperitiam prodit. Oportet enim accuratius dispici, quanam vocabula indicibus, quae disputantibus, quae historiarum scriptoribus, quae poëtis (utriusque generis) conveniant, et ubique eligi ea, quae eloquentiae forensi propria sint. Alioquin ridiculi videbimur et invidiae expositi. Quod non ita disputamus, quasi vocabula disputantibus, historiarum scriptoribus, et poëtis accommodata in dictionibus forensibus nunquam locum habeant; sed, quando eiusmodi vocabulis opportune uti liceat, et, quomodo usus eorum recte fieri debeat, teneri volumus. Tempus opportunum quod attinet, si quae vocabula poëtis, disputantibus, historiarum scriptoribus usitata praecipua gau-

quae huic eloquentiae generi praecipue conveniant (vd. Ernesti in lex laud.)

92 και επιφθονοι. Fieri posse existimat, ut eius modi affectata παιδείας ενδειξis dum superbiam prodant, apud quosdam invidiam excitent.

93 Vulgarem lect. και πολιτικον εν τοις ποιητικαίς βιβλίοις si quis defendere velit; omnem sententiarum seriem, pluribus subintelligendis, hoc modo constituat necesse est: „novi quidem, in carminibus etiam interdum locum habere vocabula dialectica, historica, et eloqu. forensi accommodata, idcirco quae similiter oratori usum vocabul. poëticorum aliorumque interdum concedi debere; verum tenere oportet (oratorem) quoniam tempore, et quamvis ratione illa recte adhibeantur.“ Multo tamen facilius et simplicior evadit omnis oratio, si levi mutatione ita scribatur: και ποιητικόν εν τοις πολιτικαίς βιβλίοις.

94 (ως ο ερτωρ) προς την ενεργειαν. Vulgaris lectio ut aliquo modo intelligi possit, subintelligendum post ενεργειαν vb. utitur (quemadmodum orator iis interdum vero utitur ad evidentiam orationi conciliandam). Verum non video, quomodo scriptor, cum antea monuisset, posse adhiberi vocabula poetica, disputantibus, historiis potius accommodata, si modo evidentiam inveniunt, ad eorum ipsorum, quibus haec maxime praeciperentur, oratorum forensium exemplum univ. potuerit provocare? Suspicio vel post ενεργειαν plura excidisse, unde verba: ως ο ερτωρ lucem acciperent, vel lect. vulg. ως ο ερτωρ originem debere glossemati depravato

ἀλλ' εἶναι τὸν λόγον δοκίοντα σώματι ἐκ κεφαλῆς ἐπὶ πόδας ἔχοντι τὰ μέση καὶ τὰ μέλη ἀλλήλοις τε πρέποντα καὶ τῷ ὅλῳ συστήματι τῷ σώματος. τὶτο μὲν παρήμι ⁶⁴ εὐθύνοι, ὅτι ἔοικε ἔσπανιον εἶναι. ὁπότα γὰρ ⁶⁵ καὶ Λυσίαν ἐπὶ τέτῳ ἐλέγχει. πᾶσαν τὴν ἡμετέραν ῥητορικὴν εἰκεν ἐλέγχειν. τὶτο δὲ, τὸν ἐλέγχον ⁶⁶ τὸν τῷ μὴ ἐπίσασθαι τὴν ἀναγκάσαν ἀπολαθῆναι, μόνος Δημοσθένους ἐξέφυγε κατὰ μιμήσειν τὴν Πλάτωνος. πῶς καὶ τίνα τρόπον, ἐν τῷ ⁶⁷ περὶ μιμήσεως πειρασόμεθα. τοιαῦτα μὲν καὶ τοσαῦτα, καὶ ἐτι πλεῖω τέτων, τὰ τῆς ἀτεχνίας πλημμελήματα.

ζ'. Περὶ δὲ τὴν λέξιν συχνὰ τὰ ἀμαρτήματα. οἱ μὲν γὰρ πάνυ εὐτελῶς ⁶⁸ φθέγγονται, καὶ Φασι τὸ κατὰ φύσιν δὴ καὶ ⁶⁹ γνώριμον μεταδιώκειν, ἐκ εἰδότες, ⁷⁰ ὅτι ἐν τῷ

crates, quum aliquam Lysiae orationem ideo reprehendisset, quod orator non a iusto quodam exordio esset exorsus, sed sermonem iam finitum quasi a fine repetiisse videretur, haec addit: τί δὲ; τάλλα οὐ χυδὴν δοκεῖ βεβλήσθαι τὰ τοῦ λόγου; ἢ φαίνεται τὸ δευτερον εἰρημένον ἐκ τινος ἀνάγκης δευτερον δεῖν τεσθῆναι, ἢ τί ἄλλο τῶν ῥηθέντων; Ἐμοὶ μὲν γὰρ ἔδοξεν ὡς μηδὲν εἰδότε οὐκ ἀγεννῶς τὸ ἐπιὸν εἰρησθαι τῷ γραφοντι. Σὺ δ' ἔχεις τινὰ ἀνάγκην λογογραφικὴν, ἢ ταῦτα ἐκείνος οὕτως ἐφεξῆς παρ' ἄλληλα εἴηκε; Respondet Phaedrus: χρηστὸς εἰ, ὅτι με ἡγῶ ἱκανὸν εἶναι τὰ ἐκείνου οὕτως ἀκριβῶς διιδεῖν. Socrates: ἀλλὰ τόδε γε εἶμαι σε φάναι ἂν, δεῖν πάντα λόγον ὥστερ ζῶον συνεσάναι, σῶμα τι ἔχοντα αὐτὸν αὐτοῦ, ὥστε μήτε ἀκεφάλον εἶναι μήτε ἄπουν, ἀλλὰ μέσα τε ἔχειν καὶ ἄκρα, πρέποντα ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ γεγραμμένα. (ubi notandum, formulam paulo rariorē οὐκ ἀγεννῶς uberius illustratam a Heinsdorfio ad Plat. Charmidem §. 13. p. 71. esse h. l. θαρραλῶς, temere, et τὸ ἐπιὸν notare, quicquid in buccam venerit.)

Dionysii locum quod attinet, ubi primaria tantum Platonis sententia adfertur, pro vulgari ὡς εὐτυχον cum Sylburgio scribendum putavi ὡς εὐτυχε, quum Graeci, ubi hanc formulam adhibeant, Singulari potius numero uti soleant. Cfr. Vigerus l. 1. ed. H. Vol. I. p. 303. Nolim tamen repugnare, si quis illud εὐτυχον e glossemate profectum existimet, rariori formulae χυδὴν explicandae ab aliena manu addito. — εὐθυμήματα h. l. quaevis argumenta complectuntur, ut in iudicio de Lysia c. 15. p. 486. T. V. ed. Reisk.

64 τούτο μὲν παρήμι — σπανιον εἶναι. Addidi, re ipsa iubente, voculam οὐ, quae vulgo ante σπανιον male desideratur. Intelligimus enim ex iis, quae confestim adduntur, per multos oratores vitium notatum commisisse.

65 ὁπότα γὰρ καὶ Λυσίαν etc. Dum talem, qualis Lysias fuit, oratorem eximium eo nomine taxat, omnes fere ceteros oratores Graecos (qui palmam illi non eriperent) taxare videtur. ῥητορικῇ hic etiam de ipsa bene dicendi facultate eiusque usu dicitur. Vd. c. 8. § 8. n. 115.

66 τούτο δὲ, τὸν ἐλέγχον etc. In codd. reperta lectio ταῦτον δὲ

antea probata fuerint, ita produci, ut fide digna videantur. Quid, quod necessarium (argumentorum) ordinem negligimus, quem Plato in orationibus desiderari noluit? Monuit enim, non oportere argumenta temere profici, sed omnem orationem similem evadere corpori, cuius partes omnes membraque a capite ad pedes usque cum sibi invicem, tum omni corporis compagi apte congruant. Quod vitium cum haud raro committatur, nolo pluribus reprehendere. Etenim, dum Plato ipsum Lysiam eo nomine taxat, omnem eloquentiam nostram taxare videtur. Hoc vero crimen ordinis necessarii neglecti solus Demosthenes effugit Platonem imitando. Quod quam ratione instituerit, in libro de imitatione ostendere studebo. Talia solent ac tanta vitia committi, quae artis (oeconomiae) imperitiam prodant.

§. 7. Neque pauca sunt, quae in elocutione peccari soleant. Alii enim, dum admodum exili elocutione utuntur, simplicitati et evidentiæ se operam dare adfirmant, ignorantes, in decora elocutione maxime inesse

τὸν ἄλεγχον, quam Sylburgius coniectura adsecutus fuerat. Attamen quum scriptor articulum post ἄλεγχον repetierit (τὸν τοῦ μη etc.), id quod maxime tum fieri solet, quando accuratius explicantur, quae antea indefinitius fuerant expressa, servandum puto, quod vulgo editum legitur.

67 ἐν τῷ περὶ μίμησεως. De libris περὶ μίμησεως a Dionysio scriptis sed deperditis dictum in prolegomenis. — Post παρὰ σαφὲς excidisse puto δαίμωναι aut simile verbum.

§. 7.

68 εὐτελὲς φεγγονται. το εὐτελὲς saepe ad genus dicendi exile, ab omni copia et ornatu oratorio remotissimum transfertur, de quo Hermogenes περὶ ἰδίων l. i. p. 54. ed. Sturmii haec notat: παράκειται γὰρ τῷ σφύδρα σαφὲς τὸ εὐτελὲς, ὃ δὴ καὶ ἐναντίον ἐστὶ τῷ μεγέθει. Alibi bono sensu de simplicitate orationis dic. in iudicio de Lysia §. 6. p. 464. T. V. ed. Reisk.

69 καὶ γνωριμὸν μεταδιδωκειν. Quum saepe οὐδὲ τα σαφὲς, μη τι γὰρ γνωριμὸν φαίνεται, doceant, το σαφὲς a τῷ γνωριμῷ gradu differre, non potest posterius nisi ad eam dictionis virtutem referri, quae res vivide depingantur, signis notisque rerum singulis adducendis (α γνωρίζειν, indicia certa et signa rei proponere, v. d. Stephani Thesaurus linguae Gr. sub h. v.)

70 οὐκ εἰδότες — φαίνεται. Non facile cuiquam arridebit vulgaris lectio et interpunctio: οὐκ εἰδότες, τί ἐν τῷ καλῷ μάλιστα γνωριμὸν ἐστίν. ἐν δὲ τῷ ἁγῳραίῳ — φαίνεται. Etenim partim non tam hoc dici debuit, homines illos, qui exili oratione utantur, ignorare, quidnam γνωριμὸν in elocutione insit decora s. cur eloc. decora tali virtute gaudeat, quam, omnino ignorare, το καλὸν esse

